

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

HOMERI
CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS SEXTVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII


COLL: TRIN:
CANT:

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

ILIADEM

CVRANTE

C. G. HEYNE

VOLVMINIS SECVNDI PARS PRIMA

LIB. X—XIV

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

IN JLIADEM

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN LIBRVM X. (K) JLIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Totam hanc rhapſodiam episodium eſſe, manifeſtum fit; poterat ipſum epos eo carere. Apud Euſtathium veteres narrant, ſigillatim hoc carmen ab Homero eſſe ſcriptum, et a Piſiſtrato Jliadi inſertum: *Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, τὴν ῥαψῳδίαν ταύτην ὑφ' Ὁμήρου ἰδίᾳ τετάχθαι, καὶ μὴ ἐγκαταλεγῆναι τοῖς μέρεσι τῆς Ἰλιάδος, ὑπὸ δὲ Πεισιστράτου τετάχθαι εἰς τὴν ποίησιν.* Si quid aliud, hic ſaltem locus cui ſimilia ſunt in cod. Lipſ. docet, non nos primos ſuſpicatos eſſe, Jliadem non ab initio hoc rhapſodiarum numero et hac compage conſtitiſſe, et acceſſiſſe carmini partes ſerius; debuitque in talem ſuſpicionem inprimis in hac et in nouiſſimis rhapſodiis incidere vnusquisque, qui de ſumma carminis iuſtas rationes iniiſſet; parum tamen profectum eſt hac ipſa obſeruatione, cum de ceteris nihil ſit quod tuto ac certo tradere poſſimus. Nam an ab illo Homero, qui reliqua ſcripſiſſe dicitur, hoc carmen profectum ſit, ex dictis nondum conſtat; potuit alium auctorem habere. Quid? quod ne hoc quidem edocemur, ſitne illud, *quod veteres aiunt*, profectum a fama aliqua antiqua, an a iudicio et coniectura alicuius grammatici, Alexandrini forte, qui episodium non iuſtam epicae actionis partem conſtituere perſpiciebat. Porro hinc non magis conſtat, fueritne haec vna rhapſodia, quae ſeorſum haberetur a reliquis, an ea fuerit communis ſors aut pluribus aut omnibus rhapſodiis antequam eae a Piſiſtrato colligerentur? exti-

teritne corpus aliquod rhapſodiarum iam ante Piſiſtratum, cui ab eo inſerta ſit rhapſodia haec decima; an omnino ſingulae rhapſodiae ſparſim habitae tum primum in epos fuerint collectae, et aſſumta in illud rhapſodia haec, quae ad epos ipſum, ſi ſubtiliter expenderes, non ſpectabat. Verbo: loco hoc Euſtathii ad rei ſummam parum profecimus, quae continetur in hoc: fueritne iam ab initio carmen aliquod, cui ſerius infererentur partes, an fuerint principio partes ſingulae, et plura, quam nunc extant carmina, ex quibus collectis Jlias compoſita ſit: ſecundum ea, quae a me disputata ſunt in Commentatione Commentat. Soc. R. Sc. Gott. To. XIV. inſerta.

Barnes ait ſe ea, quae ab Euſtathio tradita ſunt, refutaſſe; feciſſe hoc ſibi viſus eſt in nota ad Jl. Θ, 222. vbi tantum hoc oſtendit, ex eo, quod primi verſus libri K. conueniunt cum vſſ. primis libri B. non neceſſario ſequi, hunc librum K. ante Piſiſtratum ad Jliadem non pertinuiſſe. Atqui hoc argumento nemo facile vtetur aut vſus eſt ad iudicium de toto libro faciendum, quod aut auctoritate et fide hiſtorica, aut ex natura et argumento carminis epici conſtituendum eſt. Ceterum ſuſpicioni a veteribus paſſim iniectae et propoſitae, multis multorum amplificationibus interpoſitis Jliadem auctam eſſe pro firmamento eſſe poteſt ille Euſtathii locus. Librum ceteris inſertum et adaptatum eſſe docent haec: quod, etſi, vt finis libri antecedentis et initium libri huius ſibi reſponderent, curatum eſt, apertum tamen eſt, rhapſodiam Λ. vltimos verſus libri J. excepiſſe. Porro ipſa actio libri K. nullum habet exitum: ſpeculatum Troianorum caſtra et conſilia mittuntur Diomedes et Vlyſſes; at illi nihil renuntiant de iis, quorum cauſſa miſſi erant; ſed, quod iam ſub fin. libri J. conſtitutum erat, id ad effectum perducitur, vt altero mane pugna redintegraretur. Vt librum K. tuearis, vnice facit, quod acute videbat Koeppen, quod nox ab Agamemnone inſomnis

exacta bene conuenit cladi et fugae ſuperioris diei et rerum discrimini ſequente die imminenti.

Νυκτεγερσία liber hic olim inſcriptus fuit, notante quoque Schol. A. Etiam Δολωνοφονία et Δολώνεια ap. Euſtath.

1. ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀριστῆες Παναχαιῶν Schol. A. et B. damnant Zenodoti et aliorum lectionem ὤλλοι vel ὥλλοι. Homerus ſcilicet articulo haud vtitur. Formula autem haec noctem inſomnem narrandi, iam ſup. B. pr. obuia, ſaepius inde repetita eſt, etiam ap. Virgil. Aen. IV, 522 ſq. et iam ante ab Apollon. III, 744 ſqq.

Hic verſus iam lectus erat ſup. B, 1. paullo tamen immutatus, ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ — Laudat verſum Ariſtot. Poet. c. 25. vt iam ad e. l. eſt notatum, ſed eo modo, vt non conſtet, vtrum locum ille ante oculos habuerit. Recitat enim: ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι, ſubiicit tamen mox ex hoc libro, in quo verſamur, vſ. 11 ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον. et vſ. 13 αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν. Nolim multa cum Tyrwhitto ariolari; memoriter locum eſſe laudatum ſatis apparet.

2. εὗδον παννύχιοι. non eſt, per totam noctem, ſed ſimpliciter, noctu: vt πανημέριος pro ἐν ἡμέρᾳ. Recte hoc monent Schol. A. et Schol. br. Sch. B. et laudant Il. Ψ, 105. H, 476. A, 472. Non itaque admittes emendationem, etſi per ſe argutam, Tyrwhitti εὗδον πάντες ἐμοῦ. meliorem rationem tollendi difficultatem v. ſup. ad A, 424.

μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. pro μαλακοποιῷ cum Schol. Euſtath. et aliis, etiam Schol. Theocriti accipit V, 51. verſu adſcripto. Quis ſit *ſomnus mollis* et ipſe ſenſus vnumquemque docet, et docent adiuncta apud Virgilium.

3. ἀλλ' οὐκ 'Ατρείδην. Vtuntur verſu rhetores, Maximus Tyrius, et Lucian. in Gallo pr.

5. ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ — ϛ „quod gemitum (στεναγμὸν) poeta comparat; nec tamen comparatio ad

ſingula ſpectat.“ Similia Euſtathius. Non ſenſerunt igitur grammatici quam ieiunum hoc eſſet: *tam crebra ſuſpiria duxit quam crebro fulgurat.* Fatendum tamen eſt, verba per ſe ſpectata nihil aliud inſerre. ὡς ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ ſc. πυκινὰ, ὣς πυκινὰ ἀνεστονάχιζεν Ἀγαμέμνων. Doctius vtique ad curarum aeſtum comparatio refertur; vt ὣς πυκινὰ ἐστοναχίζετο v. 9. non ſit tantum *ingemiſcebat*, ſed vt aſſumantur *ea*, quae *cum ſuſpiriis coniuncta* erant, ſollicitus et curarum fluctibus agitatus animus. Videtur hoc ſenſiſſe Ven. B. qui comparationem factam ait διὰ τὸ ἀπύρως (leg. ἀπόρως, h. e. ἀμηχάνως) καὶ ὀξέως καὶ μετὰ σκέμματος γίνεσθαι τοὺς στεναγμούς. In hunc ſenſum Clarke reddit: *quam celeres nictant ex omni caeli parte fulgurum coruſcantium flammae, tam varia ac celeri agitatione agitabatur animus Agamemnonis.* Adiuuari haec ita poſſint, vt ὣς πυκίν' ἐν στήθεσσιν ἀνεστονάχιζε dictum putemus id quod ſupra erat πολλὰ Φρεσὶν ὁρμαίνοντα, vtque adeo ſit πολλὰ Φρεσὶν ὥρμαινε στοναχίζων. — Koeppen, loco ſub fin. H, 478. 9 abreptus, eo deuenit, vt comparationem ſic inſtituat: *vt homines ingemiſcunt, quoties per totam noctem tonat; ſic ingemuit Agamemnon.* Ita interdum ſolemus locis ſimilibus male comparatis in fraudem induci. — ὅτ' ἂν et ὅταν etiam h. l. Vide ad A, 519.

6. τεύχων ἢ πολὺν ὄμβρον ἀθέσφατον ἠὲ χάλαζαν. Duplex eſt interpungendi ratio: aut vt iungantur πολὺν ὄμβρον, ἀθέσφατον. aut vt iungantur: ἀθέσφατον ἠὲ χάλαζαν. Hoc praeferunt A. B. tanquam comtius: et recte. Vtrumque eſt in Sch. br. Alterum, quod et in edd. erat, ita defendi poſſit: vt dicas, eſſe hoc Homericum, vt duplex epitheton ponatur ἐκ παραλλήλου, vt poſterius augeat vim prioris.

7. ἢ νίφετον, ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας. „quod poeta diſtinguit χιόνα, ὑετὸν, χάλαζαν.“ porro: „ἐπάλυνεν. ἐλεύκανεν. ὡς παλῇ καταπασθεῖσα. οὕτως γὰρ ὀξυτόνως (voluit ergo παλῇ ſcriptum eſſe hoc) καλεῖται τὸ ἐπιπασσόμενον λεπτομερέστατον τοῦ ἀλεύρου.“ Ita Sch.

A. et cum eo Schol. br. in pr. edit. in qua et παλὴ editum eſt; minus bene ἐκπασσόμενον. Interpolatum nunc Scholion eſt ab editore Cantabrig. et Barnes. Apollon. Lex. ἐπάλυνεν. ἐλεύκανεν. ἀνέδευσεν. ἐπέβρεξεν. ἢ ἀπὸ τῆς πάλης, ὡς εἴρηται, (leg. παλῆς. et excidit locus, qui hic reſpicitur aut eſt lacinia aliena) λέγει τὸ ἐλεύκανε. ἐπεπάσθη ταῖς ἀρούραις ἡ χιὼν, τῇ γῇ. Similia in Heſych. ἐπάλυνεν, vbi cf. Notas. Bene Etymol. παλύνω. ὡς μὲν Ἀπίων, τὸ μολύνειν καὶ βρέχειν. ἄμεινον δὲ τὸ λευκαίνειν, adſcripto verſu noſtro: vnde emendatus Apollon. in παλύνειν a Villoiſono. add. Heſych. in παλύνω et ibi Notas. Compoſuit ſua ex his Euſtath. ad h. l. Operoſe haec grammatici egerunt; nihil tamen erat ſimplicius quam dicere, παλύνειν, proprie de polline et farina dictum, eſſe etiam idem quod πάσσειν conſpergere, vt Od. Ξ, 429 et ἐπιπάσσειν (quod et Schol. Eurip. Or. 1166 appoſuit; add. Sophocl. Antig. 253 διψίαν κόνιν παλύνας et Schol.) adſpergere, vt αἱ δὲ γυναῖκες — λεύκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. adſperſerunt farinam carnibus; veterum more; Σ, 560. et ſic occurrit Od. K, 520. Λ, 28. Ξ, 77. et ex noſtro loco Apollon. III, 69 νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα οὔρεα καὶ σκοπιαὶ περιμήκεες. retulit hoc inter Ionica Gregor. p. 262. Harpocration in πέλανος inter alia etyma et hoc habet: ἢ ὅτι καὶ λευκά ἐστιν. verſu hoc appoſito: ab indocto, puto, interpolatore.

πολλάς τε χιὼν laudat Schol. Ariſtoph. Nub. 260.

8. ἠέ ποθι πτολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο. Sch. A. et br. πολέμου στόμα aut periphraſtice dictum eſſe aiunt, pro τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου, aut pro toto bello, quia omnes conſumit ac perdit bellum. In alterum conſentiunt Sch. B. Euſtath. At Schol. Sophocl. Oed. Col. 137 per φωνὴν interpretatur; quae quis ferat! Mireris nec minus Clarkium huc aduocantem Cicer. pro Arch. 9. *belli ore ac faucibus ereptam.* Heſychius in στόμα, τὸ κατεργαστικώτατον τοῦ πολέμου, in πολέμου στόμα autem τὸ ἀναλωτικὸν καὶ φθαρτικὸν τοῦ πολέμου.

Immo vero *στόμα πολέμου*, *μάχης*, eſt frons aciei, et ipſa acies, vt ſaepe *στόμα* de anteriore parte, aditu, exitu, vt *os* apud Latinos. Dicta autem h. l. pro ipſa pugna, prodigio monſtrata. Jl. T, 313 *οὐδέ τι θυμῷ τέρπετο, πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος* ſimpliciter *antequam pugnam iniret, pugnaret.* et Υ, 359 *οὐδέ κ' Ἄρης — ὑσμίνης ἐφέποι στόμα καὶ πονέοιτο.* quid eſt aliud quam *ne Mars quidem tantam aciem ac pugnam* obierit. Sublegit hanc formam Quintus Cal. I, 193 *παίδων ὀλλυμένων — κατὰ στόμα δηϊοτῆτος.* et I, 485 *στόμα χάρμης* dixit. Simili, nec tamen eodem modo, dictum poſtea eſt *στόμα στρατοῦ*, *στρατεύματος*, de primo agmine et de prima fronte, vt ap. Xenoph. H. Gr. III, 1, 20. IV, 3, 2. et in ſcriptoribus tacticis. Huius generis ſunt loca quae Koeppen laudat ex Euripide, Heracl. 801. Rheſ. 409. 491. 511. Eodem modo et alia, vt *στόμα ποταμοῦ*, et in Troade recte *στόμα λίμνης*, (Stomalimne vulgo) et *στόμα ἠϊόνος*, Ξ, 36.

πευκεδανοῖο. pro *πικρὸν* dictum *τὸ πευκεδανὸν*, a piceae ſucco, agnoſcunt Sch. br. et Heſych. At per *καυστικὸν* exponit Etymol. quia picea facile flammam excipit.

Bentleio v. 7. *ἢ νίφετον* erat ſuſpectus, at v. 8 *ἠέ ποθι πτ.* prorſus delendus; nec occurrere alibi *πευκεδανός.*" Equidem ſtatuo alterum poſt alterum rhapſodum videri haec intuliſſe.

9. *ἀνεστονάχιζ' Ἀγαμέμνων.* Pro hoc *ἀναστενάχιζ'* eſt in Vrat. b. Sicque ap. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2 vbi vſſ. 9. 10. corrupte apponuntur. Harl. Mori. Cant. Ven. Townl. Varietatem iam aliquoties vidimus: v. c. B, 784. Bentl. coni. *ἀνηστράπτεσκ' Ἀ.*

10. *νειόθεν ἐκ κραδίης· τρομέοντο δέ οἱ φρένες ἐντός.* ⸓ (aut potius ⸓÷) quod Zenodotus habebat *φοβέοντο.* At *φόβον* Homerus dicit *τὴν μετὰ φυγῆς δειλίασιν.* Argui porro cum imperitiae ait Sch. A. ex v. 25 *ὡς δ' αὔτως Μενέλαον ἔχε τρόμος.* —

Porro *νειόθεν ἐκ κραδίης*. „*ἐκ τῶν ἐσωτάτων λογισμῶν* — hinc *Philotimus* mentem in corde posuit, *ἐν καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν ἔθετο· ὅθεν γὰρ τὸ χαίρειν, καὶ τὸ λυπεῖσθαι τὰς ἀρχὰς ἔχει, δηλονότι ὁ νοῦς ἐκεῖθεν ἤρτηται.*" Sic A. B. et sine Philotimi nomine Eustathius. Philotimus est medicus ille non ignobilis, Praxagorae discipulus. Est haec disputatio, quam aduersus Chrysippum potissimum agitauit Galenus de Hippocr. et Platon. plac. lib. II. et III. mirum tamen quod in re nota et diu ante Philotimum agitata hic potissimum excitatur, et quod hoc demum loco, cum *Φρένες* iam saepe hoc sensu dictae occurrerint, tum vero, quod totum Scholion alienum est ab h. l. nam ingemiscere aliquis dicitur ex ipsis praecordiis, alte ducto spiritu, non ex intima mente. *κάτωθεν* reddit Apollon. Lex. ex Apione p. 470.

11. *ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε.* Mira fuit veterum *ζήτησις* exposita a Porphyrio in Schol. B. et A. quomodo ex tentorio castra Troianorum prospicere potuerit Agamemnon. Simplicissimum erat dicere, eum subinde exiisse tentorio et prospexisse: quod sane haud necesse erat addere. At veteres acutius rem expedierunt, cum dicerent, *ἰδεῖν* et *ἀθρῆσαι* esse etiam *τὸ διανοίᾳ σκέψασθαι*, et mente quoque animoque res videri. Quid? quod idem hoc iam propositum est ab Aristotele Poet. c. 25. vbi reprehendentibus poetam respondetur f. 7. *dici nonnulla per metaphoram: καὶ τὸ· ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε.* Voluit ergo Aristoteles sophistarum ludibrio ita occurrere, vt diceret, ex tentorio sane Agamemnonem non vere prospexisse, sed mente et animo vidisse campum. Laborant viri acutissimi in Aristotele tuendo Twining et Tyrwhitt. Addunt alia Schol. B. et A. cum Schol. br. potuisse tentorium positum esse in loco alto, vnde prospectus esset, et prospici poterant Troiani, quandoquidem excubabant in editiore campi parte: *ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο.*" Hoc tandem est sapere! Quid? si Agamemnon nec in tentorio cubabat, sed ante tento-

rium? vt Neſtor vſ. 74. et Diomedes vſ. 151. Ita concidunt omnes argutiae.

Ceterum Porphyrii Scholion reſpondet alteri, quod eſt inf. ad 418 et Θ, 507. cum Quaeſt. Homer. ſ. 2.

Similitudo loci eſt cum verbis Taciti Annal. I, 65. *Nox per diuerſa inquies; cum barbari feſtis epulis, laeto cantu, aut truci ſonore, ſubiecta vallium ac reſultantes ſaltus complerent; apud Romanos inualidi ignes, interruptae voces, atque ipſi paſſim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, inſomnes magis quam peruigiles; ducemque tenuit dira quies.* Vtri dicemus fuiſſe viuidiorem mentem mentisque vim: Tacito an Homero?

12. *θαύμαζε πυρὰ πολλὰ, τὰ καίετο Ἰλιόθι πρό.* vix aſſequaris qua metri incuria ſcribi potuerit *τὰ καίετ' Ἰλιόθι πρὸ* cum in codd. magna parte, tum in edd. vna Romana excepta, cui tamen nec Turnebus obtemperavit; emendauerat tamen *καίετο* iam ed. Baſil. 1541.

θαύμαζε per *θεᾶσθαι* reddit Apollon. Lex. p. 341. et eſt hoc *θηεῖσθαι* voc. proprium: vt iam vidimus Jl. H, 444 *θηεῦντο μέγα ἔργον.* Attamen et inf. Σ, 496 *ἱστάμεναι θαύμαζον* et Od. Θ, 265 *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν θαύμαζε δὲ θυμῷ.*

τὰ καίοντ' Cant. male ante *ϝιλιοθι.*

13. *αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.* ἔ— „quod hic et in ὁπλοποιΐᾳ (Σ, 495) *αὐλοὶ σύριγγές τε* memorantur, itaque nota fuere barbaris ea inſtrumenta." Eadem Athen. I, p. 16. A. *αὐλῶν* vſum in nuptiis iterum memorat Homerus Σ, 495. At multo magis hoc notabile, quod, cum nota eſſent barbaris et Graecis, non tamen illi de vſu eorum in tactica cogitarunt!

Monent praeterea Schol. A. et br. ad *ἐνοπὴν* ſubintelligendum eſſe *ἀκούειν.* Enimuero pendet hoc a *θαύμαζε.*

Alii obſeruationi locum faciunt ea quae in Ariſtotelis Poetica leguntur l. c. „per metaphoram ait dici et hoc: *αὐλῶν συρίγγων θ' ὅμαδον.*" Si antecedentia animo

teneas, ſtatim ſuccurret, ex Ariſtotelis opinione eſſe et haec non vere audita, ſed animo tantum fingi ab Agamemnone, intra tentorium in lecto cubante, vti nec ante vere viſi erant ignes ex tentorio; adeoque haec accipienda eſſe per metaphoram. Haec cum non meminiſſent viri docti, laborarunt in iudicio hoc critico, et verba viſa ſunt non eſſe ſana; vix enim haec memoriter ita eum recitare potuiſſe pro *συρίγγων τ' ἐνοπήν*, quae per metaphoram ſane non ſunt dicta. (Sed credendum eſt omiſſa eſſe media aut excidiſſe, cum adſcribendum eſſet: *ἐνοπὴν ὅμαδόν τε*) Twining, elegantis iudicii, etiam hic paullo ſubtilius verſatus conficit *ὅμαδον ἀνθρώπων* reprehenſum fuiſſe ab iis, qui *ὅμαδον* dicerent proprie eſſe turbam; (atqui *αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴ* non minus per metaphoram eſt dicta, nec modo *ὅμαδος*.) his igitur reſpondendum eſſe: *ὅμαδον* h. l. per metaphoram eſſe tumultum. (Itaque ex viri docti mente debuiſſet verſus rectius ſcriptus fuiſſe ita: *αὐλῶν συρίγγων θ' ὅμαδόν τ' ἐνοπήν τ' ἀνθρώπων*, ne reprehenſioni criticorum eſſet locus; attamen vel ſic metaphorice *ὅμαδος* dictus eſſet pro ſtrepitu.)

Verſum, vt nunc legitur, recitat Dio Or. II, p. 90 et aliquoties Maximus Tyr. ſtatim I. p. 10. XXVIII, 25. Etiam Apollon. Lex. in *αὐλός*. *αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν*.

15. *πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας.* Primo *πολλὰς δ' ἐκ* Vrat. b. et Apollon. Lex. in quo: *προθελύμνους· ἄλλας ἐπ' ἄλλαις.* verſu laudato. Sic et Heſych. add. Suidam. Sch. br. *ἐπαλλήλους ἢ προῤῥίζους. θέλυμνα δὲ κυρίως, οἱ θεμέλιοι.* Alterum hoc verum. v. ſup. ad I, 537. „*γρ. εἵλκετο.* Barn. Verſus laudatus ab Epicteto in Diſſ. III, 22, 30. vna cum vſſ. 91 ſq.

16. *κυδάλιμον κῆρ.* Bentl. hinc emendat Heſych. *κυδύλιον. ἔνδοξον.* at h. l. eſt animus *generoſus.*

Vſſ. 17—20. leguntur ap. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. IV, 5.

18. *Νέστορ' ἐπὶ πρῶτον Νηλήϊον ἐλθέμεν ἀνδρῶν.* „*ὅτι καὶ ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ καταφυγεῖν εἰς σοφίαν.*“ (Bene

hoc; ſed res interprete vix egebat) „Pamphilus ſcribebat ἔπι. (Iunxit ergo Νέστορ' ἔπι vt πρῶτον eſſet primo. Atqui vel ſic ἐπὶ Νηλήϊον iungere licebat.) praeſtat tamen ἐπὶ πρῶτον iungere: ſicque Aſcalonita cenſebat.“ Scilicet vt ſit πρῶτον (κατὰ τῶν) ἀνδρῶν ἐλθεῖν ἐπὶ N. quod mihi vix iudicio Homerico dictum videtur; manebo in hoc, vt iungam: πρῶτον (κατὰ τῶν) ἀνδρῶν primo loco, antequam alios adiret) ἐλθέμεν ἐπὶ Νέστορα.

19. εἴ τινά οἱ σὺν μῆτιν ἀμύμονα τεκτήναιτο. „Alii olim συμμῆτιν ſcripſerant.“ Et ſic Townlei. Etiam Sch. br. συμμῆτιν, συμβουλήν. Scilicet vt inf. 197 συμμητιάασθαι. At ſunt iungenda: συντεκτήναιτό οἱ μῆτιν. h. συγκατασκευάσειεν. ὑπόθοιτο. Alias dicit συμφράζεσθαι.

22. ποσσὶ δ' ὑπὸ reuocatum eſt a Wolfio ſecundum ea quae paſſim hoc de verbo diſputata ſunt: v. ſupra ad B, 44. vbi idem verſus iam lectus eſt. In parte codd. et in edd. ὑπαὶ erat; at ὑπὸ Barocc. Mori. Harl. ipſe Venetus. Et „γρ. ποσσὶ δ' ὕπο.“ Barnes. Tum ἐδύσατο Cant. male.

23. ἀμφὶ δ' ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος. ἐ- quod tunicae (χιτῶνι) ſuperinduitur λεοντῆ, leonina pellis: addit Sch. A. ἀντὶ τῆς ἀσπίδος. vnde et 34 ἔντεα pro ea dicantur. Nimis argute, puto; pellis pro χλαίνῃ eſt, quam Neſtor induit inf. 133. etſi mirum eſſe video vſ. 34 exuuias leonis declarari per ἔντεα καλά. Sch. B. cauſſam pellis iniectae ait alios quaeſiuiſſe in hoc, quod hibernum tempus erat; at grammaticus improbat: σκέπη γὰρ ἦν ὅπλων ἡ λεοντῆ. voluitne eam armis ſuperindui? an dixit ἀντὶ ὅπλων? Mihi res ex eo declaranda videtur, quod exuuiae leonis erant pro ſtrato cui incubabat vt Vlyſſes Od. Υ pr. corio bouino. Saltem apparet fuiſſe morem, vt, donec armis induendi ſe tempus eſſet, pelle tecti procederent. Simili de cauſſa mox Menelaus pardi pelle indutus prodit, et Diomedes leonina.

δαφοινὸν — δέρμα λέοντος. Sch. br. pro φόνιος. φονευτικὸς, adeoque pro δαφοινοῦ λέοντος. Sic et Ven. B. Melius apud hunc alii pro πυῤῥὸν, *fuluus*. cf. ad B, 308.

δαφοινὸν ἕσσατο Barocc. vnde Barnes coni. δαφοινεὸν, vt Σ, 538 vel δαφοινὸν ἓ ἕσσατο. Supereſt tertium: omiſerat librarius alterum ε in ἑέσσατο. Fuit, quod Bentleius quoque monet olim ſcriptum εϝεσσατο. v. de Digammo. Fuit ϝεω. ϝεννυμι.

24. αἴθωνος, μεγάλοιο, ποδηνεκές. Leo αἴθων, nunc primum occurrit, ſeu fuluus ſeu violentus, animoſus, ferox. κατὰ ψυχὴν ἔμπυρος. Praefero prius: ad Λ, 547. Omnino de voce v. ad B, 839. vbi equi αἴθωνες erant.

ποδηνεκὲς grammaticis primo loco Apollonio Lex. h. v. et Heſych. notabile viſum, non niſi inf. 178 et O, 646 obuium. Sch. br. ipſa: „μέχρι ποδῶν διῆκον.“ Scilicet quaſi ποδηνεγκὲς, ab ἐνέγκω, vt διηνεκὲς, κεντρηνεκὲς, ſup. E, 752 vbi Obſſ. δουρηνεκὲς inf. 357.

25. ὣς δ᾽ αὕτως Μενέλαον ἔχε τρόμος. ⸎ quod ἔχε τρόμος refellit Zenodotum, qui ſup. 10 legebat φοβέοντο pro τρομέοντο. Mox οὐδὲ γὰρ αὐτῷ etiam Tyrannio legebat, Aſcalonita vero αὖ τῷ. vt ſolet dici τοῦ δ᾽ αὖ. Nihil intereſſe fatetur ipſe Ven. A. — Grauius forte, ſi moneam, interpunctionem priſtinam — ἐφίζανε, μή τι πάθοιεν, inſtitui poſſe alio modo, eoque meliore, vt feci: ὣς δ᾽ αὕτως Μενέλαον ἔχε τρόμος· οὐδὲ γὰρ αὐτῷ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐφίζανε· μή τι πάθοιεν Ἀ. vt interpoſita ſint quae diſtinximus, et iungenda ſunt: τρόμος, μή τι πάθοιεν.

26. μή τι πάθοιεν. ἐν ἄλλῳ· μή τι πάθωσιν. Ven. A. vtrumque recte. v. Excurſ. II, ad VII, p. 405. 406.

27. πουλὺν ἐφ᾽ ὑγρήν. ⸎ propter figuram, πουλὺν ὑγρὴν pro πολλήν. Sch. br. volunt Attice eſſe dictum: Sane Homeri aetate Atticus ſermo nullus erat. Fuit duplici forma: πολὺς, ὺ, et alterum πολλὸς, ή, όν. — Heſych. πουλὺν ἐφ᾽ ὑγρὴν ex h. l. ἐπὶ πολλὴν θάλασσαν — *fluidam*, vi oppoſitae terrae, quae ξηρὰ eſt et τραφερά. Ξ, 308 ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν. Forte tamen nec θάλασσαν aut ἅλα, ſed πορείαν ſubintelligi voluit, cum etiam ὑγρὰ κέλευθα dixerit.

29. παρδαλέῃ vbique ſcriptum; cum alias variet πάρδαλις et πόρδαλις. v. ad Γ, 17. cf. ad N, 103. παρδαλέη — ποικίλη, primo caſu, Townlei.

30. αὐτὰρ ἐπὶ στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας. ⸖ ὅτι στεφάνη εἶδος περικεφαλαίας. Sch. A. „Sit ita; et conſentiunt Sch. br. Etym. Heſych. et ipſe Apollon. h. v. proprie tamen eſt pars galeae, prominentior, ad tegendam frontem.

32. βῆ δ' ἴμεν ἀνστήσων ὃν ἀδελφεόν· „ἀνστήσων. οὕτως Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ν̄, ἀνστήσων. Ven. A.“ quid igitur putabimus aliud lectum fuiſſe? forte ἀμστήσων. Attamen et A, 305 ἀνστήτην. et inf. 176. —

33. Ἀργείων ἤνασσε, θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ. ἤνασσε dictum Homero eſſe non potuiſſe docuit Bentl. apud Clark. ad Jl. Π, 172. quo loco prima digammi mentio ab eo facta eſt; ex eo Daweſ. p. 155. Nam ſi fuit ϝαναξ. ϝανασσω. ergo ſcriptum eſſe non potuiſſe niſi εϝανασσε. v. Exc. de digammo.

34. τιθέμενον Mori: pro τιθέμμενον putat Barnes.

35. ⸖ „quod νηῒ παρὰ πρύμνῃ dictum pro παρὰ νηὸς πρύμνην.“ At hoc iam H, 383.

37. ⸖ „quod τὸ ἤθεῖε reuerentiam iunioris erga maiorem natu inuoluit“ Sch. A. v. ſup. ad Z, 518.

38. ⸖ „quod ὀτρυνέεις Ariſtarchus. vt 55. Pergit Ven. A. Ἀρίσταρχος κατάσκοπον. Νικίας δὲ ἀναστρέφει τὴν ἔπι, ἵν' ᾖ ἐπὶ Τρώεσσιν. Vix potuit Ariſtarchus legere κατάσκοπον. ſed interpretatur auctor Scholii vocem ἐπίσκοπον, quod nunc eſt pro κατάσκοπος, vt etiam Etymol. Heſych. Sch. br. Euſt. cum alii σκοπὸν ſine ἐπὶ dictum vellent; vt eſſet: Τρώεσσιν ἔπι σκοπόν. Scilicet male habuit, quod ἐπίσκοπος alibi eſt *inſpector* non ſpeculator. Hinc alii in ἐπίσκοπος nunc abundare ἐπὶ dixerunt, vt in ἐπικλυτόν. ἐπιβουκόλος. Poteſt vtrumque defendi. ἐπίσκοπος quidem alibi eſt *inſpector*, Ω, 729. X, 255. Od. Θ, 163. potuit tamen nunc alio ſenſu poni. Promiſcue poſuit et alibi σκοπὸς et ἐπίσκοπος. δμωάων σκοπός ἐσσι Od. X, 396. et ἐπίσκοπος ὁδαίων Od. Θ,

163. Sic et διασκοπιᾶσθαι inf. 388 quod v. 40 σκοπιάζειν. et 342 ἐπίσκοπος eſt idem quod σκοπός. Poteſt tamen et ibi fuiſſe νήεσσιν ἔπι σκοπός. Eſt enim σκοπὸς hoc ſenſu Homericum, vt inf. 526. 324.

40. σκοπιαζέμεν οἶος ἐπελθών. Heſychii σκοπιαζέμεναι. —κατασκοπεῖν Bentleius huc aduocat.

41. νύκτα δι' ἀμβροσίην. Sch. br. ἀνὰ τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οἱ βροτοὶ οὐ προΐασιν. ὅθεν καὶ ἀβρότη ἡ νύξ. Petita haec ex etymo. v. ad B, 57. Alienum quoque eſſet, de diis noctu per terras ambulantibus cogitare. Eſt nox θεῖα, — *alma*. μάλα τις θρασυκάρδιος ἔσται. „γρ. ἐστίν, καὶ ἐν ἄλλῳ· εἴη. Ven. A. alterum hoc eſt luculentius.

43. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ. Etiam hic grammatici nugantur; Ven. A. cum Schol. br. Euſt. eſſe ſoloecum ait, pro ἐμῆς καὶ σῆς. Et Ven. B. χρεὼ aliis eſſe pro χρεία, aliis pro δεῖ. σὲ, pro εἰς σὲ, eſſe pro σοὶ, ait Sch. Eurip. ad illa: Ἀλλὰ τίς χρεία σ' ἐμοῦ. Hec. 976. At v. ſup. ad I, 75 Not. et ad h. l. Clarke.

44. ἥτις κεν ἐρύσεται ἠδὲ σαώσει. „quod κεν abvndat, niſi ſit pro ἥτις ἂν ἐρύσσαιτο." Sch. A. Ita iterum haeret grammaticus in vſu τοῦ κε cum futuro, de quo v. ſup. ad A, 175. et Exc. II. ad lib. A. p. 176. Δ, 176. E, 212.

βουλῆς κερδαλέης. — Sch. A. locum referendum eſſe monet ad verſum, ἔνθα Σίσυφος ἔσκεν ὁ κέρδιστος Z, 153. ad quem vide: Monitum quoque ad e. l. κέρδος, κέρδεα, et cognata in bonam et in malam partem dici; ſaepe discrimine obſcuro aut parum definito. κερδαλέος autem obſeruatum gloſſographis et Schol. ad h. l. cum tamen iam A, 149 eſſet κερδαλεόφραν. Apollon. Lex. κερδαλέον (ad Od. Z, 148) πανοῦργον. περιποιοῦντα (κέρδη) καὶ ὠφέλειαν. Similia v. Heſych. Etymol. Schol. A. B. br. e quibus ad h. l. ſpectat, ἐπωφελοῦς, συνετῆς, ὠφελίμου. at alterum ἢ πανούργου. παρὰ τὴν κερδὼ, ὅ ἐστιν ἀλώπεκα, ad alia loca, et Pind. P. II, 142. 3.

ἐρύσεται. vno ſibilo ſcribendum; non, vt editur, ἐρύσσεται. Eſt enim a ῥύω, ἐρύω, *ſeruo. cuſtodio.* v. ad Δ, 138. Excurſ. IV ad A.

45. Ἀργείους καὶ νῆας, ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν. „quod aperte Iupiter Argiuis ſtuduit ante Thetidis preces — et quod Zenodotus hemiſtichium hinc transtulit in Hectoris verba κατὰ τὴν κόλον (non κῶλον) μάχην. h. e. in Θ. 501. Ἀργείους καὶ νῆας ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης. ibi enim Zenod. ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν."

46. Ἑκτορέοις ἄρα μᾶλλον ἐπὶ φρένα θῆχ' ἱεροῖσιν. „ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων. εἶχ' ἱεροῖσιν." Ven. A. debuit eſſe εἶχ' pro ἐπεῖχε. vt, ἐπέχειν νοῦν. φρένα. At hiatus tum exſiſteret; niſi legerunt: ἐπὶ φρένας εἶχ' ἱεροῖσι. dubito tamen dici ἐπέχειν φρένας· ſed φρένα.

48. ἄνδρ' ἕνα τοσσάδε μέρμερ' ἐπ' ἤματι μητίσασθαι. „ἐν ἤματι Ariſtarchus legebat;" propius ad vſum communem, *vno die.* vt Od. Ω, 118 μηνὶ δ' ἐν οὔλῳ. Etiam Sch. br. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Barneſ. edidit praefixum ἕν' ἤματι, atque etiam recepit in contextum: nulla alia auctoritate quam editionis Schrevel. At nec Aldina Scholia aliud habent praefixum quam Ariſtarcheum ἐν ἤματι, nec in ceteris edd. Scholiorum. In edd. poetae ἐν ἤματι erat in Flor. Ald. 1. Rom. ſucceſſit in Ald. 2 ἐπ' ἤματι quod retinuere ſequentes, etiam Turn. Steph. Clarke etſi Barneſium probat; at refellit Erneſti eſſe ἐπ' ἤματι idem atque ἐν ἑνὶ ἡμέρᾳ. Et hoc recte. Etiam ἐπ' ἤματι. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ Heſych. habet et Suidas. Add. Euſt. Codices ſeruant ἐπ' exceptis Cant. (in quo et Ἑκτορέης) Mori Lipſ. Vrat. A. Moſc. 3.

μέρμερα. v. ad Θ, 453.

μητίσασθαι, vno ſibilo non σσ. quia ex μητίω, non ex μητίζω. docet Clarke.

50. αὔτως, οὐδὲ θεᾶς υἱὸς φίλος οὔτε θεοῖο. αὔτως. per ὡσαύτως reddit Porphyr. ad K, 165. putare malim, eſſe, *ſic, temere.* Porro ſupplent hoc verſu ὑπάρχων Sch. A. ὢν Sch. br. — θεᾶς φίλος υἱὸς Barocc. male.

51—52. — Obelo ſignati ſunt verſus in Ven. A. in Scholiis tamen nil adiectum. Recte tamen vidiſſe cenſeo grammaticum, qui verſus confodit; ſunt enim mera repetitio ſuperiorum 48. 49. In 52 τόσα γὰρ κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς. Aliis locis tertius caſus ponitur. Variat Ἀχαιοὺς et Ἀχαιοῖς Od. Ω, 425. At et alterum pro εἰς Ἀχαιοὺς defendas exemplo X, 395 Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα. Omnino ſynonyma poetae ſunt ἐργάζεσθαι, ῥέζειν, μήδεσθαι, μητίεσθαι, μηχανᾶσθαι τι (εἴς) τινα. An et βουλεύων ἐμὲ καί σε in Hymn. in Merc. 167 eo ſit referendum, nolim affirmare; nam ſunt tam multa inepte conſarcinata in eo hymno, vt niſi maiorem partem reſeces, carmen vix ſit tolerabile.

53. ξ— excidit Scholion Ven. A. Nec tamen diuerſa habere potuit ab iis quae ex Ven. B. appoſita ſunt: quod Menelaus, tanquam natu minor ad Aiacem et Idomeneum mittitur, qui remotiore loco tendebant: cf. 113 maior autem natu ad Neſtorem procedit. Quae de his caſtrorum locis ex h. l. tuto conſtituere liceat, in ipſis Notis attigimus: plura quomodo probabiliter ſatis dici poſſint non habere me profeſſus ſum ſup. Exc. I ad VII p. 396 ſq. Lecheval. *Ebne von Troja* p. 253. vide tamen Lenz. p. 190 ſqq.

54. ῥίμφα θέων ἐπὶ νῆας. παρὰ νῆας Barocc. et vn. Vindob.

55. αἴ κ' ἐθέλησιν ἐλθεῖν. αἴκε πίθηται Ven. cum vno Vindob. et pro Var. Lect. Vrat. et alter Vindob. at αἴκ' ἐθέλῃσιν Ven. B. Interpungi poteſt non vno modo: ἀνστήμεναι, αἴ κ' ἐθέλησιν ἐλθεῖν εἰς Φυλάκων ἱερὸν τέλος, ἠδ' ἐπιτεῖλαι, vt iungantur ἀνστήμεναι ἠδ' ἐπιτεῖλαι· aut ἀνστήμεναι, αἴ κ' ἐθέλησιν, ἐλθεῖν εἰς Φ. vt ſit pro ὥστε ἐλθεῖν, et abſolute interpoſitum αἴ κ' ἐθέλησιν, vt interdum fit: v. c. Θ, 142. I, 429 et al.

56. εἰς Φυλάκων ἱερὸν τέλος. Primo τέλος, τάγμα. Sic θεῶν ξυντέλειαν hoc ſenſu dixiſſe Aeſchylum S. in Th. 257. notat Schol. ad e. l. laudato hoc verſu. Eſt nobile Scholion ad h. l. ſuper τέλος eiusque variis ſignificatibus repetitum in Sch. br. Ven. B. Etymol. Euſtath.

et ex cod. Leid. ap. Valk. ad Ammon. p. 243. add. locum praeclarum de diuerſis τοῦ τέλος ſignificatibus ap. Stobaeum Ecl. phyſ. lib. II, c. 3. p. 162. Cant. In Apollon. Lex. h. v. eſt tantum τέλος. τὸ τάγμα — Φυλάκων τέλος ἶξον ἰόντες inf. 470. ſed Φυλάκων ex v. 56. — ἱερὸν, ἤτοι μέγα, ἤτοι ἀπηλλαγμένον τῶν λοιπῶν ἔργων Sch. br. et Ven. B. non male: quandoquidem ſelectus e ceteris copiis et eximius numerus ſeu τάγμα eſt; ſed de hoc vſu dubitare licet. Iterum inf. Ω, 681 λαθὼν ἱεροὺς πυλαωροὺς occurrit. Et manſit ſimilis vſus in ἱερὸς λόχος, *cohors ſacra*, ap. Thebanos. Apud Euſtath. τάγμα θεῖον. non tamen vt ille argutatur διὰ τὸ Φυλακτικὸν, ſed ſimpl. *egregium. eximium*, vt toties in Homero. v. ad Θ, 66.

57. κείνου γάρ κε μάλιστα πυθοίατο. κείνῳ — πιθοίατο. Cant. Barocc. Mori. vn. Vindob. In Ven. expreſſum κείνου — πιθοίατο, ſic et Lipſ. is tamen habuit ι in raſura. v. Ern. Enimuero dicendum πυθέσθαι τινος, at πιθέσθαι τινι. Recte adeo Weſſeling. ad Herod. I, 126 noſtro loco non vtebatur ad tuendum quod in illo loco eſt, βουλομένοισι ἐμέο πείθεσθαι. multo minus Od. A, 414 auctoritatem addit: οὔτ' οὖν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι. vera enim lectio eſt ἀγγελίης.

59. τοῖσι γὰρ ἐπετράπομέν γε μάλιστα. Barnes pro var. lect. τὰ μάλιστα. quam ipſe excogitaſſe videtur.

61. πῶς γάρ μοι μύθῳ. In τῷ γὰρ iterum argutatur Clarke, et indignationem in eo quaerit Koeppen. Nihil aliud eſt quam quod alias δή. ἄρα. Eſt quoque proprie πῶς γε ἄρα. γ' ἄρ.

62. αὖθι μένω μετὰ τοῖσι. Schol. B. illuſtrat αὖθι (pro αὐτόθι) et αὖτις. *ibi* et *rurſum*. cf. ſup. ad A, 492. Porro non dixit αὖθι μενῶ, nam ſequitur ἦε θέω. Subintelligendum igitur visne ἵνα μένω ἢ ἵνα θέω. παρὰ τοῖσι Cant.

63. ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω. ἐπὴν αὐτοῖς Mori. vn. Vindob. ἐπιτέλλω Barocc.

64. αὖτε προσέειπε. Ald. 2. cum ſeqq. αὖτις.

65. *αὖθι μένειν, μή πως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιϊν.* ꝟ Excidit Scholion, quod ſpectare debuit ad *ἀβροτάξομεν.* de quo Schol. br. *διαμαρτήσομεν. ἀλλήλων ἀποτύχωμεν. ὅ τινες διαμφοδῆσαί φασιν.* Praeiuit Apollon. h. v. *ἀβροτάξομεν. ἁμάρτωμεν ἀλλήλων.* laudatis vſſ. 65. 66. et appoſitis mox aliis, quae modo memoratis ſimilia ſunt: quae et Etymol. et Heſych. afferunt. Aberratur in his *ἀβροτάξωμεν.* De etymo tamen et ſignificatu nihil habent, quod probes. *ἄβροτος ἐρημία* eſt apud Aeſchyl. Prometh. pr. *νὺξ ἀβρότη* inf. Ξ, 78 ad q. l. vide. Spectant haec ad ſolitudinem. Ergo *ἀβροτεῖν* et *ἀμβροτεῖν* eſt *ἀποτυγχάνειν τοῦ βροτοῦ*, aberrare ab homine in inferendo vulnere, vt E, 287 *ἀβροτάζειν*, aberrare ab eo, quem quaeſitum iuimus. Bene de his Koeppen. A nocte, *ἀβρότη* vocem ducit Euſtath.

μή πως — ἀβροτάξομεν. vſus futuri poſt *μή πως* de quo v. ſup. Exc. II ad VII p. 406. 7. *ἀβροτάζομεν* ap. Schol. Apollon. I, 1356.

66. *ἐρχομένω.* Euſtath. *ἐρχομένω ἢ ἐρχόμενοι.* Et hoc eſt in vno Vindob. Porro *στρατὸς* pro *στράτευμα*, obſeruantibus veteribus: v. Apollon. Lex. h. v.

67. *φθέγγεο δ' ᾗ κεν ἴῃσθα, καὶ ἐγρήγορθαι ἄνωχθι.* Schol. br. videntur legiſſe *εἴ κεν*, nam reddunt *ἐὰν πορευθῇς.*

ἐγρήγορθαι· ſcriptum in plerisque exemplaribus, et pro Aeolico habitum, pro vulgari *ἐγρηγόρθαι*, quod tamen et ipſum in codd. eſt, vt in Mori. Disputationes ſuper tono Apionis et Herodori memorat Euſtath. cf. Etymol. in *ἐγρηγερμένος* p. 312 l. 39.

Etiam in forma *τοῦ ἄνωχθι* trepidant grammatici. Simpliciſſimum erat ab *ἄνωγμι* ducere. ſunt enim formae plures: *ἀνώγω. ἀνωγέω. ἀνώγημι. ἄνωγμι.*

68. *πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.* ꝟ Scholion Porphyrii ſubiicitur quod varia comprehendit; ſed ad h. v. ſpectat tantum hoc, quod hinc cauſſa reddi poſſit, cur heroes ſe mutuo compellent patrum et gentis ſignificatione addita: quandoquidem id beneuolentiam declarare putabatur. v. c. *Διογενὲς Λαερτιάδη*

πολυμήχανε. Cauſſae tamen plures eſſe potuere; vt discerneiur alter ab altero, etiam honoris cauſſa, cum pater eſſet clarus: v. ad Aelian. V. H. VI, 2. Etiam Thucyd. VII, 69 Nicias *ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ φυλήν.* — At in hoc argutari videntur, quod diuerſa eſſe volunt *πατρόθεν* et *ἐκ γενεῆς.*

69. *πάντας κυδαίνων.* Senſum attingit Heſych. *κυδαίνει. τιμᾷ. ἀξιοῖ. θαυμάζει. ἐγκωμιάζει. μηδὲ μεγαλίζεο θυμῷ·* vltima vox accedit ex vſu Homerico. Ex Porphyrii Scholio haec teneri poſſunt: non eſſe, quod grammatici volunt: *μὴ μέγα ἡγοῦ τὸ τοιοῦτο, καὶ ὅτι οὕτω προςφωνεῖς. ἀλλὰ σημαίνει· μὴ μεγαλύνε σεαυτὸν τῇ ψυχῇ. ἐξ οὗ σημαίνεται· μὴ ὑπερόπτης γίνου, μήδ' ἀνάξιον σαυτοῦ τὸ ἄλλον κυδαίνειν ἡγοῦ.* hoc idem et alibi dixit: I, 255 *σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν ἴσχειν ἐν στήθεσσιν.* *coerce. reprime. φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.* Adhuc vno loco vox eadem occurrit: Od. Ψ, 174. Penelope *οὔτ' ἄρ τι μεγαλίζομαι, οὔτ' ἀθερίζω. οὐχ ὑπερηφανῶ. — τὸ μὲν οὖν μὴ μεγαλίζεσθαι θυμῷ, μὴ ὑπερηφανεῖν δι' ὑπεροψίαν.* Etiam Apollon. Lex. h. v. *μεγαλίζομαι· μεγαλύνομαι. μεγαλαυχῶ.*

Spectat preſſe ad h. v. Heſychii gloſſa: *μεγαλίζεο. μεγαλύνου. καυχοῦ, ἢ ὑπερυψωθῇς.* Bentleius coni. „*μ. μ. μύθῳ.* Athen. XV." Sane *μύθῳ* et *θυμῷ* permutantur vt inf. 190. *μὴ δὲ* an *μηδὲ* ſcribas, nil intereſt. Barnes melius ſcribi *μὴ δὴ* putabat; improbante Clarkio.

69. Vtitur verſu Maxim. Tyr. Diſſ. XX, p. 368. vbi *κυδαίνειν* in codd. et edd. quod Dauiſ. relinquere debebat.

70. *πονεώμεθα· ὧδε.* Hiatus non fugit acumen Bentleii; nec emendatio, quae ſtatim ſe offert, vitio animaduerſo: *ἀλλὰ καὶ αὐτώπερ πονεώμεθον. ὧδέ που.*

71. *ἐπιγεινομένοισιν* iunctim Sch. br. et edd. ante Barneſ. cum codd. Vindob. male. Iungenda ſunt *ἐπὶ — ἵει, ἐφίει.*

72. *ἀπέπεμψεν* Lipſ. et vnus Vindob. pro *ἀπέπεμπε.* et vſ. 73. „*γρ. ἴμεναι*" Barnes pro *ἰέναι.*

74. τὸν δ' εὗρε. τόν ῥ' εὗρεν Cant.

75. ⊱ Excidit Scholion, quod forte ad εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ ſpectabat, molle pro ſenili aetate, vt Phoenici ſup. I, 655 ſq. at Diomedes in corio bouino cubabat. „γρ. εὐνῇ ἐνι" Barnes. εὐνῇ καὶ ἐνὶ Ald. 2. emendatum iam in Argentina. ποικίλα κεῖτο pro vulgari ἔκειτο, receptum e Cant. Harl. Vrat. b. a pr. m. et binis Vindob.

76. δύο δοῦρε. Cant. δοῦρα.

77. πὰρ δὲ ζωστὴρ κεῖτο παναίολος, ᾧ ῥ' ὁ γεραιός. ⊱ quod ſunt qui putent ζωστῆρα et ζῶμα eſſe idem; cum tamen ζῶμα ſit τὸ συναπτόμενον τῇ μίτρᾳ ὑπὸ τὸν στατὸν θώρηκα (h. e. lamina ſuperintexta faſciae laneae vel coriaceae, quae ilia ambiebat ſubter thorace) τὸ δὲ ἔξωθεν πάντα συνδέον, ζωστῆρα καλεῖ. Vide de his dicta ſup. ad Δ, 132. 186. vbi et dictum de voc. παναίολος. In fine „γρ. ὃν" Lipſ. non inſuauiter! ὃν — ζώννυτο.

78. ζώννυθ' etiam Ven. Nullus tamen dubito, veteres agnouiſſe ζώνυθ' quod et Euſt. ait, alios ſcripſiſſe, quodque habet Lipſ. Townlei. (in quo etiam θωρησοιτο, non σσ) et ed. Rom. Nulla enim eſt cauſſa geminandae litterae.

79. ἐπεὶ οὐ μὲν ἐπέτρεπε γήραϊ λυγρῷ. In Ven. expreſſum ἐπέτραπε. quod etiam habent Mori. Harl. Vrat. b. vn. Vindob. In Schol. A. adiicitur: Ἀρίσταρχος· ἐπέτρεπε. De vi vocis nil' monent Veneti. At Schol. br. οὐδὲ ὑπὸ τοῦ γήρως ἐνικᾶτο. Eſt Lat. cedere, concedere. non ille victus aetate otioſe aut ſegniter egit. Similitudinem habet cum ἐπιχωρεῖν, vt et ap. Heſych. docent pro ὑπεχώρει, legendum eſſe ἐπέτρεπεν, ἐπεχώρει. Multo magis conuenit cum ἐνδοῦναι. εἴκειν vel εἶξαι. proprie eſt ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν cum caſu tertio.

οὐ μὲν. Townl. et Schol. ed. Ald. οὔ μιν. Adhibita tamen vox μὲν eo fere ſenſu quo μὴν, ſane quidem.

80. ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος. vnus Vindob. ὑπ' ἀ.

82. τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος. Scripſi οὗτος ſuadente vſu loquendi. Sicque codd. Cant.

Mori. Barocc. Vrat. b. Townl. Ven. etiam ed. Rom. cum Euſtath. ſicque legitur apud Apollon. de Synt. I, 37. p. 79. Vulgare *οὕτω* propagatum eſt inde a Flor. Aldd. In vno Vindob. et Vrat. A. *οὕτως* ſuperadſcripto *ο*.

ἔρχεαι. Apollon. Alex. l. c. et Mori *ἔρχεται.*

83. *νύκτα δι' ὀρφναίην.* ap. Apollon. Lex. h. v. per *σκοτίαν* redditur; v. ibid. Toll. p. 510. Vrat. b. „*γρ. δι' ἀμβροσίην.*

84. *ἠέ τιν' οὐρήων διζήμενος ἤ τιν' ἑταίρων;* — *ἀθετεῖται*, quia *οὐρήων* dictum eſſe debet pro *cuſtodibus* (*φυλάκων.*) Atqui *cuſtos* eſt *οὖρος*, *οὐρεὺς* autem eſt *mulus.*" Ergo veteribus prorſus improbabile viſum, *mulum* ruptis vinculis discurrentem quaeri. Sane *οὐρῆας* vidimus eſſe *mulos* A, 50. ad q. l. vide Obſſ. cf. Apollon. Lex. in *οὐρεὺς* et *οὖρος*. Nihil tamen impedire videtur, quo minus etiam *οὐρεὺς* ductum ſit ab *οὖρος*. *οὐρέω, φυλάσσω*, cum etiam ſit *ὀρεύω* et *οὐρεύω* ap. Heſych. Certe ita ſtatuerunt alii grammatici. Sch. br. *οὐρήων. ἡμιόνων. νῦν δὲ φυλάκων.* Adde Euſtath. et Heſych. *οὐρῆας. οἱ δὲ οὐρήων, τῶν φυλάκων.* et *οὐρεῖς, φύλακες.*

ἠέ τιν' ἑταίρων. cum vitio metri edd. omnes ante Barnes; tam parum de re metrica ſolliciti erant viri docti in Homero.

85. *τίπτε δέ σε χρεώ;* Heſych. *χρεών.* et addit: *τίς δέ σε χρεία καταλαμβάνει;* repetita gloſſa vitioſe ibidem poſt *τῇ*. Conf. ad vſ. 43.

86. *τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα.* Vrat. b. ſupra adſcr. *τὸν δ' αὖτε προςέειπεν.*

88. *εἴσεαι 'Ατρείδην* erat vulgata lectio inde a Turnebo, qui intulerat ex ed. Rom. In Flor. Aldd. erat *γνώσεαι*, quod tuentur antiquiores codd. Cant. Barocc. Mori. Harlei. Vrat. c. cum A. et Vrat. b. pro var. lect. Moſc. 1. Vindobb. vn. ipſe Venetus. Agnoſcunt quoque Apollon. Alex. p. 79. Gregor. de Dial. p. 191. Plutarch. de tranquill. an. p. 466. E.

89. *Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερὲς* — *ἐνέεικε* Ven. c. Schol. A. Alteram formam iam Il. A, 48 vidimus *μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε*. De formula *ἐνιέναι πόνοις* v. fup. ad I, 696.

διαμπερὲς interpretantur *μέχρι τέλους* Sch. A. et br. vt dicat per totam vitam fibi fore aerumnas, aut pro, penitus, prorfus. alte immerfit me malis. Nam *διαμπερὲς* eft quoque *διόλου, τελείως*.

Vſſ. 89. 90. legebantur iam fup. I, 605. 6.

90. *μένῃ καὶ γούνατ' ὀρώρῃ*. *ὀρώρει* Ald. 1. fed vitio operarum.

91. *ξ— πλάζομαι. πλανῶμαι κατὰ τὴν γνώμην. οἱονεὶ, ἀπορῶ, ὅπως χρήσομαι τοῖς παροῦσι πράγμασι.* Sic Ven. A. cum Sch. br. Mirum, quomodo in hoc inciderint; cum de difcurfu Agamemnonis manifefto agatur. Melius Ven. B. *ὧδε μόνος, ὡς ὁρᾷς, περιέρχομαι.* — „*γρ. ὄμμασιν ἥδυμος.*" Barnes.

Vſſ. 91—95. recitantur a Galeno de Hippocr. et Plat. plac. IV, 15.

92. Refpicit h. v. Hefych. *ἵζανει. ἐπικάθηται.*

93. *αἰνῶς γὰρ Δαναῶν πέρι δείδια.* Praefert Schol. A. *Δαναῶν πέρι*, nec tamen damnat alterum *περιδείδια*. quod fcribunt alii, etiam Vrat. c. Grauius eft metricum *ἁμάρτημα* hiatus in *δείδια οὐδέ*. Animaduerterat Bentleius et coniiciebat *δείδιά γ' οὐδέ*. Melius idem coni. *δείδιμεν*. vel *δείδιεν* vt ad *ἦτορ* referatur. Lenius erit: *δείδια, μηδέ.*

Vſſ. 93 et 94. laudat Cic. ad Att. X, 6. et vſſ. 93. 94. 95 Athenaeus XV, p. 688 A. vbi de fede *τοῦ θυμοῦ* in pectore agitur: comparato verfu H, 216 *Ἕκτορι δ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσε.* Etiam Arrian. Diff. III, 22, 3.

94. *ἀλαλύκτημαι.* Apoll. Lex. h. v. *τεθορύβημαι. πλανῶμαι. ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι τῇ διανοίᾳ.* adfcriptis verff. Sch. br. *τεθορύβημαι. ἠπόρημαι.* et Suidas per *ἀλάλημαι* reddit: Hefych. exfcripfit Apollonium. Super etymo vocis v. Etymol. h. v. et Euftath. Tenendum erat hoc, fuiffe varias

formas: ἀλύω. ἀλύσσω. ἀλυκτέω. ἀλύκτημι. ἀλαλύκτημι. — In codd. Vrat. b. c. et al. edd. vitiose exaratum erat ἀλλ' ἀλύκτημαι, donec Turnebus ex Romana ἀλαλύκτημαι recepit. Quintus XIV, 24 περιτρομέεσκε δὲ γυῖα, καὶ κραδίη ἀλάλυκτο φόβῳ. Potest hic locus praesidio esse coniecturae Bentleii ἀλλ' ἀλαλύκτηται sc. ἦτορ.

95. στηθέων ἐκθρώσκει. Nicias in Schol. A. στήθεων ἐκ iungebat; at grammaticus probat ἐκθρώσκει, vt ἐκτρέχειν. Idem Nicias τρομέει δ' ὕπο. quod improbare videtur Schol. A. nec tamen intelligo, quomodo possit accipi aliter. Inf. X, 451 sq. de Andromache: ἐν δέ μοι αὐτῇ Στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα, νέρθε δὲ γυῖα πήγνυται.

96. εἴ τι δραίνεις. Sch. br. ἐπινοεῖς. δρῶσαι δύνασαι. Apollon. Lex. δραίνεις, ἰσχύεις. Hesych. δραστικῶς ἔχεις. add. Etymol. Verum ex alio grammatico ap. Eustath. p. 792, 27. patet ex analogia similium δραίνω nihil aliud esse quam δράω. Sic βῶ, βαίνω et alia. Fuisse quoque qui τὸ δραίνειν per ἀγρυπνεῖν exponerent, ἀπὸ τοῦ δρῶ, βλέπω. ex contexto scilicet.

97. δεῦρ' ἐς τοὺς φύλακας καταβείομεν. Ven. εἰς. minus bene ante τούς. καταβήομεν idem Ven. μεταβείομεν Townl. At καταβῆναι simpliciter accipi potest pro; procedere. Potest tamen nec minus cum respectu descensus a vallo versus fossam dictum esse, descendere.

98. μὴ τοὶ μὲν καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ. ⊱ „Zenodotus ediderat, ἀδηκότες ἠδεῖ ὕπνῳ." „Atqui, ait Schol. A. etiamnum μεστὸς ὕπνου dicitur, non, qui somno se exsatiat, sed qui somnolentia opprimitur." Zenodotus contra haec regerere poterat, grammaticum non vidisse, se verba ita accepisse, ἀδηκότες ἠδεῖ ὕπνῳ, oppressi somno, καμάτῳ, διὰ καμάτου. propter defatigationem.

Laborant grammatici in constituendo etymo vocis ἀδηκότες, eiusque significatu et scriptione: quam disputationem in Excursum ad h. l. reieci: vnde patebit, ἀδδηκότες esse scribendum, et significatum esse satis constitu-

tum: ſunt labore confecti καμάτῳ ἀδδηκότες. At h. l. et Od. M, 281 alterum eſt adiectum, et ſunt ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀδδηκότες, nec videtur ſatis reſpondere: taedio affici, *fatigari*, *labore et ſomno*. ὕπνῳ per ἀγρυπνίᾳ iam veteres expoſuiſſe, paullo ante vidimus. Clarke hoc ait *inuenuſtum eſſe*. Quod tamen ipſe affert, multo minus venuſtum eſt, vt ὕπνῳ δεδμημένοι ſuppleatur. Vnde enim hoc peti poteſt? Enimuero plura in priſco ſermone occurrunt, in quibus *pro defectu et abſentia rei* ipſa *res* ponitur: cuius generis multa in Lyricis et Tragicis animaduerti poſſunt. Ipſe Euſtath. ſimile quid memorat: nauem dici interiiſſe propter gubernatorem; διὰ κυβερνήτην ὄλλυσθαι, ſc. quia ille aberat. Nec dubitauit Horatius hoc idem reddere: *ludo fatigatumque ſomno* etſi aliter feſſi ſumus ludo, aliter ſomno; ſi ſomno grauamur. Simile quoque alterum Od. Z, 2 ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. *confectus*.

Eſt tandem in Ven. B. huic verſui appictum Scholion Porphyrii, quod inf. ad vſ. 198 ſpectat.

99. μὴ τοὶ μὲν — κοιμήσωνται. Flor. Ald. 1. cum codd. Cant. Moſc. 3. κοιμήσονται, per ſe et ipſum recte. v. Exc. ad VII, p. 405.

ἀτὰρ Φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται. Exarant alii ἐπίπαγχυ. vt Mori. male, nam eſt ἐπιλάθωνται.

100. 101. οὐδέ τι ἴδμεν. Schol. B. ait abundare τι et immutatam eſſe phraſin. Immo vero explendum eſt οὐδὲ κατά τι ἴδμεν, (ἀλλὰ δεδοίκαμεν) μήπως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι. v. eund. Exc. ad VII, p. 407. Valde tamen veriſimile mihi eſt, veteres interpunxiſſe poſt οὐδέ τι ἴδμεν. Nam ſolet per ſe ſententia ita conſtitui, vt δείδω, δέδοικα ſubintelligatur: (δείδω,) μή πως μενοινήσωσι.

101. διὰ νύκτα, pro ſollenni διὰ νυκτὸς obſeruante auctore Vitae Hom. p. 311. ſic iam vidimus dictum ſup. Θ, 510.

104. οὐ θὴν Ἕκτορι πάντα νοήματα μητιέτα Ζεύς. Video vbique ſcriptum οὔ θην. Atqui θὴν eſt idem quod

δή. et iam occurrebat B, 276 οὐ θήν μιν, ſique alibi. Videntur tamen fuiſſe qui pro enclitica haberent; in Etymologico ſcribitur οὔ θήν μιν. p. 638, 15. et ſimili modo exaratur tanquam enclitica in edd. inf. P, 29. Od. E, 211.

105. ἐκτελέει, ὅσα πού νυν ἐέλπεται. Vulgata erat ἐκτελέσει, inde a Flor. Aldd. At ἐκτελέει vſu Homerico pro futuro, Barocc. ed. Rom. tum Mori Harl. Lipſ. Townl. Ven. ὅσα πού νυν ἐέλπεται. Mori. Harl. cum Cant. Moſc. 3. et vno Vindob. νῦν ἔλπεται. Et probat hoc Bentl. at edd. ante Barnes vitioſe νῦν ἐέλπεται. At νυν nunc eſſe encliticam, pro δή, monet Euſtath. c. Schol. Lipſ. Vide ſup. ad A, 381. 382.

106. 7. εἴ κεν Ἀχιλλεὺς — μεταστρέψῃ φίλον ἦτορ Barocc. et Mori μεταστρέψοι. Harlei. μεταστρέψει. Poſſit hoc alterum ferri; ſed ſubiunctiuus conuenit Homerico vſui. v. Excurſ. II ad E. εἰςόκεν Vrat. A. deberet ſaltem eſſe εἰςόκ' Ἀχιλλεύς.

Ceterum videri poſſunt haec parum opportune a Neſtore eſſe interpoſita ad erigendum Agamemnonis animum, vt dicat: ſi modo Achilles placandum ſe daret, res mox reſtitutum iri! Verum ſententia potius ſic eſt accipienda. Non Hectori tam proſpere cedent omnia vt ille putat; ſed grauiora, quam tu ipſe, experietur, ſi Achilles reſipuerit et iram depoſuerit; quod haud dubie eueniet, ſi, quod ipſe profeſſus eſt, Hectorem in ipſa caſtra prorumpentem propius ad ſe aduentare viderit.

108. προτὶ δ' αὖ καὶ ἐγείρομεν ἄλλους. variat et h. l. προτὶ et ποτὶ, v. ad A, 245. ἐγείρομεν pro futuro, vel pro praeſenti ſubiunctiui: vt ἴομεν pro εἰσόμεθα, vel ἴωμεν, vt ſtatim vſ. 126.

109. Τυδείδην δουρικλυτόν. Ven. et Schol. A. δουρὶ κλυτὸς ſeiunctim h. l. Et hoc debebat ſeruari ſtatim a principio; eſt enim verius. Agit idem Schol. de tono pluribus; adde Etymol. in βροτολοιγέ.

110. ἠδ' Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλέος ἄλκιμον υἱόν. ξ notatur, quod proxime ab Aiace Locro Meges naues

fubduxerat; et quod a Telamonio diſtinxit hunc Aiacem per epitheton ταχύν. et ſpectare ad νεύσταθμον." Schol. A. atqui in Nauium Catalogo non proximi ſunt loco vſ. 527 et 625. Nec excitari videntur h. l. nomina ſecundum nauium ſtationes. Vide tamen Lenz. p. 253.

115. Μενέλαον νεικέσω, εἴπερ μοι νεμεσήσεαι Edd. incuria metri νεικέσσω, correxit e Rom. Turnebus.

νεμεσήσεται Mori. vn. Vindob. quod defendi poteſt. νεμετήεαι Ald. 2. operarum vitio, ſublato in Argent.

116. ὡς εὕδει, σοὶ δ'· οἴῳ ἐπέτρεψε πονέεσθαι. ⸓ „quod πονέεσθαι pro ἐνεργεῖν." Monitum iam vſ. 70.

ὡς εὕδει! nonnulli per exclamationem extulere ap. Sch. A. alii, et recte cum ſeqq. iunxere. Porro ὡς εὕδοι Barocc. ὡς εὕδῃ Lipſ. ſed corr. ει.

117. νῦν ὄφελε κατὰ πάντας ἀριστῆας πονέεσθαι. ⸓ ſtigme ſine ſcholio: quod ad πονέεσθαι ſpectaſſe ſuſpicor. Forte et illud fuit obſeruatum, quod bini verſus parum iucunde auribus in eandem vocem exeunt. Valde dubito duo verſus 117. 118. Homero deberi.

118. χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός. ⸓ quod ἀνεκτὸς ἡ χρειώ. non, ἀνεκτή. Res ſaepe a grammaticis obſeruata. Vide Etymol. cum Euſtath. Atticum eſſe dicunt; dicere debebant, eſſe antiquum, et manſiſſe in vſu Atticorum.

120. ἄλλοτε μέν σε καὶ αἰτιάασθαι ἄνωγα. Iterum legitur N, 775. Barocc. et vn. Ven. αἰτιάσασθαι perperam.

ἄνωγα, iubere ſoleo, iubeo, monente Clarkio.

121. πολλάκι γὰρ μεθιεῖ τε. Reſcripſi μεθιεῖ a μεθιέω. vulgatum μεθίει eſſet imperfectum, quod ab h. l. alienum eſt. v. ſup. ad Z, 523. Monuere idem alii alibi, vt Brunck. ad Oedip. R. 628.

122. οὔτ' ὄκνῳ εἴκων, οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο. „δύο ἐστὶ, δι' ὧν γίνεται ἡ ῥᾳθυμία· ἀμέλεια καὶ ἄνοια. νήπιος — ἠὲ χαλίφρων, ἠὲ ἑκὼν μεθίῃς. (Od. Δ, 371. 2.)" Schol. A. Spectant haec ad voc. ὄκνῳ, quod hoc quoque loco per φόβον redditur ap. Suidam h. v. cf. ſup. ad E, 255.

Vſſ. 122. 123. adſcripſit Plutarch. de fratr. amore p. 482. et vtitur verſu 122 Artemidorus praef. pr.

124. *νῦν δ' ἐμέο πρότερος μάλ' ἐπέγρετο.* Eſt haec Ariſtarchea lectio. Nam Ixion: *μέγ' ἐπέγρετο.* Hanc alteram Etymol. in ſuo habuerat: *μέγα — τὸ πολύ. ὡς τὸ νῦν δ' ἐμεῖο μέγ' ἐπέγρετο.* quae ex h. v. ſunt emendanda. De *ἐμέο* v. Apollon. Lex. h. v. cum nota Tollii p. 258. 9. Verſu ſeq. 125 *καλήμεναι* puta ducendum eſſe ab antiqua forma *κάλημι.*

127. *ἐν Φυλάκεσσ'· ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι.* (⊱÷) Zenodotus legerat: *ἵνα γάρ μιν.* At h. l. ſunt plures; *κείνους* vſ. 126. itaque *σφὶν, αὐτοῖς.*" Schol. A. Eſt autem *ἵνα γὰρ* pro *ἐκεῖ.* Schol. br. *ἐκεῖ γὰρ αὐτοῖς.* Notant quoque Etymol. in *ἵνα* verſu hoc adſcripto, Heſych. Suid. Euſtath. praeceſſit auctoritas Apollonii Lex. *ἵνα, ἐπὶ τοῦ τοπικοῦ· ἵνα γάρ σφιν ἐ. ἠγ·* Obſeruatio per ſe notiſſima; notabilis tamen, cum ſexcentis aliis, quoniam ea primo ad Homerum facta eſt et loco Homerico nititur. Sup. Θ, 83 *ἵνα τε* in nonnullis erat pro *ὅθι.*

Barnes: „*γρ. ἐν Φυλάκεσσιν, ἵνα ἐπέφραδον.*" haud dubie pro coniectura; at Bentley tentabat: *ἵνα τ' ἄρ σφιν.* Inf. X, 325 eſt *ἵνα τε.*

ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι. Schol. A. *ἠγερέεσθαι.* „*διὰ τοῦ θ αἱ 'Αριστάρχου, ἠγερέσθαι.*" Non ſtatim ſuccurrit, quid aliud ſcriptum eſſe potuerit, pro hac vitioſa lectione. Legitur *ἠγερέεσθαι* vbique etiam in Apollon. Etymol. nec aliud Heſych. voluit in *ἠγερέσθαι. ἠγερέεσθαι ἀθροίζεσθαι.* Scilicet eſt *ἀγείρω. ἀγερέω. ἠγερέομαι.* Verum in Ariſtarcheis fuiſſe ſuſpicor *ἠγερέθεσθαι.* quam formam iam B, 304. Γ, 231. vidimus, et ſaepius videbimus.

129. *οὕτως οὔτις οἱ. οὔτις σοι* Townl. cum vno Vindob. Barnes: „*γρ. οὔτις ἑοῖ.*" dedit hoc de ſuo. nec norat per digamma fuiſſe ſcriptum. *οὔτις ϝοι.*

132. *ποσσὶ δ' ὕπαὶ* et h. l. editum erat; recte *ὑπὸ* Wolf. ſecundum ea, quae ſup. ad 22 vidimus. Etiam

ὑπὸ h. l. codd. Ven. Mori. Vrat. b. a pr. m. vn. Vindob. Etiam ἐδύσατο iterum Cant. Vindob.

133. Φοινικόεσσαν per quatuor ſyllabas eſſe efferendum, quia ῑ producta eſt, ſatis monuit Clarke, quaſi Φοινικοῦσαν. — πυῤῥὰν τῷ χρώματι expoſuit Apollon. h. v.

134. διπλῆν, ἐκταδίην Apollon. Lex. διπλῆν ἐκταδίην. διπλῆν καὶ μεγάλην. et in ἐκταδίην. ἐκτεταμένην. μεγάλην. Heſych. addit, ὥςτε διπλῇ χρῆσθαι. Verbo ποδηνεκὴς eſt. De διπλῇ v. ad Γ, 126. Pollux reſpicit h. l. VII, 47 αἱ δὲ διπλαῖ. διπλῆ ἐκταδίη. Similia ſunt in Sch. br. et in Etymol.

οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Scholion Ven. A. ad tonum ſpectat: eſſe οὔλη pronuntiandum, non οὐλή. Eadem fere apud Etymol. et Euſtath. ex Apione et Herodoro. At in ſignificatu vocis hi cum Sch. br. conueniunt eſſe ἁπαλὴν, ἢ τρυφεράν. quod ex contextu ductum eſt. οὖλος primo fuit τὸ συνεστραμμένον, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν. inde eſt *criſpum*, vt οὖλαι χαῖται. hi iidem capilli ſolent eſſe *denſi*, atque tales ſunt villi in texto ſeu veſte villoſa, cuius generis erat gauſapa apud Romanos.

De ἐπενήνοθε v. ad B, 219. Recte Sch. br. ἐπήνθει ἐπέκειτο. Euſtath. ἐπῆν. Eſſe ex aoriſto ἐπενήνοθον, non ex — θα recte monet Clarke.

135. ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ. ἀκαχμένον primo nunc occurrit; ſaepe in ſeqq. De vi vocis conſentiunt grammatici: Heſych. ἠκονημένον δόρυ, ἐστομωμένον. Sic quoque Etymol. qui vna cum Schol. A. ducit ab ἀκάζω, vt ex ἤκασμαι fiat ἄκαχμαι. Euſtathius ἀκάχω vel ἀκαχέω fuiſſe ait; qui tamen aliis locis alia tradit. Valkenar. et Lennep. Obſſ. p. 72 Aeolicam formam ἀκάσσω fingunt. Quid ni ſimplicius ſequeris et ipſum primitivum ἄκω, ἤξω, ἦξα, ἦχα, ἦχμαι, adeoque ἄκαχμαι — fuiſſe credas? vnde ἀκαχμένος ſuperſtes eſt. Caſus tertius ὀξέϊ χαλκῷ ita adiectus eſſe videtur, vt ſit σὺν χ. vel διὰ χαλκοῦ ὀξέος, h. e. ἔγχος χαλκοῦν ὠξυμένον, vel ἔχον ἀκὴν χαλκῆν ὀξεῖαν. Paſſim vitioſe ſcribitur hic et alibi ἀκαχημένος. de quo v. ſup. ad E, 24.

137. πρῶτον ἔπειτ' Ὀδυσῆα. Mutaui interpunctionem inde ab Ald. 2. vulgatam, (nam Flor. et Rom. meliora habent) βῆ δ' ἰέναι κατὰ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων πρῶτον. ἔπειτα. quam iam Schol. Ven. A. explosit: γελοίως τινὲς στίζουσι μετὰ τὸ πρῶτον." Sane ipse iam apud naues versabatur; erat ipsi tantum aliquantum progrediendum κατὰ νῆας *inter nauium ordines, praeter, secundum, naues*, versus laeuam, vt ad Vlyssem perueniret: ἔπειτα Ὀδυσσέα πρῶτον ἐξ ὕπνου ἀνέγειρε. Nam 150 ad Diomedem cum ipso Vlysse procedit.

139. τὸν δ' αἶψα περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωή. ἰωὴ notabilis vox visa est veteribus: v. Porphyr. Qu. 29. Iam Apollon. Lex. h. v. ἐπὶ μὲν τῆς φωνῆς καὶ βοῆς· — τὸν δ' αἶψα π. φ. ἤ. ἰωή. ἐπὶ δὲ τῆς πνοῆς. ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς. Δ, 276 ad quem versum vide. Paria habent Etymol. Hesych. Eustath. Iam quod ad scripturam attinet ex Δ, 276 ἐπὶ Ζεφύροιο ϝιωῆς et Λ, 308 πολυπλάγκτοιο ϝιωῆς patet, recte scribi non posse ἤλυθ' ἰωή, et erit cum Bentl. emendandum ἦλθε ϝιωή.

140. ἐκ δ' ἦλθε κλισίης. ⊱ „Notant nonnulli, quod Vlysses intra, Diomedes extra tentorium dormit" 151. Schol. A. Vide ad 11.

141. Τίφθ' οὕτω κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν οἶοι ἀλᾶσθε; Ven. cum Sch. A. Vrat. b. a m. sec. vn. Vindob. οὕτως. ἐπὶ νῆας. At Ven. B. κατὰ νῆας, vt nos. Lips. κατὰ νῆα κατὰ στρ. vitiose.

142. νύκτα δι' ἀμβροσίην. ὅ τι δὴ χρειὼ τόσον ἵκει; „γρ. καὶ, νύκτα δι' ὀρφναίην" (multo melius accommodatum h. l.) Ven. A. Porro idem notat, ὅ τι esse pro τί; vt sup. τίφθ' οὕτως 37. Nec tamen prorsus insolens esse hoc, vt in illo: ὁπποίης δὲ Πηνειός." Sic scriptum pro ὁπποίης ἐπὶ νηὸς Od. Ξ, 188. At ὅ τι est dictum pro καθ' ὅ τι. — ἵκοι Barocc. Mori.

145. τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιούς. βεβίηκε pro βιᾷ, βιάζεται. Bentl. coni. ἄχος β. Ἀχαιῶν. Scilicet vt Il. Υ, 293 ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο sc. ἕνεκα, et ἄχος φθιμένου ἑτάροιο et similia alia. Adscripsit alio

loco Bentl. M, 392. Ξ, 458. N, 417. Π, 581. Δ, 169. Θ, 124. Υ, 293. verum et inf. 172 idem verſus, et Π, 22 τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιούς.

146. ἀλλ' ἔπευ, ὄφρα. Ariſtarchus: ἀλλ' ἔπε', ὄφρα vt ſup. I, 260 παύε'. et eſt illud in Townl.

147. βουλὰς βουλεύειν — Verſus ſententiae explendae cauſſa a rhapſodis attextus eſſe videri poteſt. Nam ſatis erat ὄν τ' ἐπέοικε ſc. ἐγείρειν.

149. Inepta fuit ζήτησις et λύσις cur Vlyſſes clipeo armatus procedat: Sch. A. et diſerte Euſtath. p. 794 f. 795.

152. ὑπὸ κρασὶν notat Etymol. ex h. l. a κρὰς, κρατὸς in voc. κρᾶτα.

153. ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. ἐπὶ σαυρωτῆρας in Ariſtophanea editione erat. Alias argutias interpretum omittimus. σαυρωτῆρα h. inferiorem haſtae partem ferro vel aere armatam, qua terrae infigitur, illuſtrant omnes: Schol. Euſt. Etymol. et primo loco Apollon. Lex. σαυρωτῆρος, τῆς ἐπιδορατίδος. ad quem cf. gloſſam Philemonis a Villoiſ. adſcriptam; ducta vox a σταυρὸς, σταυρωτήρ. Inf. N, 443. Π, 612 eſt idem οὐρίαχος. et κρόσφος vel γράσφος.

Ceterum in Ariſtot. de Poetica c. 25 inter locos refellendi criminationes poetarum eſt: ἴσως δὲ οὐ βέλτιον μὲν, (οὕτως ἔχειν τι) ἀλλ' οὕτως εἶχεν· οἷον τὰ περὶ τῶν ὅπλων· ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος." οὕτω γὰρ τότ' ἐνόμιζον (vſu et more habebant) ὥσπερ καὶ νῦν Ἰλλυριοί. Fuit igitur quod reprehenderetur in hoc loco, nec recte a poeta haſtas terrae infixas aut eſſe aut dici: at qua tandem de cauſſa? Porphyrii Scholion eſt in Ven. B. qui cauſſam hanc reddit: quia, vel vna haſta in terram ruente, noctu turbae interdum factae ſunt: quod et Euſtath. habet p. 795. l. 28. Saltem dixeris, morem hunc figendi haſtas terris, aliis populis, Romanis quoque ſollennem, quem etiam ſup. Jl. Γ, 135. Z, 213 et al. et in Virgilio, vidimus, Ariſtotelis aetate fuiſſe improbatum, quia noctu ſplendor cuſpidum eminus cerni pot-

erat ab hoste castra aggrediente. Coepere igitur hastas noctu reclinare humi. Videbis sere similia ap. Twining ad Aristot. l. l.

154. ὥς τε στεροπή. Harl. Vrat. b. et Ven. vt Λ, 66 pro vulgato ὡς ἀστεροπή. etsi parum refert. quo alludit Cant. ὥς τ' ἀστεροπή. et ed. Rom. ὥς τε ἀστεροπή.

155. εὖδ'· ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο. Schol. br. Aldi ὑπαιδεστρωτο. ὑπέστρωτο δέ. Scilicet videtur lectum esse εὗδεν, ὑπαὶ δ' ἔστρωτο vel ὑπαὶ δὲ στρῶτο. Vulgata est ap. Aelian. V. H. IX, 24. vbi vs. excitatur.

βοῦς ἄγραυλος, ὁ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενος. Sic Sch. br. etiam ad P, 521 vbi additur aliud: ἢ ὑπαιθρίου. ἀγρίου.

156. αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινός. τάπης proprie vestis stragula, quae substerni solet. Etiam grammaticis notabilis visa vox in Homero. De etymo Etymolog. et Eustath. nil memoratu dignum afferunt. Redditur h. l. vox per προςκεφάλαιον ex ipso loco: vestis capiti subiecta. Singulare est in Schol. B. τάπητα dici villosum ab vna parte: τάπης δέ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλὸν ἔχων. ἀμφιτάπης δὲ, ὁ ἐξ ἀμφοτέρων. Alterum hoc etiam Hesych. habet. In Mori est τάπις, vt et alibi scribitur. Fuit quoque olim δάπις et δάπιδες· v. Hesych. h. v. et add. ad Π, 224 et Ω, 645.

ὑπὸ κράτεςφι. vnus Eustath. monet esse pluralem. Habendum ergo pro κρατεσίφι. κρασὶ modo praecesserat vs. 152 contractum ex hoc. Sch. br. Aldi exhibent ὑπὸ κράτισφιν. ὑπὸ τῇ κεφαλῇ. putes forte voluisse eum scribere ὑπὸ κρατί σφιν. sed de solo Diomede agitur, et deberet esse οἱ. Cf. Excurs. II, ad lib. VIII (Θ) de φ paragogico.

157. τὸν παρστὰς ἀνέγειρε. Margo Stephani: πὰρ στάς. sic quoque Mori. Ita erit scribendum τόν παρ στάς.

158. λὰξ ποδὶ κινήσας. ※ „quod versus hinc migravit in Odysseam, vbi Pisistratum Telemachus excitat O, 45. idque praue; nam ibi manu attingere poterat, hoc

autem loco iacentem tangit. Hactenus bene Schol. At Sch. B. ineptit. Spectat ad h. l. glossa Apollonii: λὰξ ποδὶ κινήσας. πλατεῖ τῷ μέρει ποδὸς νύξας καὶ διακινήσας. (quae et ap. Suidam sunt) οὐχὶ λακτίσας ὑβριστικῶς. (scilicet vt de Melanthio Od. P, 233) Nimis subtiliter Sch. br. pollice pedis tactam Diomedis plantam esse vult. Vnde et λὰξ ἀπὸ τοῦ λήγοντος ποδὸς ducunt. v. Eust. Etymol. In πυγμῇ occurrit alibi et in pugna ap. Apollon. II, 106. vbi Schol. nostrum locum laudat, simulque docet, interpretationem τοῦ λὰξ, vt sit proprie τὸ ὑποκάτω τῶν τοῦ ποδὸς δακτύλων, deberi Posidonio. Certe non semper de calce, sed saepe de pedum digitis est accipiendum vt sup. E, 620. Z, 65 et al. ὤτρυνε Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. A.

159. Ἔγρεο, Τυδέος υἱὲ, τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς; Aristarchus binas lectiones protulerat: ἔγρεο et ὄρσεο. altera haec est in Ven. Vrat. b. et vn. Vindob. sed prior vera, de expergefacto vt Od. Ψ, 5. et O, 46. At ὄρσεο saepius occurrit, et de eo qui accingit se ad aliquam rem.

ὕπνον ἀωτεῖς h. l. et Od. K, 548 μηκέτι νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον, occurrit; ad quod Apollon. Lex. ἀωτεῖτε, ἀπανθίζεσθε τὸν ὕπνον, — καὶ αἰωτεῖς, κοιμᾷ. Sch. Ven. A. ὕπνον ἀωτεῖς. ἀπανθίζεις. Etiam Sch. br. ἀπανθίζῃ τὸν ὕπνον. ἐκ δὲ τούτου, καθεύδεις. Sicque Etymol. et Eustath. Hesych. hinc emendandus. Ductum ab ὁ ἄωτος *flos*. de quo v. ad I, 657. vt *mollem ac suavem somnum* declaret, cuius tanquam florem decerpit quis. Virgilius videtur reddere voluisse: *molles carpere somnos.* Hactenus consentit Apollon. l. c. ἄωτον γὰρ πᾶν τὸ ἄνθος. sed additur ἢ παρὰ τὸ ἀέσαι, (non ἐᾶσαι.) ὅ ἐστι κοιμίσαι. vox postrema recte Villoisonum offendebat, cum sit dormire facere, sopire. Melius Sch. A. ἢ παρὰ τὸ ἀέσαι, ὅ ἐστι κοιμᾶσθαι.

160. οὐκ ἀΐεις. ἀΐειν non modo audire, sed et αἰσθάνεσθαι, φρονεῖν. notatum quoque veteribus. v. Toll. Exc. VIII, ad Apollon. Lex. h. v.

ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο. Sch. br. cum Ven. B. ὀνομαστικῶς, eodem modo, vt Καλλικολώνη dictum esse volunt; vt sit nomen Θρωσμὸς πεδίοιο loci proprium. Saltem fuit h. l. locus in planitie camporum inter castra Achiuorum et Jlium editior, βουνοειδὴς τόπος. Apollon. Lex. addit: ἀφ' οὗ ἀποβαίνοντα θορεῖν. h. e. πηδᾷν. alii ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν. v. Hesych. in θρωσμὸς, θροσμὸς, et ἐπὶ θρ. π. Etymol. Eustath. et al. v. Villois. et Toll. ad e. l. Iterum memoratus Λ, 56. Υ, 3. — „γρ. ἐπὶ θρωσμοῦ." Barnes.

161. εἴαται ἄγχι νεῶν, ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει. „ὀλίγος δέ τε Aristarcheae; (sicque Vrat. b.) scribitur etiam ὀλίγος δ' ἀπὸ χῶρος ἐέργει." Ven. A. quae sollennis vox. Itaque et Sch. br. ἐρύκει. διείργει. κωλύει. „γρ. ὀλίγος δέ τι" Barnes. Vitiose δέ τις non modo Flor. et Ald. 1. sed omnes edd. ante Turneb. qui e Romana emendauit; item Vrat. c. Mosc. 3. — ἐρύκοι Harl. et Vrat. c.

162. ἐξ ὕπνοιο μάλα κραιπνῶς ἀνόρουσε. vn. Vindob. μάλα σφοδρῶς.

164. σχέτλιός ἐσσι, γεραιέ. σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις. ⊱ quod σχέτλιος h. l. honorificum; iniurius in se ipsum (sc. plus laboris suscipiendo quam debebat aut poterat) et quod πόνος ἡ ἐργασία." Ven. A. At Sch. br. cumulant varios notatus e contexto, vt solent grammatici, et multo magis Eustath. p. 796. Hesych. Etymol. etiam in hac ipsa voce σχέτλιος. quae plures vtique sensus admittit vel h. l. Apponunt scilicet: δεινὸς, ἢ σχετλιασμοῦ ἄξιος, ἀγνώμων, καρτερικώτατος. Nec ita definias facile, quin alius aliter sentiat. Ad meum sensum optime Ernesti: aerumnosus, exercitus, *qui se nimis fatigat, atque exercet laboribus.* Hoc firmant sqq. Omnino est *qui tolerat*, adeoque *aerumnosus, miser* — inde *durus. asper. iniquus.*

166. οἵ κεν ἔπειτα ἕκαστον ἐγείρειαν. ἀγείρειαν sollenni lapsu Lips.

167. ⊱ σὺ δ' ἀμήχανός ἐσσι, γεραιέ. quod ἀμήχανος duo significat: ἀνίκητος et πρὸς ὃν οὐκ ἔστι μηχανὴν

εἰμεῖν" A. B. — Atqui haec non diuersa sunt. Longum est Scholion Porphyrii in Ven. A. versui 165. quo primo ἀμήχανος est h. l. πρὸς ὃν οὐδὲ τὸ γῆρας τι ἐμηχανήσατο. ἐξ οὗ νοεῖται τὸ ἀνίκητος. vt et de Iunone Jl. O, 14. Tum refertur hoc ad τὸν ἀπὸ κοινοῦ τόπον, h. e. figuram, qua propter paritatem seu aequalitatem ex antecedentibus aliquid est supplendum, vt A. 154 οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους sc. ἤλασαν. Τ, 1. 2. 3. vbi θωρήσσοντο repetendum. Bona, sed vulgaris obseruatio magno exemplorum numero illustrata; quantum tamen video, prorsus ab h. l. aliena: nihil enim est, quod ad illam figuram in his vss. referri possit. Ipsa vero vox ἀμήχανος h. l. parum lucis ex Scholio accepit. Est, *senex nimis laboriosus, qui nullo labore fatigari nec hortatu adduci potest, vt contineat se et laborem aliis natu minoribus relinquat:* inter plura e Schol. br. huc spectat, ἀκοπίαστος et ex Eust. ἀνένδοτος. ἀμήχανος enim est et is, *qui in rebus desperatis nullam* μηχανὴν *reperit, consilii inops,* et *aduersus quem nulla est* μηχανή, *inuictus, indomitus, intractabilis,* hincque aliis locis *durus, peruicax, saeuus;* tum τὸ ἀμήχανον, de *discrimine arduo;* et simpl. *ingens.* quod iam vidimus ad Θ, 130.

168. τὸν δ' αὖτε προσέειπε. In alio: τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Γ." Ven. A.

169. ταῦτά γε πάντα, φίλος. Pro hoc τ. πάντα, γέρων Barocc. festinanter. ἔειπας vnus Vindob.

170. εἰσὶν μέν μοι παῖδες. „γρ. εἰσὶν ἐμοὶ μὲν et εἰσὶ μέν μοι." Barnes. hoc vltimum habet ed. Rom. quod antiquum fuisse statuo.

173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς — ὅτι ἀντὶ τοῦ· τὰ πράγματα ἡμῶν τριχὸς ἤρτηται· (hoc sensu quidem conuenit, sed diuerso tropo dictum est) ὅ ἐστιν, ἐν ἐσχάτῳ." Ven. A. deficiunt in vltimis: — κινδύνῳ ἐστὶ, καὶ ἐπὶ ὀξύτητος κινδύνου, quae Sch. br. habent. Veriora v. in Nota. Verba ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς passim excitantur prouerbiali vsu, vid. Schol.

Thucyd. I, 124. et V, 103. Praeiuit Herodot. VI, 11. v. Hesych. ἐπὶ ξυροῦ et ibi Intpp. Etymol. Deleui interpunctionem post ἀκμῆς; nam est ὄλεθρος ἢ βίος (pro quo βιῶναι) ἵσταται ἐπὶ ξ. Non bene pro sententia absoluta acceperat Eustath. supplendo τὰ πράγματα; nam sic seqq. iunctura egent. Aliter res se habet in loco Herodoteo VI, 11. Induxit hoc Barnesium vt ἢ μάλα scriberet. Ceterum ridiculum quidem est, quod ap. Plutarch. de Orac. def. p. 410 D. obseruatum legimus, nec tamen prorsus abiiciendum, ex h. l. intelligi, nouaculae vsum iam si non heroum, Homeri tamen aeuo notum esse debuisse.

175. Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλέος υἱόν. „ quod per epitheton ταχὺν discernit Locrum a Telamonio; (iam sup. 110.) et contra Zenodotum (ἐκεῖ) *ibi* scribentem: Φυλείδην τε Μέγην τε. quasi Φυλείδης esset alius quam ipse Meges." Schol. Ven. A. Ergo sup. 109 Zenodotus legebat: ἠδ' Αἴαντα ταχὺν, καὶ Φυλείδην τε Μέγην τε. Nam vetat vox, ἐκεῖ, referre huc Jl. T, 239 Φυλείδην τε Μέγητα, an forte ibi fuerit: Φυλείδην τε Μέγην τε.

176. ἄνστησον. „οὕτως διὰ τοῦ η, ἄνστησον, αἱ Ἀριστάρχου." Sic Schol. A. Dicas, quomodo autem aliter alii? Lege διὰ τοῦ ν. cum alii ἄμστησον haberent. cf. sup. ad 32.

177. ἀμφ' ὤμοισιν ἑέσσατο. vide sup. ad 23. ἑέσατο. Barocc.

180. οἱ δ', ὅτε δὴ Φυλάκεσσιν ἐν ἀγρομένοισι γένοντο. Variat lectio: ἐν ἀγρομένοισιν ἔμιχθεν, Venetus; (etsi Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἐν ἀγρομένοισι γένοντο) Eustath. Cant. Harl. Vrat. A. Schol. Lips. vn. Vindob. et alter in marg. et margo ed. Libert. Hactenus auctoritas librorum lectionem tueri posset; ne tamen praeferam vulgato, caussas habeo has: quod per se vtrumque bene se habet, alterum tamen ἐν ἀγρομένοισι γένοντο est rarius, in poeta saltem, tandem quod μιχθῆναι simpliciter hoc sensu dicitur, non ἐν. vt Γ, 209 ἀλλ' ὅτε δὴ Τρώεσσιν ἀγειρομένοισιν ἐμίχθη. E, 134 Τυδείδης δ' ἐξαῦτις ἰὼν,

τριμάχοισιν ἐμίχθη. et inf. 365 ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλε μιγήσεσθαι Φυλάκεσσι non dixit μιγήμεναι ἐν Φ. Bentlei. coni. Φυλάκεσσι συναγρομένοισι. vt Λ, 686 οἱ δὲ συναγρόμενοι. ſenſerat ille, puto, inſolentius dictum ἐν ἀγρ. μιχθῆναι.

182. ἀλλ' ἐγρηγορτὶ σὺν τεύχεσι. Barnes metro perperam metuens ſcripſit ἐγρηγορτὶ ξὺν et in Var. Lect. ἐγρηγορτεὶ, neſcio vnde. Non meminerat, quaeri quidem de altera forma, ἀμαχεὶ an ἀμαχὶ ſit verius, non vero de ἀμαχητὶ (v. c. Φ, 437) et ſimilibus, quae non poſſunt per ει efferri.

183. ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυςωρήσονται ἐν αὐλῇ. Schol. B. τὸ δυςωρεῖσθαι δηλοῖ τὴν δυςχερῆ παραφυλακήν. ὡρεῖν pro Φροντίζειν apud Iones, etiam apud Hippocratem, ab ὤρα, Φροντίς. Ipſe poeta mox interpretatur: νύκτα Φυλάσσεσθαι κακὴν vſ. 188.

δυςωρήσονται conſtanter libri exhibent, niſi quod in vno Vindob. δυςωρήσοντες. Apollon. Lex. habet δυςωρήσωσι, δυςΦυλακτήσωσι καὶ κακὴν νύκτα διάγωσι. Probabile inde fieri poteſt, lectum olim et hoc eſſe; apud Heſych. eſt δυςωρήσονται, ſubiectis iisdem verbis quae ducunt ad ſuſpicionem alius lectionis δυςωρήσωνται. Etiam Schol. br. miſcent: δυςΦυλακτήσουσι. κακὴν Φυλακὴν καὶ νύκτα διαγάγωσι. Etymol. firmat tamen vulgatum: δυςωρήσονται. δυςΦυλακτήσουσι. κακὴν Φυλακὴν καὶ νύκτα διάξουσι. Videntur ergo haec omnia ad librariorum ludibria redire. Eſt quoque vulgata lectio ap. Plutarch. ad princip. inerudit. p. 781 C.

185. ὅς τε καθ' ὕλην ἔρχηται δι' ὄρεσΦι. Euſtath. habet ἐν ὄρεσΦι. poteſt vtique ſtatui, eſſe ὅς τε διέρχηται ἐν ὄρεσί Φι. cf. modo ad 156. Praeſtat tamen δι' ὄρεός Φι. Sic Λ, 493 torrens de monte ſe praecipitans κάτεισι κατ' ὄρεςΦι.

πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ἐπ' αὐτῷ. ὀρυγμαδὸς, quod et codd. nonnulli habent, editum erat etiam h. l. excepta Romana et Turnebo. v. ad I, 248.

186. ἀπό τέ σφισιν ὕπνος ἄλωλεν. Sic emendatum in Ald. 1. cum in Flor. eſſet σφιν. ἀπὸ δέ σφισιν ed. Rom. et Turn.

187. ὥς τῶν νήδυμος ὕπνος. ⊱ „quod aperte nunc νήδυμος ὕπνος" Sch. A. ſcilicet, quia alibi dubitari poteſt, ſitne ἥδυμος legendum, vt ſup. 91 ἐπ' ὄμμασι νήδυμος ὕπνος poteſt quoque eſſe ἐπ' ὄμμασιν ἥδυμος. ſicque iam B, 2. βλεφάροισιν vn. Vindob.

188. νύκτα φυλασσομένοισι κακήν. ⊱ quod φυλασσομένοις pro φυλάσσουσι" Sch. A. et hoc pro φυλασσόντων ad ὥς τῶν. ſyntaxi alibi multo cum verborum ſtrepitu notata a viris doctis. v. ad Ξ, 141. φυλασσομένων γε interpolate Vind. Alt. Tum νύκτα pro διὰ νύκτα, quod ex vſu διὰ νυκτὸς, obſeruant quoque Schol. br. νύκτα φ. καλὴν Flor. vitioſe. νύκτα κακὴν intellige laborioſam, ἐν κακοπαθείᾳ et ἐν ἀγρυπνίᾳ exactam, ſicque Euſtath. Schol. br. Etymol. Heſych.

189. τετράφαθ'. Lipſ. Townl. τέτραφθ' et Schol. br. τέτραπτο. At ſingularis hic locum non habet.

ὁππότ' ἐπὶ Τρώων ἀΐοιεν ἰόντων. ⊱ „quod tantum metus erat, ne ſubirent Troiani; non quod vere acceſſerunt." Sch. A.

190. θάρσυνέ τε μύθῳ. Flor. Ald. 1. θυμῷ cum Vrat. 1. permutatione ſolita.

191. καί σφεας φωνήσας — Verſus abeſt a Veneto, et ab Harlei. Townl. et abeſſe poteſt.

194. ὣς εἰπὼν, τάφροιο διέσσυτο. varia comminiſcuntur grammatici, cur vallo et foſſa exierint conſultabundi: ne turba fieret in caſtris, et ſic porro. Fuit quoque ζήτησις et λύσις, appicta in Schol. B. ad 198. v. Notam.

195. Ἀργείων βασιλῆες ὅσοι κεκλήατο βουλήν. ⊱ excidit tamen ſcholion, quod aut verſum otioſum notauit, aut quod alii βουλῇ legerant cum Schol. br. aut quod deeſt εἰς βουλήν.

197. ἤϊσαν. recitat verſum Etymol. in ἤϊσαν, ἐπορεύοντο. argutantur enim grammatici in vocis forma ibi et Euſtath. ad N, 305. p. 933, 38. Simpliciſſimum erat di-

cere: fuiſſe ἕω. εἴω. εἶσα. ἤϊσα. vt ex eodem eſt εἶ-σι, ἦϊον.

198. τάφρον δ' ἐκδιαβάντες. Euſtathius per διὰ difficultatem viae expreſſam eſſe vult. Miror Clarkium talia adſciuiſſe. Verſus 199 lectus iam Θ, 491.

200. νεκύων — πιπτόντων. alterum hoc pro mero epitheto habe; alias eſſe debebat πεσόντων. πεπτωκότων.

ὄβριμος. Mori. Barocc. ὄμβριμος perpetua varietate. v. ad Γ, 357. ἐπετράπετ' vn. Vindob. perperam.

201. ὀλλὺς 'Αργείους. deſideres forte tempus praeteritum. Verum eſt: illo tempore perdens.

202. ἔνθα καθεζόμενοι ἔπε' ἀλλήλοισι πίφαυσκον. In Turnebo ἔπ' per vitium excuſum ſeruatum inde eſt a Stephano et Criſpino. De πιφαύσκω v. ad M, 280.

203. τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ δὲ, τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε.

204. οὐκ ἂν δή τις ἀνὴρ πεπίθοιθ' ἑῷ αὐτοῦ. ὅτι „quod poeta plene effert talia; ἑῷ αὐτοῦ, et ἀλλ' ἐμαυτοῦ χρεῖος“ Schol. A. Alterum ex his corruptum pro ἢ ἑὸν αὐτοῦ χρεῖος Od. A, 409. Spectat Scholion ad obſeruationem grammaticorum veterum, quae et in Schol. br. habetur, non intellecta a Barnes: quod, vti Homerus nunquam compoſito vtitur ἑαυτοῦ, ſed ἕο αὐτοῦ, non ἑαυτῷ, ſed ἑοῖ αὐτῷ, οἷ αὐτῷ, et οἱ αὐτῷ, ita et ἓ αὐτόν. v. ſup. ad A, 271. Apollon. de Syntaxi lib. II, ſ. 18 — ſ. 30. p. 141 ſq. Itaque etiam ἑὸς θυμὸς, ἑὸς αὐτοῦ θυμὸς, *ſuus ipſius animus*, et h. l. ἑῷ αὐτοῦ θυμῷ. Antiqua ſcriptura fuit ϝῷ αὐτοῦ. πεπίθοιτο ϝῷ αὐτοῦ θυμῷ, ſuo ipſius animo, ſibi confidat. Conf. Exc. VII, ad lib. A. p. 184. ἑῷ αὐτῷ vn. Vindob. indocte.

Inſerſit ad h. v. Venetus B. Scholion ſuper voc. τίς. cuius decem ſignificatus annumerantur. Extat idem Scholion in Etymol. profectum aut interpolatum ab homine Chriſtiano.

206. ἐλθεῖν· εἴ τινά που δηΐων ἕλοι ἐσχατόωντα. „γρ. ἐλθέμεν.“ Barnes. Ad ἕλοι, Schol. B. ζωγρήσει τινὰ, πρὸς τὸ πυθέσθαι τὰ τῶν πολεμίων.

ἐσχατόωντα. tenendum ex pluribus, περὶ ἔσχατα μέρη διατρίβοντα. Schol. br.

207. ἤ τινά που καὶ Φῆμιν ἐνὶ Τρώεσσι πύθοιτο. si forte audierit Troianos ipsos de consiliis suis inter se colloquentes. At veteres videntur accepisse de omine. Schol. br. cum Schol. A. B. reddunt κληδόνα. Eustathius tamen monet, Φῆμιν h. l. esse Φήμην. In Townl. adscriptum „γρ. Φήμην, sicque Vrat. b. c. ignorantia prosodiae. Addunt Schol. pro exemplo id quod narratum est, cum Alcibiades suaderet Spartanis Deceleam esse muniendam, tum missos Athenas exploratores audiisse hoc ipsum sermonibus agitari ab Atheniensibus, ne fieret. In Thucyd. VI, 91 res tam diserte non est exposita.

ἤ τινά που. Harl. Cant. Townl. εἴ τινά που. Enimvero εἰ in altero membro subintelligi solet.

208. ※ 209. ※ 210. ※ „quod hi versus male repetuntur inf. 409. 410. 411.

208. ἅσσα τε μητιόωσι μετὰ σφίσιν. Monet Schol. A. σφίσιν nunc esse ὀρθοτονητέον. scilicet quia praepositioni subiicitur. v. ad A, 368.

208. ἢ μεμάασιν — ἠὲ πόλινδε. hic relictum est ἢ, cum requireretur εἰ. εἰ ἢ — ἠέ.

209. 210. αὖθι μένειν παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν, ἠὲ πόλινδε. Barnes „γρ. ἀπόπροθι“ vt in vno Vindob. At repetitur versus iisdem verbis inf. 410.

ἠὲ πόλινδε ἂψ ἀναχωρήσουσιν. Laudat versus Strabo XIII, p. 894 C. vbi de situ Ilii antiqui remotiore disputat; sequi enim id etiam ex h. l. παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν, aliquantum abfuisse vrbem a munitionibus castrorum.

ἐπεὶ δαμάσαντό γ' Ἀχαιούς. quis credat in edd. ante Turnebum legi δαμάσσαντό γ' et δάμασσαν τό γ'.

211. ταῦτά τε πάντα πύθοιτο. Erat editum κε, quod ab h. l. alienum; etsi emollias (εἰ) ταῦτα πύθοιτο κε. Clarke reddit *vtique*. At κε non est *vtique*, sed ἄν. Melius dant codd. ταῦτά τε, Barocc. Cant. Mori. Townl. Ven. Vrat. b. in litura.

ἠμέας ante ἔλθοι. de prosodia v. ad Θ, 529.

212. *ἀσκηθὴς*, vox Homerica, nunc primo obuia. Apollon. *ἀσκηθής. ὑγιής. ἀσινής.* vel *ἀβλαβὴς*, vt Schol. br. Hefych. in h. v. et in *ἀγκηθὴς*, vitiofo. add. Euftath. qui pluribus locis de etymo mira tradit. Praeftat Etymologus, a *σχέθω* ducens, proprie *ὁ ἀκώλυτος τοῦ πράττειν*, ideoque *ἀβλαβής*.

213. *καί οἱ δόσις*. Bentl. acute vidit latere haec in Hefychii gloffa: *οἴδοσις, αὐτόδοσις*.

214. Verfus idem Od. A, 245 fed *νήσοισιν*.

215. *τῶν πάντων οἱ ἕκαστος*. fiue *οἷ* fiue *οἱ* fcribas in anguftum includimur metri vitio: *τῶν πάντων ϝοι ϝεκαστος*. nec fupereft alia medendi ratio quam ea, in quam Bentleius iam incidit: *τῶν πάντων γε ϝεκαστος*. v. Exc. de Digammo in *ἕκαστος*, nifi concefferis verfus hos a feriore rhapfodo profectos effe. Fuit quoque *οϝιν*. v. inf. ad Λ, 677.

216. *θῆλυν, ὑπόῤῥηνον*. ϛ— „quod praemium definitum eft; quid autem efficiendum fit, filetur." (Atqui id ex antecedentibus intelligitur: fi quid de Troianorum confiliis refciuerit.) „Tum quaeritur: (*ζήτησις καὶ λύσις*) cur *nigra* et *feta* ouis promittatur; refpondetur: *nigram* promitti, quia noctu profectio fit, *fetam*, vt pro bono omine faufti fucceffus fit." Hoc tandem eft ineptire! Eadem habent Sch. br. Euft. Immo feta opes auget, et nigra eft praeftantior fui generis.

θῆλυς eft *ὁ καὶ ἡ*, adeoque h. l. *ὄϊς θῆλυς* eadem quae *θήλεια*, vt iam ad E, 269 vidimus. Proprium feminarum eft *τὸ θάειν* nutrire, vnde *θηλὴ, θῆλυς*, h. l. proprie, lactans, cum fit adiectum alterum *ὑπόῤῥηνος*. — *ὑπόῤῥηνον*. Apollon. Lex. *ὕπαρνον· οἷον ἄρνα ἔχουσαν ἐν τῇ γαστρί*. Sch. br. *ἔγκυον. ῥῆνες γὰρ οἱ ἄρνες*. Sic quoque Etymol. — Expectabam *ouem quae agnum lactaret*. Ea enim maius lucrum faceret, et folet alibi quoque in praemiis commemorari vti ferua cum puero. Sic quoque Graeci poft Homerum vocem acceperunt, vt Eurip. Andromache 556 *σὲ καὶ παῖδα — ὕπαρνος γάρ τις ὡς ἀπόλλυσαι*. Nec aliter in Callimachi loco Apoll. 53

post grauidas oues sequuntur *fetae* πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι. Eustath. ὑπόῤῥηνον. ὅ ἐστιν ἔγκυον, ἢ καὶ ἤδη γεννήσασαν.

τῇ μὲν κτέρας οὐδὲν ὅμοιον. Flor. mſ. Lipſ. cum Schol. τῆς μέν. Spectat τῇ ad proximum, εἴν, melius, quam quod Koeppen coniicit, vt ad δόσιν, 213 referatur. κτέρας. ne incidas forte in γέρας, est monendum τὸ κτέρας notari iam veteribus, Etymol. Schol. Hesych. pro κτῆμα. κτέαρ. Occurrit quoque ap. Apollon. III, 389. At τὰ κτέρεα *inferiae*, sunt a κτέω, κτένω. κτείνω.

217. αἰεὶ δ' ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσται. Primo δαίτῃσιν εὐωχίαις Hesych. Alii δαιτῇ scripsere; vt Suid. h. v. Tum εἰλαπίνῃσι. εἰλαπίνη vox Homerica etiam hic primo obuia, ceterum satis nota, significatu quoque. Plenior interpretatio est per *epulas sollennes*, inprimis *in sacris;* indeque adeo *per sacra* et *festos dies*. θυσία, ἑορτή, ap. Hesych. Itaque in Sch. br. Schol. A. et loco laudato ap. Etymol. est ἀντὶ τοῦ ἐν ταῖς ἑορταῖς. At εἰλαπίνη εὐωχία est ap. Apollon. Lex. Hesych. et ita al. vt simpliciter tandem pro conuiuio dicatur. cf. Eustath. De etymo multa apud eund. et Etymol. et Sch. br. Verum ab εἴλη. εἰλέω et cognatis duci nequit; tum esset ϝειλαπίνη. melius ab εἴλη, pro δείλη, de vespera.

220. recitatur a Galeno de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

221. στρατὸν ἐγγὺς ἐόντα Τρώων. ἐγγὺς ἐόντων Harlei. Vrat. b. vn. Vindob. et ipse Ven. Porro Bentlei. hinc emendat Hesych. δυςμενεαίων ·πολέμων. — δυςμενέων, πολεμίων.

222. ἀλλ' εἴ τις μοὶ ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο. εἴ τις alii optandi modo, εὐκτικῶς, accipiebant, alii cum seqq. coniungebant." Ven. A. hoc vtique melius.

223. μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. Nihil video monitum a grammaticis, quod h. l. θαρσαλεώτερον est pro substantiuo, τὸ θαρσαλέον, idque apparet esse dictum pro καὶ μᾶλλον ἔσται θάρσος. Ad h. l. re-

fer Schol. ad Sophocl. Ai. 475. ad verba 478 ὅςτις κενοῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται. Ait grammaticus: θερμαίνεται, ἤγουν θαῤῥεῖ. καθ' ὃ λέγεται θάλπος παρ' Ὁμήρῳ τὸ θάρσος. vt contra ψυχρὸν δέος Od. Ω, 532.

ἔστι Barocc. et Mori. Vrat. a m. pr. et, θαρσαλεώτερός ἐστι vn. Vindob.

Pro θαλπωρὴ Bentl. coniecerat δ' ἐλπωρὴ, mox tamen ipfe damnauit. vidimus vocem Z, 412. Apollon. Lex. θαλπωρή· χαρὰ, ὁ δὲ Ἀπίων· ἡδονή. hoc alterum etiam h. l. Sch. br. habent. At Apollon. adiicit ἐπὶ δὲ τῆς χαρᾶς ὑγιῶς, et comparat τὸ ἰαίνεσθαι de laetitia. Conuenit vtrumque cum loco noftro.

224. σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν. ⊱ „quod figura (σύν τε δύ' ἐρχομένω) fimilis eft illi: ἄμφω δ' ἑζομένω Γ, 210 pro vulgari δυοῖν συνερχομένων. quo non intellecto nonnulli (in his Schol. Eurip. Phoen. 752 mf.) fcripferant ἐρχομένων" — Atticorum σύνδυο obferuat Euft. (iidem σύντρεις dixere.) occurrit etiam ap. alios, vt Polyb. VIII, 6, 2. Aliud Scholion eiusdem Ven. A. δυεῖν συνερχομένω (— οιν) ἕτερος πρὸ θατέρου πολλάκις ἐλογίσατο. ἢ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου. ὡς· πρό τε παίδων καί τε γυναικῶν" (fup. Θ, 57) hoc alterum, *pro incolumitate* alterius, minus bene.

In vno Vindob. καί γε πρὸ ὁ. in altero καί τοι πρὸ ὁ. Ceterum hi verfus faepe apud veteres prouerbii loco frequentati funt, etiam primis tantum verbis laudatis: Σύν τε δύο. cf. Euft. p. 800. vbi fimile exemplum laudat e Iuliano: τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα. (e Sophocl. Ai. 1352. Br.) ita vt non adfcribantur reliqua. Plenius Plato Sympof. pr. vbi vulgo legebatur πρὸ ὁδοῦ. et in Protagora To. III p. 348 D. Ariftot. Ethic. Nicomach. VIII, 1. vbi exponitur καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι. Add. Cic. ad Diu. IX, 7. ad Att. IX, 6. Notatur quoque ductum hinc Euripideum Phoen. 752 εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. vbi Schol. verfum laudat.

225. ⊱ Ariftarchus cum fchola (οἱ ἀπὸ τῆς σχολῆς) εἴπερ τι. vacat enim τε." Ven. A. Occurrit quoque τι

in Barocc. et Mori, vnde receperat Barnes. Vacat ſane τε. ſed frequens hoc, etiam in εἴπερ τε. Et eſt h. l. νοήσῃ ὅπως.

ὅππως κέρδιον εἴη Mori. quod Barneſ. refingit ᾖ. Etiam Barocc. εἴῃ. At ὅπως ᾖ recte. v. Excurſ. III ad I. (lib. IX.)

εἴπερ τε νοήσῃ, ſollenni vſu, qui ſibi h. l. conſtat; nusquam legitur νοήσει' pro — ειε. at νοήσει eſt in vno Vindob. in altero νοήσοι.

226. ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος. — „quod gloſſographi βράσσων accipiunt pro ἐλάσσων. neutrum occurrit alibi in Homero. reddendum itaque eſt βρασσόμενος, ταρασσόμενος. διὰ τοῦ δέους οὐχ ἑστηκώς, διὰ τὴν ἀγωνίαν." Ven. A. Quis tam inepta expectet a grammatico? Duxit tamen hinc Sch. br. βραδύτερος. ἐλάσσων. ταρασσόμενος καὶ ἀκαταστατῶν. μεταφορικῶς. manifeſtum fit βράσσων eſſe pro βραδίων vel βραδύτερος. vt μάσσων pro μείζων. ἐλάσσων pro ἐλαχίων. πάσσων pro παχίων. Viderunt quoque hoc alii grammatici, at alii alia commenti ſunt. Apollon. βράσσων. οἱ μὲν ἐλάσσων. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ βρασμοῦ. ἄτακτος καὶ μὴ σταθερός. (a βράσσειν, ζέειν) Similia Heſych. adiectis tamen aliis aliorum, vt et Etymol. et Euſtathius.

λεπτὴ δέ τε μῆτις, ἀσθενὴς ἡ βουλὴ καὶ ἡ ἐπίνοια. μεταφορικῶς. Apollon. Lex. h. v. et ex eo Heſych. Opp. πυκνὴ μῆτις. Bene his vſſ. vtebatur Zeno praeferens in regibus τὴν εὐπείθειαν in bonis conſiliis admittendis, prae ἀγχινοίᾳ, ap. Themiſt. Or. XIII, p. 172. 3. adiunctis vſſ. I, 74. 5. et B, 372. 3.

In principio verſus de ἀλλά τε nil moneri miror. Cur enim hoc ſolo loco eſt quod alibi vbique ἀλλά γε. Eſt tamen apud Heſych. ἀλλά τε. ἀλλὰ δή.

230. δουρίκλυτος ante Barneſ. vbique indocte. v. ad E, 55. δουρικλητὸς Sch. br. adiectum tamen ἔνδοξος πάνυ ἐν τῷ δόρατι. Ven. A. δουρὶ κλειτός. Verſus deerat Moſc. 3. incuria librarii.

Vnus Vindob. verſus ſic collocat: 230. 228. 229.

231. ὁ τλήμων Ὀδυσεύς. ⊱ „quod τλήμονα recentiores dixere τὸν ἀτυχῆ, at Homerus τὸν ὑπομενητικόν.“ Ven. A. Eadem Eustath. etiam sup. E, 670. Est et nunc ὁ εὔτολμος. vnde αἰεὶ γάρ οἱ θυμὸς ἐτόλμα.

235. τὸν μὲν δὴ ἕταρόν γ' αἱρήσεαι. lectio vulgata et vbiuis obuia, excepto Cant. (adde Harlei. Vrat. A.) e quo τῶν μὲν, recepit Barn. recte reiecit Clark. In MS. Lipf. superscr. τῶν erat. Sed recte τὸν probabat Ern. *quod ad socium attinet, eum elige pro lubitu.*

236. ἐπεὶ μεμάασί γε πολλοί. vn. Vindob. πάντες.

238. μηδὲ σύ γε — τὸν μὲν ἀρείω καλλείπειν, σὺ δὲ χείρον' ὀπάσσεαι. καλλιπέειν Cant. ὀπάσεαι Townl. cum vitio versus: ὀπάζεαι vn. Vindob. ὀπάσσεαι. πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀκόλουθον προςλαβοῦ. bene Eustathius: ἐστὶ δὲ νῦν ὀπάζεσθαι οὐ τὸ παρέχειν, ἀλλὰ τὸ προςλαμβάνεσθαι εἰς ὀπαδόν. Sic et inf. T, 238 Νέστορος υἷας ὀπάσσατο. add. Od. K, 59. agunt de hac voce grammatici ad E, 334. Obseruanda autem grammatico variatio καλλείπειν — ὀπάσσεαι — vtrumque pro imperatiuo frequenti vsu.

239. μηδ' εἰ βασιλεύτερός ἐστι. βασιλεύτατος Mori. Barocc. altero adscripto. εἴη vn. Vindob.

240. — ⊱ versus ἀθετεῖται, quia otiosus est, nec cum ceteris cohaeret. Nec in Zenodotea erat. At σημεῖον appositum quod poeta e sua persona haec interposuit; vt illa Νήπιος· οὐδ' ἄρ ἔμελλε M, 113.“ Ven. A. Atqui sic versus nil habet, quod reprehendas. Quod ἔδδεισε περὶ Μενελάῳ pro Μενελάου, defendi potest ex P, 242. De sententia v. Notam.

242. εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετ' ἔμ' αὐτὸν ἑλέσθαι. ⊱ „ad κελεύετε μ' αὐτὸν ἑλέσθαι, vt olim legebatur in edd. et in ipso Veneto. Ita enim μ' encliticum non esse monuerunt, ideoque nec retrahi accentum, κελεύετέ μ', cum sit pro ἐμ' αὐτόν. Erat tamen ex antiquiorum sententia et vsu scribendum ita: ἔμ' αὐτὸν, non ἐμαυτόν. de quo multa disputat contra Tryphonem Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 170 sq. Confer supra ad vs. 204 sicque est in Townl. Vrat. c. Hocque in Schol. A.

contenderat faciendum esse Alexio. At κελεύετε μ' αὐτὸν scripserant, de tono in diuersa iterum euntes, cum alii κελεύετε μ' αὐτόν. Ascalonita vero et Aristarchus κελεύετέ μ' scripserant, ne posset pro eodem cum ἐμαυτὸν haberi, sed esset αὐτὸν, vt ego eligam αὐτός — Hoc ipsum videtur velle Apollon. de Syntaxi p. 144, 25.

243. πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην. Versus et repetitus Od. A, 65. et passim excitatus a veteribus, inprimis a Plutarcho, de adulat. p. 55 B. de aud. poet. et Praecept. polit. p. 808 C. alibi. Maxim. Tyr. Diss. XXXVIII, p. 233. vbi etiam vs. 245 a Minerva ad Iouem transfert. Attius in Nyctegersia ex h. l. *An ego Vlyxem obliuiscar vnquam, aut quenquam praeponi velim?*

244. οὗ πέρι μὲν πρόφρων κραδίη. Apud Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2 scribitur οἱ πέρι μὲν, nec hoc male.

246. τούτου γ' ἑσπομένοιο." Ascalonita obseruauerat, posse quoque esse: τούτου γε σπομένοιο. vt simile sit ei: ὁ δὲ σπόμενος περὶ δουρί. (Jl. N, 570 vbi tamen vulg. δ' ἑσπόμενος etiam in Ven. et Schol. vti quoque altero loco M, 395) Cum tamen Aristarchus aspere efferat, εἰ δέ σοι, ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἅμ' ἑσπόμεθ' (A, 158) necesse est et h. l. ἑσπομένοιο scribere" Schol. A. Parum interest, scribas ne sic an τούτου γε σπομένου, quod et Apollon. Lex. in σπεῖο legere debuit.

γ' reposui pro δ' auctoritate Lips. Townl. Ven. Apollonii Lex. l. c. p. 610. ed. Rom. cum Eustathio, edd. Flor. Aldd. Mutatum est in γ' in ed. Cephalaei Argent. hincque in ceteris.

Harlei. „γρ. ἑσπομένου τούτου γε." vnde malebat Bentl. refingere: τούτου δ' ἑσπομένου καί κ' ἐκ πυρός. Vulgata lectio est ap. Sueton. Tib. 21. vbi vss. 246. 247. vsus esse dicitur Augustus de Tiberio. Alludit ad vs. 246 Aristides in Apellam.

247. ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι. Alii περίοιδε vt σύνοιδε. quod sublatum h. l. relictum est Od. Γ, 244. P, 317. ve-

rum πέρι est περισσῶς. Similis est varietas in περιίδμεναι inf. N, 728. περίειδε est in Vindob. Alt. Posse tamen et περίειδε pro περισσῶς οἶδε accipi monet Schol. A. sicque sensisse Aristarchum." Sane περίοιδε Ven. vterque c. Schol. et Eustath. c. Rom.

249. μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε μήτε τι νείκει. Persuadere nobis volunt Sch. A. B. et Sch. br. et Plutarch. Conu. S. Sap. sub f. ductum hinc esse Pittaci illud: μηδὲν ἄγαν. Accipiunt adeo μάλα pro ἄγαν. Sic et Eustath. Atqui μάλα h. l. non est *nimium*, sed μὴ μάλα, *ne omnino*. vt sexcenties μάλα, et ἦ μάλα. ἦ μάλα δή. sic et λίαν. μήτε τι νείκει. μήτε γε Vindob. Alt. μήδ' ἔτι Apollon. Dyscol. p. 292. Vtetur hoc versu auctore Plutarcho de adulat. p. 57. is, qui suae virtutis conscius ab externis iudiciis haud pendet.

250. εἰδόσι γάρ τοι ταῦτα vn. Vindob. τοιαῦτα.

251. μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται. Sch. br. ἀνύεται. τελειοῦται, et inde Eustath. Suidas. At Apollon. Lex. ἄνεται. καταλύεται. ἀνακαιοῦται. recte Villois. ἀναλοῦται emendat laudato loco Od. B, 58 τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. Excidit puto post ἄνεται interpretatio; tum subiiciebatur κατάνεται. ἄνειν ὁδὸν est Od. Γ, 495. 6. νέον ἤματος ἀνομένοιο, *die modo orto* Apollon. II, 496. Habetur prior pro longa: etsi ἀνύω hinc deducta priorem corripit; succinit Od. B, 58 πολλὰ κατάνεται. At repugnat Jl. Σ, 473 — ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο. ad q. l. vide. Vindob. Alt. ἄνυται.

252. 253. ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται. ⟜ „διὰ τὸ πολυθρύλλητον ζήτημα καὶ τὰς γεγονυίας ἀποδόσεις." Ven. A. et subiicitur nubes Scholiorum, inprimisque Porphyrii Scholion, quod videtur exordium constituisse ζητημάτων καὶ λύσεων. Ipse fatetur se ea congessisse aliunde dilectu tamen facto et iudicio suo adhibito. Sed videndum est primo loco: quodnam τὸ ζητούμενον fuerit. Illata multa ex hoc Scholio Porphyrii seu aliorum quos ille exscripserat, in Schol. br. intermixtis

tamen aliis. Scilicet si *plus quam duae noctis partes* iam praeterierant, παρῴχηκε δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων, *minus quam tertia pars* supererat; non vero τριτάτη ἔτι μοῖρα λέλειπται." Iam primo ita interpunxerunt et scripserunt: παρῴχηκεν δὲ πλέων νύξ. τῶν δύο μοιράων τριτάτη δέ τι μοῖρα λέλειπται. Alii παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων· τριτάτη δέ τι μοῖρα λέλειπται. quod si *plus quam* duae partes abierant, quomodo *vna* supererat? Itaque voluere legere: τριτάτης δέ τι μοίρας λέλειπται leg. μοῖρα, vt esset τῆς τρίτης μοίρας μοῖρα. At potius τριτάτη δέ τι μοῖρα legere debebant, vt τι esset κατά τι *supererat ex parte tertia pars. Metrodorus* sic rem expedierat: τὸ πλεῖον apud Homerum duo significare, primo *plus*, vt Od. Θ, 475 νώτου ἀποπροταμὼν, ἐπὶ δὲ πλεῖον ἐλέλειπτο, et Il. A. 165 ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολέμοιο etc. tum *plenum*. πλῆρες, vt Il. Δ, 262. B, 226. (de his nemo dubitet: πλέος. πλεῖος.) Itaque h. l. πλήρης ἡ νὺξ δύο μοιρῶν γεγονυῖα παρῴχηκε. nocte scil. in tres partes diuisa." Obscurum est, vnde πλήρης ἡ νὺξ ita efficiatur; num πλέων pro πλέη dictum esse voluit? nec tamen hoc satis cum iis quae disputat conuenit. vt Sch. br. παρελήλυθε δὲ ἡ τῶν δύο μοιρῶν πλείων νύξ. Eadem interponunt ἔνιοι δὲ γράφουσι πλέη. an sic Metrodorus legebat? Probabile hoc, nisi forte πλεῶν τῶν δύω μοιράων h. πλειῶν secundo casu plurali acceperat: *duabus partibus expletis* processerat nox. Ducit eo quod Ven. B. habet: ἄλλως παρῆλθον τῆς νυκτὸς αἱ δύο πλήρεις μοῖραι. „*Chrysippus* non esse subtiliter accipiendum aiebat; sed tertiam partem superesse dici, etiamsi aliquid ei decesserit; vt si tertio die iam illucescente aut adulto aliquis dixerit tertium diem restare." hic sane sapientius aliis.

Alii ex sollenni poetarum more certum numerum memorandi pro quouis incerto numero dictum esse voluerant; quem morem, etsi eum nemo ignorat, copiose illustrat Porphyrius. Omnia haec spectant tantum ad rationem reddendam, quatenus τριτάτη μοῖρα dici potuerit,

etsi plus quam duae partes praeterierant. Videtur adeo et is legisse πλέον. (Nonnulla ex his etiam in Sch. br. habentur.)

Aristoteles mira cum subtilitate quaestionem soluerat, nocte in XII horas diuisa, dimidium esse sex; hoc praeterierat; iam alterius dimidii supererant v. c. tres horae: ergo et πλέον δύο μοιράων, maior pars duarum partium s. duorum dimidiorum, et restabat pars tertia, si iterum XII in tres partes diuideres. Incredibile est, Aristotelem ita delirare potuisse in poeta. Debuere haec locum habere in libris X προβλημάτων Ὁμηρικῶν. In Poetica c. 25 inter modos soluendi reprehensiones poetarum est: τὰ δὲ (λύεται) τῇ ἀμφιβολίᾳ· παρῴχηκεν δὲ πλέων νύξ. τὸ γὰρ πλέων ἀμφίβολόν ἐστι. nisi et hic πλέον scriptum fuit.

Autochthon, grammaticus quem ad Jl. Υ, p. 1207 etiam Eustath. memorat, videtur πλέον accepisse pro κατὰ τὸ πλέον, παρῆλθεν ἡ νὺξ τῷ πλείονι καὶ μείζονι μέρει; atque ita tolli difficultatem quam alii mouent in πλέω, quod genere feminino nonnulli accipiunt; esse enim τῷ πλείῳ h. πλείονι μέρει." Ergo fuerant qui legerent παρῴχηκεν δὲ πλέω νὺξ, et πλέῳ νύξ. qui illud statuebant πλέω feminino genere accipiebant pro ἡ πλείων, ἡ πλήρης νύξ. parum grammatice, statuerunt tamen sic, vt iterum discas e Ven. A. ad I, 71.

Apion ita statuerat: abiisse iam τὸ πλέον τῶν δύο μοιρῶν (legerat adeo παρῴχηκεν δὲ πλέον νὺξ τῶν δύο μοιράων, vt esset τῶν δύο μοιρῶν τὸ πλέον l. πλεῖον) ita vt ex duabus iis partibus ipsis superesset adhuc *aliquid vna cum tertia parte noctis.* Conueniunt cum hac solutione reliqua quae noctis partem haud exiguam superfuisse arguant: media nocte expergefactum Agamemnonem surgere debuisse, cum tot res gestae eadem nocte adhuc memorentur, (per totum K) quae non potuissent extrema noctis parte peragi, nisi maturius agi coepissent. Quod si Vlysses ait ἐγγύθι δ' ἠώς, 251 hoc non proprie dictum esse, sed ad moram tollendam.

Supereſt ratio in Sch. A. et Sch. br. propoſita, vt per hyperbaton dicta eſſe cenſeantur et iungantur: *ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε τῶν δύο μοιράων, παρῴχηκε δὲ πλέων νὺξ, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.* cui vt ſani aliquid inſit, ſtatuendum eſt, iſta: *παρῴχηκε δὲ πλέον νὺξ,* parentheſi interpoſita eſſe.

Euſtathius breuiter rem attigit. Ambiguitatem ad tria capita reuocat. Obſcurum eſſe, *εἴτε τῶν δύο μοιρῶν τὴν πλέω μοῖραν παρῴχηκεν ἡ νὺξ, ὡς λείπεσθαί τι καὶ αὐτῶν τῶν δύο μοιρῶν, καὶ τὸ ὅλον τριτημόριον·* (quam Apionis vidimus eſſe rationem) an *εἰ αἱ δύο ὅλαι μοῖραι παρῴχοντο καὶ σὺν αὐταῖς μέρος τι καὶ τῆς τρίτης ὡς μὴ ὅλην αὐτὴν περιλείπεσθαι·* (quae vulgaris eſt ratio) an tandem *παρῴχηκε τὰ πλέω* (duabus noctis partibus elapſis) *τὸ δὲ ἔλαττον,* h. e. *ἡ ὅλη τρίτη μερὶς, λέλειπται·* Cauſſas tamen dubitationis ex Euſtathio nemo aſſequutus eſſet, niſi Porphyrii Scholion ſupereſſet.

Inter haec mirandum eſt, ipſam lectionem tam varie memorari, neque eam a quopiam ad rationem certam eſſe reuocatam.

παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων. fatendum eſt ineſſe ambiguitatem; *ἡ πλέων* vel *πλείων νὺξ* eſt proprie plenior, auctior, vlterius prouecta, idem quod *τὸ πλέον τῆς νυκτός.* Nunc autem eſſe poteſt vel *τὸ πλέον* (*μέρος*) *τῶν δύο μοιρῶν τῆς νυκτὸς,* ita vt harum duarum partium adhuc particula aliqua ſuperſit, cum tertia parte integra: *τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται,* vel, *τὸ πλέον τῆς νυκτὸς ἢ δύο μοῖραι,* ita tertia non integra ſupereſt. Pro altera hac interpretatione pugnat vſus loquendi communis non tam accurate haec definiens; pro priore temporis et rei gerendae ratio, quae plus quam aliquot horas requirere videri poteſt. Haec illa ſunt, quae grammaticus Schol. B. perſpexiſſe et expoſuiſſe videtur in Scholio extremo.

Alii *πλέον* ſcripſerunt; in his ipſe Ven. B. et Porphyr. *ὅτι τὸ πλέον τῶν δύο μοιρῶν τῆς νυκτὸς παρῆλθε.* Ita iungenda ſunt *νὺξ παρῴχηκε πλέον τῶν* etc. eodem

ſenſu, quem prior acceptio τοῦ πλέων reddebat, ſed propius ad vulgarem loquendi morem.

Alii ſcripſere πλέη νὺξ, alii πλέῳ pro πλείονι, alii, et ſic Vrat. b. a m. pr., πλέω neutro plurali: ſic Schol. br. ſub fin. vbi πλείων male excuſum: hoc eſt, νὺξ κατὰ τὰ πλείονα μέρη παρῆλθεν; et conuenit vſus loquendi, vt in eo ipſo loco, qui ex Thucydide laudatur, (ex lib. I, 3 ſub f.) θαλάσσῃ ἤδη τὰ πλείω χρώμενοι. Redditur apud Porphyr. τὰ πλείονα ἐκ τῶν δύο μοιρῶν παρῆλθεν, (fere ad Apionis morem) aut, πλείονα παρὰ τὰς μοίρας τὰς δύο. Vides eandem ambiguitatem, quam in prioribus lectionibus, πλέων vel πλέον. Alii πλέω quarto caſu ſingulari accepere, ἡ νὺξ παρῆλθε (Schol. br. interponunt εἰς) τὴν πλείονα μοῖραν τῶν δύο μοιρῶν. Sicque Euſtathius: τὸ δὲ πλέω, εἰ δίχα τοῦ ν γράφεται, δηλοῖ ὤ, ὡς ἡ νὺξ κατὰ πλείω μοῖραν τῶν δύο παρῆλθεν. ſubiungit aliam καθ᾽ ὑπερβολὴν interpretationem valde abſurdam.

Apollonii Lexicon nihil ad h. v. exhibet; videtur haec particula ex eo excidiſſe; nec Heſych. lucem affundit in πλέων νὺξ, nec magis in ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, vbi πλέω per πλήρης exponitur; fuit haud dubie πλέων.

Appoſui veterum grammaticorum conatus, quibus ſimul conſtare poteſt, a vera interpretandi poetae ratione eos multum ſaepe abſuiſſe. Subtiles rationes inferebant in poetam antiquiſſimum ſimplicitate orationis et ſententiarum commendatum. Quis in eo requireret tam curioſe factam dispertitionem trium noctis partium, quam illi quaeſiuere! Licebat ipſi dicere e vulgari hominum vſu ad feſtinandas res: maiorem noctis partem eſſe exactam; properandum eſſe, *cum iam praeterierint plus quam duae noctis partes, nec niſi tertia pars adhuc ſuperſit?* E conſilio loquentis facile aſſequimur, e tertia parte iam demum eſſe aliquid, *ſi plus quam binae partes* praeceſſerant; ſed in ſimili ſententia, multo minus in poeta, eoque antiquiſſimo, id non curare licet. Se-

cundum haec lectio expeditiſſima eſt παρώχηκε νὺξ πλέον τῶν δύο μοιράων. *praeteriit nox plus quam binis partibus.* Et eſt haec lectio, praeter ſupra laudatos grammaticos, etiam in edd. Ariſtot. poet. l. c. iam inde ab Aldo. Enimuero, haec ſi antiquior fuiſſet, nemo facile aberraſſet in πλέων vel πλέω. Doctius igitur dictum ac probabilius eſſet πλέων νὺξ eodem ſenſu, quo πλέον. Et hanc lectionem tuentur Venetus vterque cum Townl. etſi videri poteſt doctius ſimplicitate Homerica. Reſtat tertia lectio πλέω h. κατὰ τὰ πλείω, vel πλείονα (μέρη). Et lectio haec plurimum auctoritatis habere videtur: Nam praeterquam quod in Scholiis memoratur, legitur ea in Lipſ. (etſi additur γρ. δὲ καὶ πλέων) Cant. Mori. Harl. probaturque Bentleio, Erneſtio; et in hac apparet corruptelae cauſſa, ſi ſcriptum cogites antiquiore vſu ΠΛΕΟ ΝΥΞ. verum ad omnem hanc disputationem conf. Obſſ. ad v. 253.

Supereſt alia variatio in voc. παρῴχηκε. quod et fuit παροίχωκε, teſte Ven. A. Dorotheus in lib. XXXI τῆς Ἀττικῆς λέξεως (forte idem cuius περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων liber fuit) contra Ariſtonem et Tryphonem multis disputauerat docendo οἴχωκεν eſſe Ionicum. Nec aliam ſcripturam Apollonius ὁ τεχνικὸς agnoſcebat. In Etymol. etiam ὤχηκα παρῴχωκα occurrit p. 655 pr. In Heſychio nil video notatum. οἴχωκα *perii* e tragicis notum eſt.

Quid ſit ἄστρα προβέβηκε, et quaenam ſint haec aſtra: alia fuit, quae et Sch. br. inſerta eſt, ζήτησις. Alii Vrſam, alii Pleiadas, Hyadas et Orionem intellexerunt, alii omnia ſidera occidentem verſus progreſſa caelo ad oculorum ſenſum circumacto. Conueniunt Od. M, 312 et Ξ, 483 ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει. Fuere adeo (Sch. br.) qui hinc colligerent Homerum τὸν σφαιροειδῆ κόσμον tenuiſſe. Auctor Rheſi *ſidera* definiit et nominauit Pleiades et Aquilam: de quibus v. Beckium docte disputantem Diatribe in Rheſum §. 8. p. 457. 8.

253. *τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.* - *ἀθετεῖται.* quia poetae ſatis erat vniuerſe dicere; nec cadit in poetam ſubtilis temporis aſtronomo digna definitio. Porro *τῶν δύο* (ſuper hoc *δύο* plura adſcripſit Euſtath. e Lexico rhetorico) nusquam apud Homerum reperitur. (Adde et vſum articuli *τῶν* ab Homero alienum.) Verſum Zenodotus habebat; non autem Ariſtophanes." Ita eiecto verſu optime locus ſe habet: *maior noctis pars praeteriit. παρῴχηκε δὲ πλέων νύξ.* Adiecta reliqua rhapſodi opera *παραφράζοντος* iſta. Apparet quoque ſic, cur lectio *πλέων* a me ſeruata fuerit. Vulgata tamen inde ab antiquioribus lectio verſum admiſit; legerat eum quoque Pollux I, 70 *περὶ πρώτης φυλακῆς, ἢ καθ' Ὅμηρον, περὶ πρώτην μοῖραν.*

Pro *λέλειπται* Vindob. vn. *λέλειπτο.*

254. *ὅπλοισιν ἐνὶ δεινοῖσιν ἐδύτην.* Pronuntiatum *ἐνιδεινοισι.* Tum *ἐνδύειν* cum tertio caſu, pro quarto. Similiter inf. 272. Ξ, 377. Ψ, 131. Od. Ω, 495.

255. *Τυδείδῃ μὲν δῶκε.* „*γρ. μὲν ἔδωκε.*" Barnes cum vn. Vindob. at vulgatum eſt Ionicum.

256. *τὸ δ' ἑὸν παρὰ νηυσὶ λέλειπτο. παρὰ νηΐ* Cant. Mori. Harl. Ven. Townl. Vrat. b. Euſt. et ed. Rom. Eſt tamen vulgatum ex vſu ſollenni, nec cauſſam mutandi iuſtam video, nec mutare refert.

258. *κυνέην — ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον* „quod *κυνέην* improprie dixit *τὴν ἐκ ταυρείου δέρματος.* (ſc. cum *κυνὸς* eſſe deberet) — cum dilectu autem galeam *ἄφαλον* et *ἄλοφον* ſumtam, ne proderetur." (quod nimis argutum puto. nam nullus dilectui faciendo nunc erat locus. Eadem Etymol. in *ἄφαλος.*) *ἄλλοφον* Ven. A. cum cod. Cant. at Schol. „*Ἀρίσταρχος· ἄλοφον.*" Quod ſi h. l. tenemus, erunt quoque *ἄληκτος, ἄμορος* et ſimilia tenenda.

Iam quod ad voces illas attinet, *ἄφαλος* in varios ſenſus deflectitur, quia *φάλοι* non vno modo declarantur a viris doctis; aut enim ſcutula eſſe volunt, infixa fronti galeae, aut, ſi recte intelligo, marginem prominen-

tem, ſeu alam galeae, qua frons, ſcuti loco, tegitur ad modum marginum prominentium in pileis noſtris. Itaque et h. l. diuerſa traduntur in Schol. Ven. A. B. et Apollon. Lex. *ἄφαλος, περικεφαλαία μὴ ἔχουσα φάλους. τοὺς δὲ φάλους οἱ μὲν ἀσπιδίσκια, οἱ δὲ ἀστερίσκια* (clauos ſcutella referentes) *ἐκάλουν.* Ergo iam tum ignorabatur vera ratio. Itaque licebit tertium amplecti, quod aliis locis melius conuenit: *φάλος* eſt canalis coni, cui inſeritur *λόφος*. At *φαληρὰ* ſunt ſcutella in fronte galeae. cf. ad E, 743 vbi eſt *ἀμφίφαλος κυνέη.* et Not. ad Γ, 371. Itaque iunguntur h. l. *ἄφαλος* et *ἄλοφος.*

καταῖτυξ quae ſit ex h. l. optime diſcitur, etſi non ſatis liqueat, quaenam ex his attributis proprie hoc galeae genus conſtituant: vt ſit *ταυρείη*, *e corio bubulo,* vt ſit *ἄφαλος* et *ἄλοφος*; omniane ſimul, an haec vltima ſolum. Apparet *leuiorem* fuiſſe *galeam.* E grammaticis nihil amplius diſcas; quaerunt potius de etymo „*ἀπὸ τοῦ κάτω τετύχθαι,*" et comparant *ἄντυξ.* v. Apollon. Lex. in vtraque voce. Etymol. Heſych. Suid. Euſtath. Sch. Ven. et br.

259. *ῥύεται δὲ κάρη.* Cum *ῥύω* priorem habeat productam: (cf. ad I, 396. Δ, 138) *ῥύεται* aut pronuntiandum eſt *ῥῦται*, binis ſyllabis, aut dicendum ſyllabam etiam corripi potuiſſe: quod ſecus ſtatuo; v. Excurſ. IV ad A. *κάρην* etiam h. l. duo Vindob.

262. *κυνέην ῥινοῦ ποιητήν.* — „*πρὸς τὸ λαθεῖν τὴν περικεφαλαίαν.*" Ven. A. Nimia ſubtilitas! quam et in *ἄλοφος* quaerebant. Erat galea leuior, nulla lamina munita; niſi dentibus aprinis ad excipiendos ictus extrorſum inſertis.

263. *ἔκτοσθεν δὲ λ.* incuria metri Vrat. b. c. edd. omnes ante Heruag. et Turneb. praeiuerat tamen ed. Rom. *ἔκτοσθε.*

264. *ἔχον.* Bentl. coni. *τρέχον.* vt ſit *ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες* 'A. *ὑ. θαμέες τρέχον ἔνθα καὶ ἔνθα.* eleganter quodque Alexandrino poeta dignum foret. Sic et

ἐπιτρέχειν. At pro Homeri aetate nimis argute! ἔχειν h. l. vt centies est συνέχειν. κατέχειν.

265. μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει. ⟩— „πῖλος. quod hinc pictores et sculptores Vlyssi pileum imposuere." Ven. A. Hoc ineptum: nam πῖλος, *lana condensata*, h. l. erat *in medio* inter ἱμάντας, corrigias e corio bubulo, et corium, nec cerni poterat. *Pileus* contra tributus Vlyssi est respectu errorum maritimorum; quia in itinere eo caput muniri mos erat. Fuitque primus Nicomachus *qui Vlyssi addidit pileum:* Plin. XXXV, s. 36, 22. Apollodorum pictorem (σκιαγράφον) pro eo nominat Eustath. p. 804, 18. — Vt pilei notionem declararet, Hesiodus dixit πῖλον ἀσκητὸν Ἔργ. 546. cf. Etymol. h. v.

Quae mox in Ven. A. adiiciuntur, „ὀρώρει legendum esse vt antecedens:" spectant puto ad vitiosam scripturam, emendandam, vt fiat ἀρήρει.

266. τήν ῥά ποτ' ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο. ⟩— quod hic *Amyntor* Boeotus ὁμώνυμος Phoenicis patri; *Eleon* autem Boeotiae vrbs." Ven. A. Pro diuersis igitur eos habuere. Atqui etiam ille Amyntor, Phoenicis pater, Ormeni filius editur: sup. I, 448 φεύγων νείκεα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο. Ormenus Cercaphi f. Aeoli n. traditur. Ex Ormeno natus Amyntor et Euaemon, Eurypyli pater: v. Strabo IX, p. 670. Difficultas inde oritur, quod Phoenicis pater *Ormenii*, quae Thessaliae fuit, vixisse fertur; idque probabile fit ex ipsis poetae verbis I, 447 sq. quia Hellade fugit Phthiam Phoenix. At Amyntor hoc loco *Eleonem* habitasse dicitur. Apud Apollodorum alius Amyntor editur Ormenii, in Magnesia Thessaliae, rex ab Hercule caesus. Prodeunt adeo tres Amyntores inter se diuersi. v. Apollodor. II, 7, 7. vbi v. Not. cf. Diodor. IV, 37. Ergo in hoc nomine fama prisca sibi non constitit; nisi malis statuere, aut, ipsum patrem Phoenicis ab Hercule fuisse caesum, aut, *Eleonem* dici *vrbem Amyntoris Ormeni f.* in quam se conferre potuit Ormenio relicto, (ita et iungere licet Ἀμύντορος δόμον ἀ. aut τήν ῥα (sc. καταῖτυγα ὑπάρχουσαν.

γεγονυῖαν ποτε) Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο, iungas, vt galeam Amyntoris Autolycus praedatus ſit ex vrbe Eleone, ſiue ea direpta, cum domum aliquam expugnaſſet, ſiue latrocinio. Obtinuit enim ſama de Autolyci ſurtis. Ita referre licet omnia ad vnum Amyntorem. Ex Strabone IX, p. 670 diſcas iam veteres in hoc loco laboraſſe: Crates Phoenicem *Phocenſem* fuiſſe coniecerat ex eo quod Eleon Parnaſſi vrbs fuerit, in quo eodem Parnaſſo Autolycus habitabat: (v. Od. T, 410) laudatis his duobus vſſ. 266. 267. Contra Scepſius (Demetrius) monuerat nullam fuiſſe Eleonem in Parnaſſo; ſed Neonem, ſerius conditam; Phoenicem contra fugiſſe *Ormenio* Theſſaliae. cf. ad I, 447. At mirum illud alterum, quod vbique nunc editum erat aſpirate Ὁρμενίδαο, cum eadem vox vbique Ὀρμ. ſcribatur etiam ſupra I, 448 et B, 734 ita ſcripta eſſet. Nouauit hoc Barneſ. laudato Cantabr. mſ.

Eleonem Boeotiae vrbem vidimus B, 500. In Ven. A. monetur Aſcalonitam ſerri aſpiraſſe vocem ἐξ Ἑλεῶνος· quod et Strabo attigit lib. IX. l. c. extr. p. 670. niſi iſta ῥῆσις ex margine irrepſit. Ita tamen ſupra Οἵ τ' Ἐλεῶνα ſcribere debuere οἵ θ' Ἑλεῶνα. — Tandem τήν ῥα τότ' accipiunt ταύτην ἄρα ποτέ. Clarke *hanc vtique galeam.*

267. ἐξέλετο duplici modo acceptum video in Schol. br. et Euſt. ὡς ἐξαίρετόν τι ἔλαβεν. ὑφείλετο. Alterum hoc, contra quam Euſtath. putabat, verius: ſi quidem Autolycus τοιχωρυχήσας, *perſoſſa domo* ea galea eſt potitus. — ἀντιτορήσας. διατρήσας. διορύξας eſt iam in Apollon. Lex. Sch. br. Etymol.

268. Σκάνδειαν δ' ἄρα δῶκε Κυθηρίῳ Ἀμφιδάμαντι. ſ— quod Σκάνδειαν eſt pro εἰς Σκ. vt Λ, 21 Πεύθετο γὰρ Κύπρονδε. In recentioribus Σκανδείᾳ repererat Euſtath. ex interpretatione, quae in Sch. br. quoque eſt, ſicque etiam Mori. vn. Vindob. eſt tamen proprie datam eſſe Amphidamanti, qui Scandiam cum ea abiit; vt hoſpitio ab Autolyco exceptus pro munere hoſpitali galeam ac-

ceperit secumque in patriam abstulerit. At dono missum putabat Koeppen, simili exemplo quo Agamemnoni miserat munus Cinyras inf. Λ, 20. Clarke suspicabatur excidisse versum; coniecturis tamen haud indulgendum esse, subiicit. Bentleius resingebat Σκάνδειάνδ' ἄρα δῶκε. (vt Τροίηνδε) et al. Κύπρονδε Λ, 21. Videtur tamen copula vix abesse posse. Nauale Scandia fuit insulae Cytherorum: (Pausan. III, 23 et Steph. Byz. Perperam ap. Apollon. Lex. p. 603 legitur Σκάνδεια πόλις ἢ χωρίον τι τῆς Κύπρου pro τῶν Κυθήρων) quod cum ignorarent nonnulli, fecerunt genus galeae σκάνδειαν. Etiam hic *Amphidamas* diuersus ab aliis huius nominis. v. Ind. Apollod. Adde alium ap. Strab. VII, p. 510 A. qui *Iphidamas* inf. Λ, 221. At qui Ψ, 87 memoratur est Opuntius, cuius filium Clysonymum Patroclus occiderat. cf. Apollod. III, 13 fin. De *Molo* Cretensi v. Apollod. III, 3, 1. et Not. ad e. l.

271. δὴ τότ' Ὀδυσσῆος. Obseruant ad Vlyssem, Autolyci nepotem ex filia rediisse nunc galeam ab auo raptam. Sch. B. et Eust. — Ernesti desiderabat ἢ τότ' Ὀ. concedit tamen pronomen hoc omitti quoque solere. κάρην et h. l. duo Vindob.

273. λιπέτην δὲ κατ' αὐτόθι πάντας ἀρίστους. Monet Ven. A. „alios iungere κατ' αὐτόθι. alios cum λιπέτην. At nec sic κάτ' esse scribendum: quia συνείληπται, et quia δὲ interponitur." Sufficit in κατὰ et μετὰ et similibus accentum non retrahi. παρ' αὐτόθι. Vindob. Alt. „γρ. βὰν ῥ' ἴμεναι." Barn.

274. δεξιὸν ἐρωδιὸν ἧκε Παλλὰς Ἀθηναίη. Etiam hic locus pro exemplo esse potest mirae subtilitatis in rebus parum necessariis, et argutandi pruritus veterum grammaticorum. Quaesiuerunt anxie, quatenus *ardea* esse posset pro augurio, eoque fausto; et cur potissimum ardea, non noctua Athenes auis; tandemque quale ardearum genus hic intelligendum sit. Atqui simpliciter dici poterat: in locis paludosis (qualia erant circa Simoentem; male Ven. B. cum Eust. Scamandrum nominat) per no-

ctem ardeam audiri, nil adeo esse insoliti; omen fuisse quod iis incedentibus *a dextra* audiebatur. Contendere tamen maluere, ardeas per se augurium facere, et nunc τοῖς ἐπὶ λαθραίους πράξεις ἀπιοῦσιν αἴσιον.

Longa et docta est in Ven. B. seruata Porphyrii ad h. l. ζήτησις· e qua excerpserunt nonnulla Ven. A. B. et translata sunt nonnulla in Sch. B. ad Ω, 315. Commemorabo breuiter potiora e Porphyrio. Controuersiam mouisse videtur *Zoilus:* clangorem volucris auditae, non visae, mali potius ominis esse debuisse insidias parantibus et latere cupientibus. Responderat *Megaclides*, (qui τὰ εἰς Ὅμηρον scripserat) ex augurali disciplina recte hoc dictum esse; nam nec Vlyssem et Diomedem visos esse a Troianis; ipsos tamen e Dolone audiisse quae vellent rescire.

Alexander Myndius lib. III, περὶ ζώων quaesiuerat, cur Athene non potius noctuam misisset. Ei responsum, quod locus ille ad Simoentem paludosus est, quem amant ardeae; non noctuae. (Haec fere repetunt Sch. br.) Subiiciuntur alia de augurii vi nimis subtilia.

Inde insertus, nescio a quo, locus de *ardea*. Ἐρωδιὸς in congressu cum femina perire creditus inter veteres: quod alii de vno genere, τῶν πυγαργῶν tradunt; sunt enim tria ἐρωδιῶν genera: οἱ πυγαργοὶ, οἱ ἀφροδίσιοι et οἱ πέλλοι. At apud Aristot. H. N. IX, 1. et 18 sunt ὁ πέλλος et ὁ λευκὸς et ὁ ἀστερίας, qui et ὀκνὸς dictus. Eum sequitur Plin. X, 60. s. 79. Conuenit quoque cum Aristotele fragmentum Callimachi ex libro περὶ ὀρνέων, addendum iis quae in Callimacho Ern. p. 468. congesta sunt. Fabulam de exitioso coitu repulere viri docti iam inde ab Alberto Magno, etsi probabile sit habuisse tamen veteres aliquid in eo quod sequerentur.

Insertus locus ex *Hermone Delio*, ita enim nomen scribendum esse, colligo, etiam ex Eustathio p. 804. l. 57. nam corrupte in Schol. est Ἔρων δὲ ὁ Δήλιος γράφει. Alius Hermon, qui ἱερογραμματεὺς fuit, a Galeno laudatur. Dolendum est versus tam corrupte scriptos et edi-

tos esse. Intelligitur tamen ardeam πέλλον in plano loco visam victoriam, visam in edito fugam et cladem portendere, at in insidiis subsidentibus faustum successum. vltimum hoc Hermone auctore memorat Eustath. l. l.

Quia genus ardearum erat τῶν πέλλων, (*ardea pellus*, a πελὸς et πελλὸς, *fusco* ac cineritio colore; etsi et is multis modis variat, vt vel apud Buffonum monitum videas) fuere, qui scriberent in Homero: πέλλον Ἀθηναίῃ, vt esset δεξιὸν ἐρωδιὸν πέλλον. Quae lectio frequentari debuit in libris, quandoquidem *Zopyrus* libro quarto Μιλήτου κτίσεως (de quo nihil mihi aliunde constat) scripserat: ἐν τῇ νυκτεγερσίᾳ τοῦ ποιητοῦ θέντος Πέλλον Ἀθηναίῃ, μεταγράφουσί τινες καί φασι· Παλλὰς Ἀθηναίῃ, τῷ ἐπιθέτῳ ψυχαγωγούμενοι, ἀλλ' οὐ τῇ ἀληθείᾳ ἀκολουθοῦντες. Memorat ex his nonnulla Eustath. minus tamen diligenter. Πελλὸν Ἀθ. etiam Ald. 2. receperat, deserta statim ab Ald. 3. Argent. Felician. et aliis.

Adiecerunt alii *noctuam* ab h. l. fuisse alienam, non modo, quia in locis paludosis illa non moratur, verum etiam quia non habebatur inter bona auguria; docet haec Aelian. H. A. X, 37 hunc ipsum locum respiciens.

De etymo v. Etymol. qui in ἕλος, ἑλωδιός, acquiescere saltem debebat. Ibidem Claudius Philosophus contendit ardeae genus aliquod Palladi sacrum esse debuisse, versu hoc laudato.

Restat monere de ἐγγὺς ὁδοῖο, quod est, *prope viam*, haud longe ab incedentibus, acceptum esse ἐγγὺς τῆς ἐξόδου, πρὸ τοῦ πόρρω αὐτοὺς ἀποβῆναι. Sic Ven. B.

277. χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς, ἠρᾶτο δ' Ἀθήνῃ. ⸎ signum nil habet quod in Scholiis respondeat. Forte de voce augurali ὄρνις aliquid monitum erat; aut notatum, quod Eustathius repetit, veteres scripsisse plene, ὄρνιθι Ὀδυσεύς, additis his: ὁποῖον καὶ τὸ· „ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον“ vbi hic versus reperiatur, non memini; τεὸν putarunt iidem veteres grammatici, quasi τὸν, breui syllaba, esse adhibitum. Melius

erat laudare E, 5 ἀστέρ' ὀπωρινῷ. Elidi ab Homero τὸ ι finale, ne dubita.

278. κλῦθί μοι. Sic edd. ante Turnebum, accinentibus Schol. et codd. A. B. Vrat. vn. Vindob. cum Schol. Sophocl. Ai. 1. Parum intereſt; Turnebus κλῦθί μευ adſciuerat ex ed. Rom. et Euſtath. vitioſe tamen idem dederat κλῆθι.

280. οὐδέ σε λήθω κινύμενος. Schol. B. „ὑπερβολικῶς εἶπε, οἷον καὶ ἐπὶ μικράν τινα πρᾶξιν ὁρμῶν. ignorabat priſco ſermone hoc ἐναργέστερον dictum eſſe. Contra nimis ſubtiliter pro iſta aetate Euſtath. κινύμενος. ὅ ἐστι, κατὰ νοῦν κινούμενος καὶ διαλογιζόμενος. οὕτω γὰρ οἱ ἀκριβέστεροι τῶν παλαιῶν λέγουσι. vix heroum aetate deos perſpicere hominum cogitata ſuſpicati ſunt homines.

Duxit hinc initium Aiacis ſui Sophocles: iam aliis et Clarkio laudatus vſſ. 16. 34. 35. et Eurip. Rheſ. 608. Verſum frequentant paſſim veteres, ſic Themiſt. Or. XI, p. 147. et primo loco Socrates ap. Xenophon. in Sympoſ. c. 4, 49. (ex eo Arrian. in Diſſ. I, 12, 3. vbi v. Vpton. loco repetito ap. Stobaeum Ecl. I, 39. Heer. p. 100.) iam laudatus Barneſio: οὔποτε λήθω αὐτοὺς οὐδὲ νυκτὸς οὐδ' ἡμέρας cum verbis Pſalmi CXXXIX. pr.

κιννύμενος. vn. Vind. At prior per ſe longa eſt: κινήθη δ' ἀγορά.

νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι, Ἀθήνη. φῖλαι obtulerat iam edit. Rom. cum Euſtathio, cum Etymol. et nunc Ven. Lipſ. omnesque meliores, vt iam ſup. E, 117. Induxerant Flor. Aldd. et ſequaces cum ipſo Turnebo: φῖλε' Ἀθήνη. primus φῖλαι reuocauit Stephanus. Norat quidem Euſtathius φῖλε', et habent hoc Cant. Mori. Harlei. Townl. Vrat. b. c. A. Moſc. 3. nec erat quod ſperneretur, ſi modo pro φῖλεο, a φῖλομαι, ductum eſſe videbas; non vero a φιλέω, φῖλεε, in quo prior corripitur: quod recte docuit Clarke. At φῖλομαι habet priorem longam, vt Υ, 304 περὶ πάντων φῖλατο τέκνων. repugnante Knight p. 64. et contendente Homerica aetate fuiſſe ex breui φίλομαι, φίλατο. φῖλαι. De hoc ge-

nere verborum in quibus prior longa corripitur, forma *ἐω* ſubſtituta, vt *μαρτῦρω, μαρτῦρεω. κρῖνομαι, κρινέομαι, καρτῦνω, καρτυνέω*, quae ab aliis ad futurum ſecundum referuntur, paſſim dixi. De *φίλω, φιλέω*, v. ad E, 117.

Occurrit quoque *φῖλαι* ſcriptum; verum ex *φίλομαι*, et *ἐφιλάμην*, eſt *φίλαι* imperandi modus.

281. *δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας ἐϋκλείας ἀφικέσθαι* ⊱ „quod *πάλιν* eſt *εἰς τουπίσω*" obſeruatiuncula ſaepe iterata; et „quod Ionum eſt in *εὐκλείας* et *δυςκλέα* vltimam corripere, cum Attici producant" (nam ſcribunt *δυςκλεᾶ*). Obſeruant iidem grammatici" *εὐκλεῖας* ſcribendum eſſe, vltima breui, nam eſſe pro *εὐκλεέας, εὐκλεῖας.*" cum contra *εὐκλείας* ſit ex *εὔκλεια*. Eſt alter locus in quo vox occurrit, Od. Φ, 331. vbi editum eſt *εὐκλεῖας* ab ipſa Rom. et Euſtathio. Neque dubitaui ita reponere hoc quoque loco e rationibus grammaticis, etſi *εὐκλείας* plerique libri habent, cum his etiam Etymologus, ſaltem vt editus eſt, agnoſcit *εὐκλείας* vel ex *εὐκλεέας* factum, vel ex *εὐκλέας* inſerto *ι*. Monitum iam eſt de his ad B, 115. H, 100. et I, 22. fuiſſe duas formas: *δυςκλῆς* et *εὐκλῆς, έος, έας*; tum *εὐκλεὴς* et *δυςκλεὴς, εὐκλεέος*, vnde fit *εὐκλεέας*, hocque contractum eſſe *εὐκλεεῖς*, non *εὐκλεῖας*, nec *εὐκλείας*. quod neceſſe eſt ductum eſſe ab *εὐκλῆς, έας*, vnde *ε* in *ει* mutari potuit.

ἐφικέσθαι Ven.

282. *ῥέξαντας μέγα ἔργον, ὅ κεν Τρώεσσι μελήσει* ⊱ „quod *καὶ* abundat" Sch. A. Legerant igitur *καὶ* pro *κεν*, nec male id ipſum. Verum *κεν* futuris adiectum, vt ſubiunctiuum redhibeat, in Homericis obuium eſt. *κε* Cant. et Mori. ſi modo codicibus aliquid in hoc *ν* tribui poſſet.

μέγα ἔργον de Hectore caeſo acceperunt multi. E Schol. br. conſtat, Ariſtarchum huius ſubtilitatis auctorem fuiſſe. Tam definite poeta loquutus non eſt.

284. *κέκλυθι νῦν καὶ ἐμεῖο*. Gregor. de Dial. p. 203 *κέκλυθι δὴ καὶ ἐ.* tum *ἐμοῖο* vitioſe etiam h. l. Mori. cum aliis.

285. *σπεῖό μοι, ὡς ὅτε πατρὶ ἅμ' ἕσπεο Τυδέϊ δίῳ.* In illis: *πατρὶ ἅμ'* occurrit hiatus insolens prorsus in Homero. quem tamen iam vidimus Γ, 376. Suspicari possis, hunc de Tydeo locum cum altero Δ, 376 sqq. a seriore rhapsodo esse insertum. Verum hoc vnde firmari possit aduersus negantem, haud video. Redit forte res ad excusationem e caesura petitam. Bentleium video inseruisse *γ'*. *πατρί γ' ἅμ'*. Sic saltem coniiciam *πατρὶ σύ γ' ἕσπεο.*

σπεῖο. πορεύου. ἐπακολούθησον. Apollon. l. c. *Τυδεῖ* Townl.

286. *ἐς Θήβας, ὅτε τε πρὸ Ἀχαιῶν ἄγγελος ᾔει.* ξ- „quod *πρὸ* nunc est pro *ὑπέρ*" poterat tamen nec minus esse *προῄει.* siue vt iungas cum *Ἀχαιῶν* seu *ἄγγελος Ἀχαιῶν.* quod etiam Eustath. sequitur. Monet porro Sch. A. „*ἐς Θήβας* posse iungi et cum *ἕσπεο,* et cum seqq. *ἐς Θήβας ὁπότε.*" sed praestat prius.

Verum in *πρὸ Ἀχαιῶν* haereo, etiam propter hiatum. Barnes: „*γρ. παρ' Ἀχαιῶν*" pro coniectura scilicet, non ex libro. Bentl. *πρὸς* reponit, quod locum *τοῦ παρὰ* sustinet Od. Θ, 29 *ξεῖνος ἵκετ' — ἐμὸν δῶ ἠὲ πρὸς ἠοίων.*

τε post *ὅτε,* otiosum sane, abest a Lips. ed. Flor.

288. *αὐτὰρ ὁ μειλίχιον.* respicit versum Apollon. Lex. h. v. *μειλίχιον. προσηνὴς ἢ προσηνῆ.*

289. *ἀτὰρ ἂψ ἀπιών. ἀνερχόμενος. ἐπιστρέφων.* Sch. br. De eadem re sup. Δ, 392 legebamus *ἂψ οἱ ἀνερχομένῳ.*

290. *σὺν σοὶ, δῖα θεὰ, ὅτε οἱ πρόφρασσα παρέστης.* Laborant grammatici in *πρόφρασσα.* Monet Schol. A. non esse adiectiuum femininum, sed vocem per se subsistentem *ἀπὸ τοῦ προιέναι, καὶ προθυμεῖσθαι,* ex *προίω, πρῶ, φρῶ, πρόφρασσα.* Protulerat idem Scholion e Cod. Westen. Valkenarius ad Phoeniss. p. 643. Auctor proditur Orion *ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν* qui eadem ex Philoxeno *περὶ μονοσυλλάβων* transscripserat. Similia habet Etymologus noster, qui addit: *σημαίνει δὲ τὸ, προδιανο-*

ηθεῖσα πρὶν ἐκεῖνον προςκαλέσασθαι. αὐτεπάγγελτος, ἢ πρόθυμος. Apud Hefych. πρόφασσα (fcrib. πρόφρασσα) redditur πρόθυμος. εὐνοοῦσα. διανοουμένη. fcrib. προδιανοουμένη.

Docta forte haec, nugis tamen propiora. Si ab ἀποφράζω fieri potuit ἀποφρὰς, quid ni, etfi mutato accentu, ex προφράζομαι prouideo, πρόφρας, πρόφρασσα prouida. πρόφρων. Videtur ita fenfiffe Euftath. πρόφρασσα, τουτέστι, προμηθὴς, τὰ ὑπὲρ ἐκείνου φραζομένη καὶ ἐθέλουσα. conuenit alius grammaticus in Schol. br. Vox repetitis vicibus occurrit inf. Φ, 500 et Od. E, 161. K, 386. N, 391.

πρόφρασα fcribitur in Townl. Vrat. c. al. et edd. ante Turnebum, qui emendauit ex ed. Rom.

Pro ὅτε οἱ, Etymologus ὅτι οἱ fcribit in πρόφρασσα. Sed ὅτε eft ἐπειδὴ, quandoquidem.

291. ὣς νῦν μοι ἐθέλουσα παρίστασο, καί με φύλασσε, Schol. A. legerat παρίσταο, monetque effe eam lectionem Ariftarcheam, ficque plures legere, Zenodotum autem etiam παρίσταο καὶ πορὲ κῦδος. Eft vtique Ionicum, nec tamen in eam, quam manu terimus, recenfionem admiffum nec hic nec aliis locis.

Verfum in fuam rem vertit Themift. Or. XI. p. 148. Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασο καί με φύλασσε.

292. σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω. Vrat. b. σοὶ δ' ἄρ' ἐγώ. Verum pronuntiatum fuit, et ex feriorum vfu fcribi debuit σοὶ δ' αὖ 'γὼ ῥ.

βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον. Difertum eft ad h. l. Scholion Ven. A. Ptolemaeus Oroandae f. fcribebat ἦνιν. At Tyrannio ἥνιν, forte propter vltimam productam; malim appofuiffet cauffam, quae vltimam produxerit. De notatu vocis ἦνις, annuus, v. ad Z, (VI) 94.

293. ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. ἀδμήτην, ἄζυγον, ipfe poeta definiit per adiecta: de quo eius more nota eft Porphyrii ad Z, 201. Apollon. Lex. h. v. ἀδάμαστον reddit, verfu adfcripto.

τὴν οὔπω Cant.

294. χρυσὸν κέρασι περιχεύας. Cant. Vindob. Alt. Townl. περιχεύσας. Hesych. περιχεύας χρυσῷ. περιπάσας χρυσίῳ. a πάσσω.

298. ἀμφόνον, ἀννέκυας, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. ⟝ (deb. esse ※) „quod hemistichium hinc traductum ad ludos funebres Patrocli Ψ, 806 (Legitur et inf. K, 469) — Dictum autem δι' ἔντεα pro δι' ἐντέων καὶ αἵματος — ad hunc vsum τοῦ διὰ c. quarto casu docendum vtuntur versu et alii, vt Schol. Eurip. Phoen. 1292 διὰ σάρκα. minus commode Schol. ad Or. 464 φιλήματ' ἐξέπλησε, pro διὰ φιλημάτων. tum aduersus Istrum aliter sententientem ex h. l. firmatur: non nisi vnam mortuorum sepulturam, τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, fuisse: (scil. quae Jl. H, 420 sq.)

ἀμφόνον pro ἀνφόνον. ἀνὰ φόνον. v. ad Θ, 441 ἀμβωμοῖσι.

ἀμφόνον ἂν νέκυας legebatur in Vrat. c. in Flor. et ἀμφόνον ἀννέκυας in Aldd. ac ceteris. At Turneb. ex Rom. intulerat ἂν φόνον ἂν νέκυας. Repetiit Barnesius ἀμφόνον ἀννέκυας. quod et codd. Ven. Vrat. A. et grammatici tuentur Sch. br. Ald. Eustath. Etymol. in ἀμφόνον. vn. Vindob. ἀνφόνον. Male Hesych. h. v. reddit περὶ τὸν φόνον, immo διὰ τοῦ φόνου vt Sch. br. Nullus tamen dubito antiquiorem scripturam αν φονον αν νεκυας fuisse; et sic in similibus quae Barnes congessit: siquidem simpliciora esse videntur antiquitati magis conuenientia.

Laudarunt, docente Eustathio, veteres versum propter viuidam rerum imaginem et compararunt eum cum nobili loco Xenophontis: in Ages. 2. f. 14. ἐπεὶ δὲ ἔληξε μάχη, παρῆν ἰδεῖν τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην etc. loco per se luculento, rhetoricae tamen artis. Praeterea obseruarunt, in castris Troianorum ignes iam defecisse videri progressis Vlysse et Diomede; quippe versus diluculum diei nocte vergente.

299. οὐδὲ μὲν οὐδὲ Τρῶας ἀγήνορας εἴασ' Ἕκτωρ ⟝ quod, etsi sub idem tempus Agamemnon et Hector spe-

culatores mittere decreuerant, (nam in media via fibi obuiam factos videbimus) poeta tamen non nifi vnum post alterum, deinceps, narrat. Hinc argutantur in feqq. interpretes, inprimis Sch. B. et Euftath. in comparatione vtrinque fpeculandum miſſorum. Hectoris oratio fatis declarat, hominem rebus fecundis nimium fidentem.

εἶασ' Ἕκτωρ, ita legitur ex emendatione Clarkii, cum vulgo, rei metricae neglectu, vbique fcriptum fit εἴασεν. Vnus eft Vrat. b. in quo εἶασ' fcriptum video. Ἐάω tamen cum verbis aliis puris in αω mediam futuri et aorifti producit: vt ille docuit ad Δ, 42. et faepe iterauit. A Bentleio res non minus erat obferuata; legebat ille εἴασχ' Ἕκτωρ ex Λ, 125. Contra Clarkii rationem monere poffis aorifium locum non habere fequente imperfecto κικλήσκετο· promifcue tamen haec poni, et res et vfus admittit v. c. X, 3. 97. 8. vel fic tamen erant modi plures conftituendi verfum: οὐδὲ μὲν οὐδὲ Τρῶας ἔασεν ἀγήνορας Ἕκτωρ. vel ἔασκεν.

302. πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν. apud Apollon. eft ἀρτύνετο. παρεσκευάζετο. cf. fup. ad B, 55.

304. δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ. Barnes intulerat ἔπι. fequitur tamen epitheton.

μισθὸς δέ οἱ ἄρκιος ἔσται. vt Hefiod. Ἔργ. 370 μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω. quod Pitthei Athen. dictum fuiffe narratur a Plutarcho in Thefeo p. 2.

305. δώσω γὰρ δίφρον τε δύω τ' ἐριαύχενας ἵππους. Schol. A. μεγαλοτραχήλους. πολιούς. alterum corruptum. In Schol. br. eft μ. στολίους. In Hefych. et Euftath. funt γαῦροι. In Apollon. funt tantum μεγαλαύχενες et in Etymol. μεγαλοτράχηλοι. Redit notio ad alterum, ὑψαύχην. Pollux II, 136. οἱ δὲ ἐριαύχενες, σφόδρα ποιητικόν.

306. οἵ κεν ἀριστεύωσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν. „Ariftarchus legerat οἵ κεν ἄριστοι ἔωσι.“ quod et Euftath. pro var. lect. memorat, et exhibet cod. Barocc. cum gl. οἱ μὲν, ἀριστεύσωσι, et Mori. cum vno Vindob. in altero ἔασι. „Zenodotus: αὐτοὺς, οἳ φορέουσιν ἀμύμονα Πη-

λείωνα." vltima iterantur mox vſ. 322. 3. „Ariſtophanes καλοὺς, οἵ Φορέουσιν ἀμύμονα Πηλείωνα. Quae antiquior ac verior ſit lectio, nemo affirmauerit; nec tamen refert. De Achillis equis locum accipiunt, etiam Schol. A. et br. Dolon quoque ſic inf. 391. Nihil ſane iis erat nobilius: B, 770. et inf. inpr. Π, 148 ſq. T, 392 ſq. Secundo ab iis loco inſignes erant equi Admeti et Eumeli B, 763.

311. οὐδ' ἐθέλουσιν. Cant. οὐδὲ θέλουσιν perperam, vt alibi, v. c. 398.

312. καμάτῳ ἀδδηκότες αἰνῷ. Sch. br. τεταλαιπωρηκότες. ἢ ἀηδῶς διακείμενοι, Φυλάσσοντες. ἀδηκότες et h. l. Ven. Lipſ. Townl. Vrat. b. vide ſup. ad vſ. 98.

314. ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι. Argutantur Sch. A. B. in Dolonis forma et moribus, nec cogitant, nil niſi ingenii poetici inuenta haec eſſe; ſcilicet vt ad certam hominis ſpeciem animis exhibendam haec vim habeant. Turpe enim eſt poetae, infinite loqui.

315. Dolon πολύχρυσος, πολύχαλκος. Acute Bentl. coni. πολυχρύσου πολυχάλκου, ſcil. Εὐμήδεος. melius vtique de patre dictum erit, qui adhuc ſuperſtes erat; et inf. 380 pater eſt daturus ἄποινα.

316. ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης. Sch. br. ἀηδὴς ἦν τῷ προςώπῳ Euſtath. (f. ἀειδὴς, δυςειδής.) δύςμορφος. αἰσχρός. Deformitas corporis vix momentum habebat ad rem; accipiam potius de homine imbelli, exigui corporis, tenui: dignitatis tamen et roboris defectum compenſabat pedum celeritas. Videntur ſenſum neſcio quem moleſtum h. l. habuiſſe Sophiſtae, alieno tamen loco nodum in ſcirpo quaeſiiſſe; nam Ariſtot. Poet. 25. vbi ait ſoluenda eſſe nonnulla λέξει, ſeu gloſſa, dictione inſolita ac peregrina, addit: καὶ τὸν Δόλωνα· εἶδος μὲν ἔην κακός. οὐ τὸ σῶμα ἀσύμμετρον, ἀλλὰ τὸ πρόςωπον αἰσχρόν. τὸ γὰρ εὐειδὲς οἱ Κρῆτες εὐπρόςωπον καλοῦσι. De poſtremis his dubito an ab Ariſtotele ſint? quorſum enim Cretica dialectus arceſſenda erat, in re e communi vſu nota: εἶδος et faciem, os, vultum,

declarare, nec modo totam corporis speciem, habitum et adspectum? Enimuero ipsa interpretatio Sophistarum rationem nullam habet: cur enim Dolon ore potius quam corpore esse debuit probandus vel improbandus? In cane quidem Vlyssis P, 306. 7. alterutrum probari poterat; *καλὸς μὲν δέμας ἐστὶν*, at non constabat, *εἰ δὴ καὶ ταχὺς ἔσκε θέειν ἐπὶ εἴδεϊ τῷδε.* In milite aut robur aut celeritas censetur. haec adfuit Doloni. Etsi virtutem quoque Doloni tribuere haud dubitauit Virgilius; nam appellat eum virum fortem Aen. XII, 347. 348.

ποδώκυς Barocc. Mori. Cant.

317. *αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἔην μετὰ πέντε κασιγνήτῃσι.* ⊱ „quod Zenodotus scripserat *κασιγνήτοισι.* quod absurdum est, quomodo enim inter quinque fratres poterat esse solus?

318. *καὶ Ἕκτορι εἶπε παραστάς. καὶ Ἕκτορι μῦθον ἔειπεν* Cant. Barocc. Mori. Harl. Ven. Townl. Vrat. b. In Flor. erat *καὶ Ἕκτωρ μῦθον εἶπε παραστὰς*, quod vitium foedum Ald. 1. et Iunt. 1. retinuere, sustulit Ald. 2.

321. *ἀλλ' ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον.* „*τὸ σκῆπτρον. ἀντὶ τοῦ· τοῦτο τὸ σκ.* nam gerebat hastam Hector concilio quippe conuocato." Ven. A.

„*ἀνάσχεο διὰ τοῦ ō* Aristarcheae" an alii *ἀνάσχευ*? „*γρ. ἀλλ' ἄγ' ἐμοί.*" Barnes.

322. *ἦ μὲν τοὺς ἵππους τε.* ⊱ „quod *τοὺς* pro *τούτους* est" Ven. A. vt 321 *τὸ σκ.* et Scholion ap. Suidam in *τοὺς ἀντὶ τούτους.* ex h. l. facile emendandum. „*γρ. ἦ μὴν*" Barn. *ἦ μὲν* esse idem quod *ἦ μὴν* b. *ἦ δὴ*, manifestum fit. In Cant. erat scriptum: *ἦ μὲν δὴ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ἅρματα.*

323. *οἳ φορέουσιν ἀμύμονα Πηλείωνα.* „*γρ. καὶ ποδώκεα καὶ ἀμύμονα*" Sch. Ven. A.

324. *οὐδ' ἀπὸ δόξης.* „*ἤτοι, οὐδ' ὡς δοκεῖν μόνον, ἀλλ' ἀληθῶς.* (quod a re et vsu alienum est) *ἢ, οὐδὲ παρὰ τὴν δόξαν, ἣν περὶ ἐμοῦ ἔχεις.*" Ven. A. Idem: „*ἄλλως. οὐκ ἀπὸ δοκήσεως καὶ εἰκασμοῦ.* (quod et Sch. br. et Etymol. habent: vtrumque Sch. B.) *καὶ οὕτως ἀεὶ*

κέχρηται τῇ λέξει· (quod vltimum eo ſpectat, quod δόξα apud Homerum nusquam eſt gloria: ſed, bis tantum obuium, hic et Od. Λ, 343 οὐ μὰν ὔμμιν ἀπὸ σκοποῦ οὐδ' ἀπὸ δόξης μυθεῖται βασίλεια, eſt δόκησις. ὑπόληψις.) Mirum eſt, dictum hoc antiquis tam memorabile viſum, vt omnes fere grammatici notauerint: primo loco Apollon. Lex. p. 152. ἀπὸ δόξης. ἀπὸ δοξασμοῦ, et p. 231. δόξης, δοκήσεως. Heſych. ἀπὸ δόξης. ἀπὸ δοξασμοῦ, ἀπὸ ὑπονοίας. Euſtath. οὐ πόῤῥω τῆς ἐμοῦ ὑπολήψεως. Rem ſic tenebis: dicitur aliquid eſſe κατὰ δόξαν, h. e. ita comparatum, vt expectationi noſtrae ſeu opinioni reſpondeat; contrarium eſt ἀπὸ δόξης, quod non reſpondet. Similiter aliquid dicitur κατὰ θυμὸν eſſe et ἀπὸ θυμοῦ, vnde et καταθύμιον vel ἀποθύμιον, gratum vel ingratum.

ἄπο δόξης editum erat inde a Flor. et Aldd. legitur quoque in Etymol. ex miro grammaticorum acumine. ἀπὸ ſeruant ceteri, in his Apollon. Lex. ſicque etiam ed. Rom. Turn. et quod mireris, ita editum in Od. Λ, 373. verum ſcriptura in Odyſſ. edd. paſſim variat ſi cum Iliade compares.

οὐδ' ἐγὼ οὐχ ἅλιος recitat Apollon. p. 231. At vulgatam vides p. 606 in σκοπός. ἐπὶ μὲν τοῦ κατασκόπου. Add. Heſych. To. II. p. 1217 vbi vox σκοπὸς excidit.

Notatum porro ex antiquis ap. Euſtath. p. 809, 4. Herodorum ſcripſiſſe οὐχ' ἅλιον additque plura de hac ſubtilitate; de qua verbo monebo. Antiqua negationis formula erat οὐκὶ et οὐχὶ, vnde abiecto iota factum οὐκ' et οὐχ'. hoc alterum multi retinuere, etiam h. l.

325. τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι. Laudat locum Plutarch. de aud. poet. p. 29 E. reſpectu modeſtiae Diomedis et temeritatis Dolonis in promittendo. Eadem in grammaticis occurrunt.

ὄφρ' ἂν ἵκωμαι. non ἱκοίμην. v. Exc. III, ad lib. Δ.

326. νῆ' Ἀγαμεμνονέην ⸗ ſine Scholio, quod monuit forte, quod μέλλουσι eſt pro εἰώθασι.

328. ὁ δ' ἐν χερσὶ σκῆπτρον λάβε. In edd. vtriusque ſtirpis erat βάλε, quod et Vindob. Alt. habet. Bar-

nes intulit λάβε ex Cantabr. cui addes Harl. Vrat. b. Ven. A. Schol. A. iterum eiecit Clarke, neuter rationibus idoneis, repetiit Wolf. Sane ἐμβάλλειν τι χειρὶ et χερσὶν Homericum eſt; ſed manibus alterius, vt H, 188. Ξ, 218. Od. B, 37. Altera ex parte λαβεῖν χειρὶ dicitur, non ἐν χειρὶ, ſed vſus fert ἔχειν ἐν χειρί. Recte haec. Eſt tamen locus alter O, 229 ἀλλὰ σύ γ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα, et 310 τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων. Vnde apparet promiſcue haec dicta eſſe.

329. ἴστω. μαρτυρείτω. vidimus iam ſup. H. (VII) 411. teſtis eſto, me hoc tibi promiſiſſe.

330. μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν. ⟜ „quod τοῖς iterum eſt τούτοις." Miror hoc demum libro rem tam diligenter moneri.

331. ἀλλά σε φημὶ διαμπερὲς ἀγλαϊεῖσθαι. Reſpicit verſum Etymol. h. v. cui eſt τὸ καλλωπίσεσθαι, vt in Suida καλλωπίσασθαι eſt refingendum. Heſych. λαμπρύνεσθαι. καλλωπίζεσθαι.

332. καί ῥ ἐπίορκον ἀπώμοσεν. Venetus ἐπώμοσεν, Sch. A. ⟜ „οὕτως, διὰ του ε, ἐπώμοσεν, αἱ Ἀριστάρχου. et Excerptum Schol. Victor. γράφουσί τινες, ἐπώμοσεν, ἀστείως ποιοῦντες. At Ven. B. ἀπώμοσεν. et Sch. B. „γρ. καί ῥ' ἐπεὶ ὤμοσεν." Lectio haec tertia eſſe debuit: καί ῥ' ἐπεὶ ὅρκον ἀπώμοσε. quod et in Cant. erat et in Townl. Deteriorem lectionem amplexus erat Ariſtarchus. Nam ſollenne eſt Homero in iureiurando apponere hoc, totam iurisiurandi formulam rite eſſe pronuntiatam: αὐτὰρ ἐπεὶ ὄμοσέ τε τελεύτησέ τε τὸν ὅρκον ſaepius repetuntur, vt Ξ, 280 et in Odyſſ. B, 378 etc. Atqui hoc eſt ἀπομόσαι. vide Od. O, 436. 437. non quod ſequiores habent, pro ἀπαρνεῖσθαι, iurare quod non. etſi ſubſtituere hoc per contextum forte liceat, v. c. Od. K, 345. (at ſubiicitur: ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον.) 381. M, 303. Vim τοῦ ἀπὸ neglexit Schol. br. ἐπίορκον ἀπώμοσεν. ἐπιώρκησε. Ceterum ἀπώμοσε in vulgatam abiit lectionem; etiam Euſtath. qui tamen alterum norat et cum κατένευσε 393 comparat. ἐπώμοσεν eſt in Moſc. 3.

Porro *ἐπίορκον* Sch. A. assumit *ὅρκον*. Quidni *τὸ ἐπίορκον* pro aduerbio *ψευδῶς*. *ἐπὶ ὅρκον* Vrat. b. quod defendi potest.

333. *ἀμφ' ὤμοισιν ἐβάλλετο* vn. Vindob. *ὤμοιϊν*.

334. *ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο*. Ex Schol. A. non satis integris, Sch. br. multo magis luxatis, et ex Etymol. apparet olim lectum quoque fuisse *πελίοιο*, vt color lupinae pellis *rauus*, *cinericius*, conueniret; ita Peliam aiunt dictum, quia equae vngula percussus *ἐπελιώθη*, *liuorem* cutis contraxerat. Aristophanes *τεφρώδους* h. l. explicuerat, aiebat enim *μὴ εἶναι λευκὸν λύκον*. Scilicet *πολιοῖο* h. l. per *λευκοῖο* reddiderunt alii in eodem Sch. A. Hesych. Quod in Etymol. defenditur, quia pilorum color in lupo est varius. *λευκανθίζοντα* et *ὑπόλευκον*, qui non longe absit a nigro, reddit Eust. qui plura sine iudicio cumulat. Fuere quoque qui *πολιοῖο* per *τιμίου* exponerent; an a senectutis honore? Etymologo consentanea legas in Schol. Apollonii II, 124 cui et ipsi *πολιοὶ λύκοι* dicti sunt; patetque hinc Philostephanum *ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν* iis praeiisse. — Ceterum inepta hinc ducta commenta auctoris Rhesi vide 207 sq.

ἔκτοσθι vn. Vindob.

335. *κρατὶ δ' ἐπὶ κτιδέην κυνέην*. ⊱ „quod ambiguum est, sitne *ἐπὶ κτιδέην* an *ἐπ' ἰκτιδέην*. Atqui res constituitur statim ex v. 458 *τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κτιδέην*.“ *ἐπ' ἰκτιδέην* est in Cant. Lips. Harl. Vrat. A. Etiam verum est, esse proprie *ἰκτὶς*, *ἰκτίδος*. vel *ἴκτις*, vt apud Nicandrum est“ (Ther. 196. p. 15 vbi ichneumonis species est *οἷον ἀμυδρῆς Ἴκτιδος, ἥτ' ὄρνισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον μαίεται ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων*. — Vbi Schol. *ἴκτις δὲ, ἡ λεγομένη ἀγρία γαλῆ. καὶ Ὅμηρος. κρατὶ δ' ἐπικτιδέην. ὡς ἀπὸ τῆς ἴκτιδος, τοῦ ζώου. ζῶον γαλῇ παραπλήσιον* est in Suida.) Apud Apollon. Lex. p. 421. pugnatur pro *κτιδέη* a *κτὶς*, ita tamen vt appareat, vnum idemque nomen esse seu *κτὶς* seu *ἴκτις* pronuntietur. Ex eo deriuata sunt quae habent Hesych. Suid. Sch. br. et copiosius Eustath. Similia iis quae Ven. A. habet sunt in Sch. br. Excerpi-

tur quoque in vtrisque Aristotelis locus: H. A. IX, 6 extr. ἡ δὲ ἴκτις ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος ἡλίκον Μελιταῖον κυνίδιον τῶν μικρῶν τὴν δὲ δασύτητα καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω, καὶ τοῦ ἤθους τὴν κακουργίαν ὅμοιον γαλῇ. καὶ τιθασσὸν γίνεται σφόδρα. τὰ δὲ σμήνη κακουργεῖ. τῷ γὰρ μέλιτι χαίρει. ἔστι δὲ ὀρνιθοφάγον, ὥςπερ οἱ αἴλουροι. τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῖς ἔστι μὲν ὀστοῦν. *Viuerram* interpretantur recentiores dissentientibus aliis ipsoque Buffon et Camus: nostrum *Iltis* in eo agnosci putant.

Notabile quoque grammaticis visum, quod κυνέη h. l. improprie dicta quod iam sup. 257. 8. videramus. v. Apollon. Lex. h. v. p. 424.

336. προτὶ νῆας. variat ποτὶ et h. l. et inf. 347. 348. v. ad A, 245 ἐπὶ νῆας Vrat. c. et Venetus.

337. μῦθον ἀποίσειν. Mosc. 3. ἀποτίσειν incuria librarii.

338. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν κάλλιφ' ὅμιλον. ⊱ „quod ὅμιλος alias in Jliade de *pugna* et conflictu dicitur; in Odyssea de *multitudine* et coetu; vt nunc hoc quoque loco." Sch. A.

339. τὸν δὲ φράσατο προςιόντα. τὸν δ' ἐφράσατο Harlei. et, Φράζω — τὸ θεᾶσθαι καὶ βλέπειν. ὡς τὸ τὸν δ' ἐφράσατο προςιόντα. Etymol.

341. Οὗτός τοι, Διόμηδες, ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ. „Οὗτός τις Δ. Aristarchus, consentientibus pluribus." Sch. A. Elegans lectio, si vera est, nec mutata ad Atticorum morem.

342. ἐπίσκοπος. pro σκοπός. Et poterat esse νήεσσιν ἔπι σκοπὸς ᾖ. v. ad 38.

343. ἤ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων. ⋇ quod versus hic recte positus est; minus bene infra 387.

Aristarchus τεθνηώτων. vt solebat: v. Z, 71 sicque Lips. a pr. m. Vrat. b. a m. sec. Vindob.

344. ἀλλ' ἐῶμεν. Vna syllaba efferendum εω. παρεξ ἐλθεῖν alii. Nil interest h. l. *praetergredi*.

344. 5. adſcripſit Schol. Ariſtoph. Acharn. 238. vbi male ἀλλὰ δὲ κατ' αὐτὸν — debebat ſaltem ἔπειτα κατ' αὐτόν.

346. καρπαλίμως. εἰ δ' ἄμμι παραφθαίησι πόδεσσι. Ven. A. obſeruat, vt hic legitur, verſum legi prope in omnibus. „Quid igitur lectum in aliis? Fuit puto varietas in παραφθαίη. forte παραφθήῃ. vt v. c. Π, 861 φθήῃ et φθαίη variat. cf. ad E, 598. At regnat παραφθαίη. Sch. br. παραδράμοι. φθάσοι τῇ ταχύτητι τῶν ποδῶν. f. φθάσειε. Inf. X, 197 τοσσάκι μὶν προπάροιθεν ἀποστρέψασκε παραφθὰς πρὸς πεδίον γε Achilles Hectorem. adde Ψ, 515. Inf. 368 φθαίη. ſcilicet a φθῆμι. vt σταίην. Male edd. παραφθαίησι cum iota ſubſcripto. παραφθάνησι vn. Vindob. indocte.

347. αἰεί μιν προτὶ νῆας ἀπὸ στρατόφι προτιειλεῖν. ⸓ quod infinito (προτιειλεῖν) pro imperante vtitur. ἐπὶ νῆας Ariſtarchus. προτιειλεῖν Heſych. ἐγκλίνειν proprie lat. *aduoluere*. Sch. br. συνελαύνειν. συνδιώκειν.

ἀποστρατόφιν Vrat. c.

348. προτὶ ἄστυ ἀλύξῃ. Notauit Bentl. alterum hiatum, ſcripſitque ϝάστυ. de altero nil monuit. Scilicet υ non eliditur. Nec habet digamma locum, v. c. θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξαι, et ἣν οὐ πώποτ' ἀκήριοι ἄνδρες ἄλυξαν. Vitat tamen poeta talem concurſum duarum vocalium. Scriptum fuiſſe probabile ſit προτὶ ἄστυδ' ἀλύξῃ.

349. ὣς ἄρα φωνήσαντε, παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην. Offendit dualis, in φωνήσαντε, cum vnus Vlyſſes eſſet loquutus. (⸓) Ariſtophanea et aliae editiones habebant: ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης. ἐλθόντες δ' ἑκάτερθε παρὲξ ὁδοῦ ἐν ν. (an vtrinque, ab vtraque viae parte? hinc Diomedes, illinc Vlyſſes?) Noſtra lectio eſt ab Ariſtarcho illata, (nec tamen conſtat, librisne an critico acumine) „Nec inſolens eſt, φωνήσαντε dici, et Diomedi nunc eadem tribui, quae Vlyſſes ſolus antea pronuntiauerat. Simile exemplum ἐν τῇ παραποταμίᾳ μάχῃ in verbis Neptuni: Φ, 287. 298. vbi

cum is solus verba fecisset, sequitur: *τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε*, Pallade assumta."

351. *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην, ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται ἡμιόνων* &c. „*οὐδὲ ἐνθάδε ἀναστρεπτέον. μεταξὺ γὰρ πάλιν σύνδεσμος ἐφ' ὅρια.*" Scholion A. vix satis integrum. Iungine voluit *ἐπὶ τὰ οὖρα*? Videtur tamen manifestum esse, iungi *ὅσον ἔπι*, pro *ἐφ' ὅσον*. Mox duplex ratio confunditur in Schol. A. dum alii *οὖρα τὰ ὅρια καὶ πέρατα τῆς αὔλακος* esse voluere; alii *τὸ ὅρμημα*. (quod et Hesych. habet, cum Schol. ad Homeri loca et Eustath. *ἀπὸ τοῦ ὄρω.*) Apponitur a Ven. B. tanquam interpretatio: cum tantum abesset Dolon, *quantum mula arare potest*, hoc est, *plethrum*: *ὅσον ἀροτριῶσαι ἡ ἡμίονος καὶ ὑπογράφειν δύναται. ὅ ἐστι πλέθρον.* ita illa *αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν* ornatus tantum gratia adiecta esse censendum est. At vero subiectum in Ven. B. Porphyrii Scholion docet, Aristarchum exposuisse de binis iugis arantibus, altero boum, altero mularum: quantum spatium mulae, tanquam fortiores, anteuertant (sub finem sulci? sic puto, *ἐν ἐπιστροφῇ*) boues." Ita statuendum est poetam breuitatis studio id, quod maxime ad rem spectat, omisisse, *ἡμιόνων*, mularum, *quae binis sulcis parallelis agrum secant, vno tempore.*

Porro in Ven. B. et Sch. br. fuit *ἐπίουρα* quod et edd. exhibebant et quidem, quas vidi omnes, ipsa Romana. Sane ad *ὅσον* saepe *ἐπὶ* abest; interdum et adiungitur; v. c. Od. E, 249. 251 *Ὅσσον τίς τ' ἔδαφος — τόσσον ἔπ'*. N, 114 *ὅσον ἔπι ἥμισυ πάσης*. cf. sup. Γ, 12. At *ἔπι οὖρα* vel *ἐπὶ οὖρα* olim obtinuisse videtur. Alterum hoc Ven. A. tueri vidimus; item Eustath. etsi etiam alterum *ἐπίουρα* norat. Scribitur quoque in Ven. in *οὖρα, ἐπίουρα* in hoc versu laudato; sed ex loco ipso apparet eum *ἔπι οὖρα* legisse. Est quoque in Hesych. *ἐπίουρα, ὅρια*; vt legendum esse apparet; at idem habet *οὖρα.* nec dubitaui hoc verius esse, locis ceteris Homericis comparatis.

Videmus plura in his occurrere de quibus controvertitur: ſitne *ἐπίουρα* vna voce ſcribendum, an ſeu *ἔπι* ſeu *ἐπὶ οὖρα*. tum de etymo, et ſignificatu, ſitne *οὖρον* *ὅρμημα*; an ſit ab *ὅρος terminus*, *τὸ διάστημα*. tertio quid ſit h. l. *τὰ οὖρα ἡμιόνων*. Nihil ex his eſt, quod pronuntiare poſſis ex tripode.

Quod ad prius attinet, occurrunt *οὖρα* duobus aliis locis Ψ, 431 et Od. Θ, 124. In priore eſt *ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα πέλονται — τόσσον ἐπιδραμέτην. quantus diſci iactus eſt*, 523 ſunt *δίσκουρα* eodem ſenſu. Alter locus ſimilior noſtro eſt de curriculo apud Phaeaces: *ὅσσον δ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν, τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἵκεθ', οἱ δ' ἐλίποντο.* Solent eum ex noſtro, tanquam pleniore illuſtrare et Ariſtarcheam interpretationem aſciſcere.

Iam ſi iudicium ferendum eſt, Ariſtarchea interpretatio de binis iugis duo diuerſos ſulcos iuxta arantibus et argutior videri poteſt, et difficultas ſuboritur, ſitne tantum interuallum inter duo iuga, duo ſulcos vno tractu arantia, quantum h. l. requiritur fuiſſe, quandoquidem mox ſubiicitur: cum accurrendo *non amplius* abeſſent *quam circiter haſtae iactu.* Igitur antea multo longius abfuerunt. Doceant me hoc ii qui arationis peritiores me ſunt; ſed doceant humaniter non tanquam bubulci flagris inflictis. Conuenit ſane locus Odyſſeae, vbi de eo, qui curſu alterum praeuertit, agitur: quod non niſi modico interuallo fieri potuit. Pronuntiare tamen, quid Homerus praetulerit, temerarium eſſet. Praeferam equidem *ὅσον τ' ἔπι οὖρα πέλονται*, pro *ἐφ' ὅσον πέλονται τὰ οὖρα τὸ ὅρμημα, ἡμιόνων*, ſenſu hoc: cum iugeri fere, quale muli arant, menſuram, ſeu ſpatium et tractum, abeſſet. Similis erat disputatio in *ἦρα* et *ἐπίηρα* ad A, 572.

352. 353. recitat Schol. Sophocl. Antig. 348. vbi aratio ſit *ἱππείῳ γένει πολεύων*, quod ille ad mulos reuocare vult. Certe mulis araſſe veteres ſatis conſtat. Vtitur verſu quoque Artemid. II, 12 p. 97.

353. ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον. ⊱ „quod deest διὰ νειοῖο." Sch. A. Accipiunt ea quoque νειὸς ex etymo de agro nouali, seu nunc prima vice, seu, vt Σ, 541 recens arato. Accipiam omnino pro agro quocunque.

πηκτὸν ἄροτρον, τὸ τὸν γύην προςπεπηγότα ἔχον. opponitur τὸ αὐτόγυον, (quae antiquissima forma fuit) ex Hesiodo." Sch. A. B. laudatur Hesiod. Ἔργ. 433 δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατὰ οἶκον, αὐτογυὸν καὶ πηκτόν. Adde Hesych. in πηκτὸν ἄροτρον.

354. τὼ μὲν ἐπιδραμέτην. ⊱ „quod ἐπιδραμεῖν apponit poeta, cum Dolon ignorat se peti; quando autem id intelligit, tum dicit illos διώκειν Dolonem.

ἐπεδραμέτην quae erat in edd. lectio Aristarcho debetur. At ἐπιδραμέτην quod est Ionicum edd. eaedem exhibent aliis in locis, vt Ψ, 418. 433. 447. reuocaui ergo hunc quoque in locum, auctoribus Harlei. et Veneto. Hesych. ἐπιδραμέτην. ἐπεδίωκον, ἐπῆρχοντο.

355. 356. ἔλπετο γὰρ κατὰ θυμὸν, ἀποστρέψοντας ἑταίρους ἐκ Τρώων ἰέναι, πάλιν Ἕκτορος ὀτρύναντος. ⊱ „quod πάλιν iungendum cum ἀποστρέψοντας, vt sit, εἰς τοὐπίσω καλέσοντας" Sch. A. Ita interpunxit grammaticus post πάλιν, vt ἀποστρέψοντας πάλιν. In altero Scholio interpungere iubemur post ἐκ Τρώων, ita iungenda erunt: ἔλπετο ἑταίρους ἐκ Τρώων, ἀποστρέψοντας, Ἕκτορος ὀτρύναντος ἰέναι πάλιν. subintellexerunt, puto, ἔλπετο ἑταίρους ἐκ Τρώων ὑπάρχειν, εἶναι, ἀποστρέψοντας. Possis tamen sic participium pro infinito positum putare, ἔλπετο ἑταίρους ἐκ Τρώων ἀποστρέψειν αὐτόν. Mos tamen hic Atticis perpetuus Homero parum frequentatur. Nihil expeditius esse potest, quam ἑταίρους ἰέναι eum putasse ἀποστρέψαι πάλιν, vt eum retro a profectione vocarent. Mutaui itaque interpunctionem, quae vulgo fit, etiam in Veneto, post ἰέναι, vt inseratur post πάλιν. Nam importunum est, quocunque te vertas, Ἕκτορος ὀτρύναντος πάλιν.

ἀποστρέψαντας Vindob. Alt.

357. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄπεσαν δουρηνεκὲς, — δουρηνεκὲς, δόρατος βολήν. ἐφ' ὅσον ἐνεχθείη ἂν δόρυ. Tenendum hoc e pluribus apud Apollon. Lex. (vbi cf. Nota) Schol. Hefych. Etymol. cf. fup. ad E, 752 vbi κεντρηνεκής. Interpres fui eſt ipſe Homer. Jl. O, 358. 9 γεφύρωσεν δὲ κέλευθον μακρὴν ἠδ' εὐρεῖαν, ὅσον τ' ἔπι δουρὸς ἐρωὴ γίγνεται, ὁππότ' ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἥσει.

ἀπέην Harlei. forte ex 351.

358. λαιψηρὰ δὲ γούνατ' ἐνώμα. Barocc. λαιψηρά τε. αἰψηρὰ δὲ Apollon. in αἶψα p. 68. ἐνώμα, ἐκίνει v. ad Γ, 218.

359. τοὶ δ' αἶψα διώκειν ὡρμήθησαν. ℥ „quod nunc διώκειν proprie ponitur: inſequi alterum fugientem (v. ad 354) „Scribitur quoque τοὶ δ' ὦκα, et ὁρμήθησαν (vt eſt leg.) Ἰακῶς.

τὸν δ' αἶψα Vindob. Alt.

360. ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε εἰδότε θήρης. καρχαρόδοντε reſtituendum Apollonio Lex. pro καρχοροδόντες. De voce v. Etymol. Recte Schol. br. τραχεῖς. κάρχαρον γὰρ τὸ τραχύ. καρχαρέος mutatum in καρχαλέος inf. Ψ, 541. a καρχαίρω.

κυνε ϝειδοτε. Male Barnes edidit κύνες.

361. ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον. ℥ „quod ἐπείγετον et vſ. ſeq. προθέῃ iunguntur, et prius illud eſt pro ἐπείγωσι (ἐπείγητον) Schol. A. At Apollon. p. 274. ἐπείγετον, δυϊκῶς, ἐπείγουσι καὶ κατασπουδάζουσι. διώκουσι.

κεμὰς, Sch. B. ceruus dormiens, ἐκ τοῦ κέω, τὸ κοιμῶμαι. Apollonius autem Lex. κεμάς. τῶν ἅπαξ εἰρημένων. οἱ μὲν ἐλάφου γένος. οἱ δὲ, δορκάδος. Similia Hefych. Diſertior eſt Etymol. h. v. cum Schol. Apollon. IV, 12. 13.

362. ὁ δέ τε προθέῃσι μεμηκώς. Sch. A. obſeruat, in Ariſtarcheis τε non eſſe. quid tum? ergo exciderat librarii vitio: aut ne iſti quidem verſum metiri norant.

προθέῃσι vbique ſcriptum video; poſt ἐπείγετον tamen minus accurate poſitum putes; antiquiore tamen more, et ex grammatica minus elaborata. Potuit tamen,

quod grammatici non viderunt, fuiſſe *προθέησι*, ſine iota, ex *προθέημι*, pro *προθέω*.

μεμηκώς. Flor. ed. cum Moſc. 3. Vrat. c. vitioſe *μεμηλώς*. Mori. *μεμυκώς*. *μεμαὼς* vel *μεμυκὼς* Harlei. At Heſych. *μεμηκώς*. *κεκραυγώς*. Multa in hac voce miſcent grammatici. Praeter *μηκάω*, fuit *μήκω*, *μέμηκα*. v. ad Δ, 435. vnde factum *μεμήκω* Od. I, 439. porro *ἔμακον*. *μακών* Π, 469.

363. *ἠδὲ πτολίπορθος* 'O. Cant. Harl. Vrat. b. A. Lipſ. et Ven. *ἠδ' ὁ πτ.* contra morem Homericum.

364. *διώκετον ἐμμενὲς αἰεί*. In Schol. A. et Sch. br. obſeruatio eſt ſubtilis: tria eſſe verba, quorum tempus praeteritum (imperfectum) in duali per *τον* efferatur: (cum deberet eſſe — *ετην*) *διώκετον* h. l. (pro *ἐδιωκέτην*) *λαφύσσετον* Jl. Σ, 583 et *τετεύχετον* N, 346 (verum de his vide ſuis locis.) Attico more hoc fieri ait Etymol. in *διώκετον*. In Homero nondum mihi rem perſuaſerunt; ſtatuere malim, eſſe vbique praeſens pro imperfecto vel aoriſto; *τετεύχετον* a noua forma *τετεύχω* ductum eſt. cf. ad Σ, 583.

368. *ἵνα μή τις — φθαίη ἐπευξάμενος βαλέειν*. Ven. A. *καυχήσεται* (f. — *ηται*) *προλαβών*. Propius ad verba Sch. br. *φθάσειεν* ſc. *ἐπευξάμενος ἑαυτὸν βαλεῖν*.

ἔλθοι Cant. Barocc. Mori. vn. Vindob. poteſt poſt *φθαίη* videri verius eſſe. At *ἵνα μὴ* cauendi et metuendi ſenſu vtroque modo dictum occurrit; et variare talia Homero ſollenne eſt v. Exc. II. ad VII, (H) p. 405.

371. *δηρὸν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἀλύξειν αἰπὺν ὄλεθρον*. *ἐμῆς ἀπὸ χ.* legitur inde a Turnebo ex ed. Rom. et Euſtath. antea erat *ὑπὸ* non modo in Flor. et Ald. 1. ſed in omnibus.

372. *ἦ ῥα καὶ ἔγχος ἀφῆκεν, ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτός*. Obſcurum eſt Scholion; fuiſſe videntur, qui legerent hunc verſum: *καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτεν· ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτός*. Vnde elicuerunt *ζήτησιν*, quam ſic ſoluebant, vt ſubintelligerent: *οὐδ' ἀφάμαρτεν ἄν*. At, ait Ven. A. ignorabant *βάλλειν* eſſe Homero pro *ἐπιτυχεῖν*.

ſicque repugnare ſibi haec. Debuit tamen eſſe ea lectio diuerſa, forte ex interpretamento nata; in ea *βάλλειν* erat vulgari modo dictum de telo eminus miſſo.

373. *εὐξόου δουρὸς ἀκωκή.* *εὔξου* Ven. et Schol. A. At Ptolemaeus *περισπᾷ* (*εὐξοῦ*) tanquam ex *εὐξόου.* Ait Schol. A. „neceſſe id non eſſe, eſſe enim *εὔξου* vt *εὔνου.* et vtrumque procedere ex *εὔνους. εὔξους.*" Eadem habet Etymol. Eſt quoque *ἐΰξου* in Cant. Vrat. b. Poteſt tamen et *ἐϋξόου* binis ſyllabis pronuntiari, vt *Θεοὶ* vna A, 18 et al.

374. *ὁ δ' ἄρ' ἔστη τάρβησέν τε.* Super etymo *τοῦ ταρβῶ* Scholion ex Herodiano Scholio B. inſertum habetur quoque in Etymol.

375. *βαμβαίνων, ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων.* ✂ *βαμβαίνων.* Eſt *τῶν ἅπαξ λεγομένων.* Varia miſcent ſuper hac voce Scholia A. B. br. Etymol. Heſych. Euſtath. et primo loco Apollon. Lex. h. v. ſcilicet ex etymo, argutando, modo ad pedum tremorem referunt (ac ſi eſſet a *βαίνω*, *βαβαίνω.*) modo ad dentes frendentes, aut linguam balbutientem: et hoc melius. Nam eſt *βαβάζειν* ex *βάζειν*, ap. Heſych. *inarticulate loqui*, *τὰ μὴ διηρθρωμένα λέγειν.* Sicque acceperunt alii poetae. Apud Bionem eſt Id. IV, 9 *βαμβαίνει μὲν γλῶσσα.* Ap. Heſych. *βαμβαλεῖν* occurrit, quod Toup. emendat *βαμβαίνειν* Emendatt. Vol. III, p. 297. At vindicatur illud Moſcho III, 7.

διὰ στόματος γένετ' ὀδόντων Lipſ. Vrat. b. editum quoque nulla cum cura metri, in omnibus ante Turnebum, qui emendauit ex ed. Rom. Sana lectio erat quoque in Schol. br. Ven. Sunt autem *ἄραβος — ὀδόντων* in medio interpoſita„ (Apollon. Lex. h. v. *ἄραβος. ὁ διὰ τῶν ὀδόντων ψόφος ποιός.*) et continuandum *βαμβαίνων, χλωρός.*

Bentl. totum verſum damnat, „nam nec alibi *βαμβαίνων*, nec *ἄραβος.*" Senſit, puto, rhapſodi fetum eſſe.

376. *χλωρὸς ὑπὸ δείους.* Ita haud dubie ſcriptum fuit, et ſi nobis conſtare volumus, vt aliis locis factum,

etiam hic reponendum hoc erat; cum enim ignoraretur ὑποδδείους pronuntiatum esse, grammatici metro succurrere voluere per suum ὑπαὶ, quod toties interferunt, quodque h. l. omnes libros insidere videtur, etiam Ven. Sch. br. Suidam. Occurrit tamen ὑπὸ δείους in Etymol. in δείους. — „γρ. δείευς" Barnes. Townl. ὑπαιδδείους. Vrat. b. ὑπ' αἰδείους. (De his v. ad O, 4) — κιχήτην volunt esse factum ex κιχησάτην. nam quid est quod non fingunt grammatici! In Homero a κίχημι, ἐκιχέτην et κιχήτην factum esse potuit. In aliis (Eustath. Schol. Lips.) et sic Vrat. b. a pr. m. scriptum erat κιχείτην, a κιχέω hocque verius: quod statim reciperem, si e nouatis lectionibus gloriolam appeterem.

377. χειρῶν δ' ἁψάσθην, ἐπελάβοντο. δακρύσας Apollon. Lex. h. v. et Hesych.

378. Ζωγρεῖτ', αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι. ⊱ „quod ἐμὲ dixit praeter morem pro ἐμαυτόν." Ven. A. Homerus saltem dixisset ἐμὲ αὐτόν. (vnde etiam acuitur: v. Apollon. p. 143, l. 21. non ἐγκλίνεται οὐδέ μ . λύσομαι, curabo, efficiam (pretio dato) vt vos me liberetis. adeoque redimam me. Quod ex Jl. A, 20 statim innotuit. — ἐγὼν grammaticis deberi pro ἐγὼ iam monui.

De πολύκμητος v. 379. v. ad Z, 48. et de ζωγρεῖν ad Z, 46. Festiuum locum ex hoc et vss. Λ, 131 sq. coagmentauit Lucian. Reuiu. 3.

380. τῶν χ' ὔμμιν Mori. Townl. Vindob. Alt. Vrat. b. et eraso altero μ.

381. εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ'. ⊱ „quod Homerus semper ponit πεπύθοιτο pro ἀκοῦσαι, et quod pro πύθοιτο." Ven. A. Dicere praestat fuisse plures formas, πεύθομαι. πύθομαι. πεπύθομαι. πυνθάνομαι.

383. θάρσει, μηδέ τι τοι θάνατος καταθύμιος ἔστω. ⊰ „quod καταθύμιος, ἐνθύμιος non ponit vt serior vsus tulit" Ven. A. scilicet non est *gratus*, vt apud scriptores, sed *in animo haerens, quod cogitatione versamus.* adeoque: ne cogita de morte. Similiter inf. P, 201 A δεῖλ', οὐδέ τι τοι θάνατος καταθύμιος ἐστιν, ὅς δή τοι

σχεδόν ἐστι. Vocem iam notauit Apollon. Lex. καταθύμιος. κατὰ ψυχήν. ἐνθύμιος. add. Sch. br. et Suidam. Ex Hefych. huc fpectat κατὰ νοῦν.

384. ἀλλ' ἄγε μοι. „γρ. ἀλλ' ἄγ' ἐμοί. Barnes. Porro vn. Vindob. „γρ. ἀγόρευσον."

385. πῇ δ' οὕτως ἐπὶ νῆας. „γρ. ποῦ δ' οὕτως." Ven. A. Alii πῇ vt Euft. et ed. Rom. v. ad Z, 377. ποῖ δ' Harlei. habet. τίφθ' οὕτως Cant.

386. νύκτα δι' ὀρφναίην. „γρ. ἀμβροσίην." Vrat. b. ὅτε εὕδουσι male intulit hiatum ed. Lipf. incuria operarum omiffo θ'.

387. ἤ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων. ⊰ ※ — tribus fignis appictis. Scilicet eiectus fuit verfus tanquam repetitus ex 343. Etiam Ariftophanes pro fpurio habuerat. At Ven. B. legerat et interpretatur.

388. διασκοπιᾶσθαι ἕκαστα. Aduerfatur verfus omni vfui et doctrinae de digammo, nam — σθαι ϝε — non poteft ferri. In promtu eft — θαι ἅπαντα; ex more Homeri, I, 442 τοὔνεκα μὲ προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα. et multi verfus in ἅπαντα fic exeunt. Contra peccatum eft Od. E, 262 καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα. Bentleius coni. διοπτεύσαντα ϝέκαστα. quae vox occurrit 451 et 562. Vitium idem occurrit P, 252. Bentleio notatum et fimili modo emendandum.

389. νῆας ἐπὶ γλαφυράς. ἦ σαυτὸν θυμὸς ἀνῆκε; νῆας ἀνὰ γλ. Vrat. b. in litura. σ' αὐτὸν fcribendum effe (cum Veneto) ex veterum canone, non σαυτὸν, recte monuit Barnes. Conf. ad Jl. A, 271. et fup. K, 204. ἀνώγει vn. Vindob.

391. πολλῇσι μ' ἄτῃσι παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ. „Ariftophanes: ἤπαφεν Ἕκτωρ" Sch. A. Ita erit: ἤπαφεν ἐμὲ σὺν πολλῇ ἄτῃ, magno cum malo meo me in fraudem induxit Hector. vt παρὲκ νόον abfolute dictum fit, vt Jl. Υ, 133 μὴ χαλέπαινε, παρὲκ νόον, h. e. ἀνοήτως. ἀγνωμόνως. Euftath. idem effe ait quod παρὲκ νόου h. e. ἐκτὸς λογισμοῦ. Certe eft idem παρὰ νοῦν, vnde παράνοια. et h. l. ἐμὲ παρανοήσαντα.

Bonam tamen habet interpretationem παρὲκ νόον ἤγαγεν, a mente ſana, a prudenti conſilio, me abduxit; quod alias παράγειν ſimpliciter in errorem, in fraudem inducere. Euſtath. παρεξήγαγέ με τοῦ λογισμοῦ. Heſych. παρὲκ νόον ἤγαγέ μου· τὸν νοῦν παρελογίσατό μου. At in poeta eſt με non μου. vt videri debeat alio ſpectare. Hymn. in Ven. 36 καί τε παρὰ Ζηνὸς νόον ἤγαγε. et iterum alio modo Od. E, 103. 4 οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὐδ' ἁλιῶσαι. hic eſt fallere, quod alias παρελθεῖν· quo loco irretitus Koeppen alia argutiora quam veriora intulit. Mira eſt gloſſa ap. Suidam: παρεκνόον. παρ' ἐλπίδα. παρεκνόον εἰλήλουθας. quod vnde petitum ſit, haud reperio.

πολλῇσιν ἄτῃσιν. διὰ πολλῶν ἀτῶν. Miro modo Sch. B. reddunt ἄτας, τὰς ἐπὶ κακῷ ὑποσχέσεις. et Euſtath. βλαπτικαῖς ὑποσχέσεσι. ἄτας per ἀπάτας reddunt Sch. br. Et Bentl. reponere volebat ἀπάτῃσι vel ἀρῇσι. Immo vero eſt pro εἰς πολλὰς ἄτας, εἰς μεγάλην βλάβην, induxit me. v. de hac vocis notione ad I, 116.

394. ἠνώγει δέ μ' ἰόντα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν. Argutantur in epitheto θοὴν νύκτα Heſych. Euſtath. et Schol. B. item Schol. br. ad M, 463 et multo magis Heraclid. Alleg. c. 45. 46. qui modo ad rotundam caeli terraeque formam refert, quo fit vt celerrime nox ſolem occidentem inſequatur; modo ad vmbram in acutum conum deſinentem, ſub extremo horizonte in ſolis occaſu. Sunt ea inſerta Schol. ad Σ, 473 et Ω, 366. Add. Plutarch. de def. orac. p. 410 D. Eſſe eam ταχεῖαν non dubito. Certo enim reſpectu nox, vt dies, poteſt eſſe tarda et eadem celeriter aduenire, praeterire, et exire. Nota res quoque vſu Latinorum poetarum.

397. ἢ ἤδη χείρεσσιν. — 398. — 399. — Tres verſus damnandi, iudice Ammonio, et damnati ab Ariſtophane. De Ariſtarchi iudicio non conueniunt inter ſe duo loca e grammaticis in Schol. A. adſcripta; alter locus ex Didymo, in quo Ammonius tradit: ἐν δὲ ταῖς Ἀριστάρχου ἐγέγραπτο· εἰ ἤδη. ergo ab Ariſtarcho ſcriptus erat vſ.

397. an vero omiſſis 398. 399? non additur. Alter locus ex Nemeſione ἐν τῇ τετραλογίᾳ haec tradebat: „appoſitorum obelorum cauſſa non reperitur in Ariſtarcheis Commentariis. Ammonius autem Ariſtarcheus primum Ariſtarchum ait ſtigmen appoſuiſſe, mox omnino ſuſtuliſſe (εἶτα δὲ καὶ τέλειον ἐξελεῖν) forte propter σφίσιν ſecunda perſona vſurpatum (pro μεϑ' ὑμῖν) et quod translati ſunt ex ſuper. 310 ſq."

Seruauerat Ariſtarchi iudicium Ammonius, qui in eius ſchola ſucceſſit, in libro, quo docebat, non plures eſſe Ariſtarcheae recenſionis editiones: ἐν τῷ, μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχου διορϑώσεως. Non effugit locus doctrinam Wolfii in Proleg. p. CCXXXVII et iam ante Villoiſon. Proleg. p. XXVII. Erant ſcilicet in exemplaribus Ariſtarcheae ſectae discrepantiae, qua adducti alii ſtatuerant, duplicem recenſionem ab Ariſtarcho fuiſſe curatam.

In his vero non apparet, ſi vſ. 397 tollitur, quomodo 396 ἠὲ φυλασσέμεναι ſeruari potuerit; nec, ſi vſ. 397 ſeruatur, quomodo 398. 9 abeſſe poſſint. Iugulandi erant omnes inde a 396 ad 399 male huc repetiti ex vſſ. 309—312.

398. φύξιν βουλεύοιτε μετὰ σφίσιν οὐδ' ἐϑέλοιτε. Per ſe intelligitur σφίσιν inſolenti more pro μεϑ' ὑμῖν poni; idque offenderat veteres grammaticos. Ariſtonicus propterea διπλῆν appoſuerat verſui, aut ſcribendum eſſe βουλεύουσι et ἐϑέλουσι, quae cum σφίσιν conuentura forent. Improbaſſe totum locum propter vſum τοῦ σφίσιν Ariſtarchum, crediderat, vt modo vidimus, Ammonius.

Emendatiorem lectionem exhibent codd. Mori. Harlei. cum binis Vindob. Reciperem eam, niſi totum locum a rhapſodis illatum eſſe probabile fieret.

399. καμάτῳ ἀδδηκότες αἰνῷ. Iterum ἀδηκότες Ven. Lipſ. Townl. Vrat. b. vide ad vſ. 98.

401. ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο ϑυμός. ἦ μάλα τοι μ. Schol. Thucyd. VI. 8. ad verba: μεγάλου ἔργου ἐφίεσϑαι. ἐπεμαίετο, ἐπεϑύμει Apollon. Lex.

cum aliis. Eſt vox petita a motu corporis (v. ad E, 748) translata ad animum cupiditate flagrantem, qua imminet rei, vt ſit *ἐφίεσθαι*, *ἐπιθυμεῖν*.

402. *οἱ δ' ἀλεγεινοὶ ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι.* Apollon. Lex. *δυςχερεῖς*. Etymol. *δυςχείρωτοι* recte. Eſt autem graeca ratio nota, pro: *ἀλεγεινόν ἐσται, αὐτοὺς δαμῆναι.*

δαμήμεναι ἠδ' ὀχέεσθαι. Alias *ὀχεῖται*, *ἐποχεῖται*, is, qui vehitur curru vel equo; nunc ipſi equi *ὀχοῦνταί τινι*, *ἡνιοχοῦνται ὑπό τινος*. de inſidente vix aetate heroica accipere licet, ſed de curru vecto.

Repetuntur vſſ. tres hi inf. P, 76. 77. 78.

404. *ἄλλῳ γ' ἢ Ἀχιλῆϊ.*" „quod debebat eſſe, *ἄλλως γε.*" Sch. A. nimis ieiune.

405. *ἀλλ' ἄγε μοι, τόδε εἰπέ.* „*γρ. ἀλλ' ἄγ' ἐμοί.* Barnes.

406. *Ἕκτορα, ποιμένα λαῶν.* communi heroum nomine, non modo regum; vt Thraſymedes ſup. I, 83. apud Apollon. de Syntaxi p. 26, 29. leg. *ποιμένα δῖον.*

407. *ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα; ποῦ δέ οἱ ἵπποι.* Schol. B. „*ἵπποι* ſcil. *ἱστᾶσι*, ex *κεῖται*, *κατὰ τὸν ἀπὸ κοινοῦ τρόπον*" de quo egit Porphyr. ſup. ad 165. Vtitur verſu de Alexandro puero legatos Perſarum ſciſcitante Plutarch. de Alex. fort. T. II, p. 341 F.

408. *πῶς δ' αἱ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί.* Venetus habet *πῶς δαί*, et Schol. A. „Syntaxis requirit: *πῶς δ' αἱ.* Ariſtarchus tamen duo poſuit tanquam Homero propria; primo, quod Articulum omittit, tum quod *δαί* adhibet in interrogatione, laudatis binis verſibus: *ποῦ δαὶ νηῦς ἕστηκε* (Od. Ω, 298.) et *τίς δαὶ ὅμιλος*" (Od. A, 225). Expoſuit hanc Ariſtarchi doctrinam Apollon. de Syntaxi p. 12 et p. 83. e quo Bergler. in praef. Homeri ſui hoc attulit, et ex eo Barnes ad h. l. Memorant quoque Ariſtarcheum *δαί* Apollon. Lex. p. 215. 6. Heſych. p. 877. et Ammon. in *δαί*, p. 39. Offenſus Ariſtarchus articulo in *πῶς δ' αἱ τῶν ἄ.* quem Homerus non admittit, in illud *δαί* incidit, Atticis vſitatum, idque

in Homerum intulit. Poteſt tamen *αἱ* h. l. teneri et accipi pro *ἐκεῖναι νῆες*. Intulerant vocem *δαὶ* in Apollon. Arg. I, 267 *οἱ δαὶ σῖγα*. recte eam expulit Brunck. Volebat eandem in Orph. Arg. 782 inferre Geſner. loco felicius emendato a Ruhnkenio.

Omiſſio autem verbi dura in his ineſt: *πῶς ἔχουσι*, Apollon. l. c. p. 83 ſupplet *φυλάσσονται*. In Codd. *δαὶ* et *δ᾽ αἱ* occurrit, *πῶς δέ τε* em. vn. Vindob.

409. 410. 411. ※ — „Obelo figuntur hi tres verſus, quia *ἀθετοῦνται*. Aſteriſcus apponitur, quia vſſ. ex Neſtoris oratione repetiti ſunt. Nec nunc locum habent: ridiculum enim, inquit Schol. A., eſſet, nocte iam exeunte quaerere: an maneant; nec Dolon ad haec reſpondet." Saltem, dicam, inutiliter repetuntur hi verſus.

Ven. A. quoque *ἅσσα* exhibet; et Schol. A. cauſſam apponit, eſſe enim pro *τίνα*, interrogatiue. Eadem Euſtath. vnde et *ἅσσα* ed. Rom. habet. Poteſt tamen etiam teneri *ἅσσα*, eloquere, *ἅ τινα*. *ἅσσα*. vt 209.

410. *αὖθι μένειν παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν. ἀπόπροθεν* Barneſ. intulit ex 209. vbi idem verſus, et recte; alioqui hiatus foret in *ἀπόπροθι*. Habent quoque *ἀπόπροθεν* Cant. Townl. Ven. et al. Similis varietas in Apollon. I, 39. vbi *ἀπόπροθεν* praeferam.

413. *τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ᾽ ἀτρεκέως καταλέξω. καταλέξω* eſt Ariſtarchi lectio; alii, in his Townl. *ἀγορεύσω*. Excerpt. Schol. Victor. *τὸ καταλέξω οὐκ ἔστιν ἁπλῶς. ἐρῶ. ἀλλ᾽ εἰς τέλος τοῦ λόγου ἀφίξομαι. τοιγὰρ ἐγώ σοι* Harl.

415. *παρὰ σήματι Ἴλου*. In Sch. br. ed. Ald. *Ἴλλου* vt plures Λ, 166 ſcribunt.

416. *νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου*. h. l. ſimpl. *θορύβου*. De voce v. ad E, 322. *βλοίσφου* Rom. et Ald. 1.

417. *οὔτις* (*φυλακὴ*) *κεκριμένη ῥύεται στρατὸν* — *κεκριμένη*, *ἐπιλελεγμένη* Sch. br. add. alia in Heſych. h. v. *ῥύεται* cum prior longa ſit, debuit binis ſyllabis eſſe pronuntiatum: v. ad I, 396. *οὔτι* Vrat. b. a pr. m.

418. *ὅσσαι γὰρ Τρώων πυρὸς ἐσχάραι, οἷσιν ἀνάγκη, οἱ δ' ἐγρηγόρθασι.* Mira eſt trepidatio Porphyrii in Scholio ad h. l. et iam ſup. ad Θ, 507 appicto, et in Quaeſt. Hom. 2. cum ſupra iam Θ, 558 de ignibus Troianorum multis numero diſerte dictum ſit, non apparere, quomodo nunc Dolon dicere poſſit: *ὅσσαι γὰρ Τρώων* (Rationem colligendi non ſatis validam perſpicio). Itaque eo deſcendit, vt dicat *πυρὸς ἐσχάρας* nunc non ad ignes, ſed ad *focos*, *ἑστίας in vrbe*, *domos*, Troianorum referendas eſſe; vt ſint Troes *ὅσοι εἰσὶν ἐφέστιοι καὶ πολῖται.* B, 125." Et hoc ſequuntur ceteri, etiam Euſtath. et recentiores; Pope ad ipſam vrbem refert. Eſt ſane vocis *ἐσχάρα* inter plures notiones, quas recitant Sch. A. B. br. Euſtathius, haec, vt pro *foco* ſit; quam durum autem hoc: *ὅσσαι Τρώων πυρὸς ἐσχάραι εἰσὶ* pro *ὅσοι ἔχουσιν ἐσχάρας*, h. *οἶκον, οἰκήτορες Τροίης.* at *πυρὸς ἐσχάραι* manifeſte ſunt ipſa *πυρὰ*, ſup. Θ, 550. 556 ſq. ad hos ignes ſedebant qui vellent, ſaltem ad eos alendos et ad obſeruandos Achiuos, ſi fugam eſſent molituri: Non vero cum cura et conſilio diſpoſitae erant excubiae. Videntur adeo veteres non aduertiſſe difficiliorem ſtructuram: (*κατὰ τόσας γὰρ πυρὸς ἐσχάρας,*) *ὅσαι* (*εἰσὶ*) *Τρώων*, (h. *ἐπὶ τοῖς πυροῖς τῶν Τρώων*) *οἵδε*, (h. *ἐκεῖνοι*) *οἷσιν ἀνάγκη ἐστὶν, ἐγρηγόρθασι καὶ κέλονται ἀλλήλοις φυλάσσειν. ii, quibus neceſſe eſt hoc facere*, ſc. vt aſſideant ignibus alendis et proſpiciant. Saepius hoc in Homero fit, vt *τόσος* omittatur ante et poſt *ὅσος*.

Ὅσσαι μὲν Barocc. Mori. Cant. Harlei. Vrat. A. Venetus vterque. Lipſ. add. Porphyr. Qu. 2. et eſt haud dubie accommodatius vulgari *γάρ*, itaque repoſui. — *οἷσιν*, ſuperſcr. *εἶσιν* Lipſ. ſi ſaltem eſſet *εἰσὶν*, ſic poſſis iungere: *Ὅσσαι γὰρ — ἐσχάραι εἰσὶν, ἀνάγκη οἵδ' ἐγρηγόρθασιν*, (pro *ἐγρηγόρασι.*)

419. *οἱ δ' ἐγρηγόρθασι* Barocc. *οἵ γ' ἐγρ.* quod praeferrem; niſi obſeruaſſem hac voce Homerum non tam valde delectari quam ſeriores. Porro ſcribi poteſt *οἵδ'*, *οὗτοι*, et *οἱ δ'*, illi vero, Homerico vſu, ſi reddideris *οἷ-*

σιν ἀνάγκῃ quod autem ad illos attinet qui iussi sunt, οἵτ' Vrat. b.

Φυλασσέμεναι τε κέλονται. cum metri iniuria κελεύονται edd. Flor. Ald. 1. mſ. Lipſ.

420. πολύκλητοι ἐπίκουροι. Cant. Mori. Harlei. interponunt τ'. forte πολύκλητοί γ' ἐ. In Porphyr. eſt πολυκλειτοί τ'. vitio notato in τηλέκλητος ſup. ad E, 491. Enimuero ſunt ἐκ πολλῶν πόλιων κλητοί, συνηγερμένοι. cf. ad Λ, 220.

422. οὐ γάρ σφιν παῖδες σχεδὸν εἵαται. Sch. br. εἵαται, εἰσί.

424. πῶς γὰρ δὴ Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν εὕδουσ' ἢ ἀπάνευθε; vulgata lectio erat πῶς γὰρ νῦν. Senſere veteres in τῷ νῦν, *nunc*, eſſe aliquid moleſti. Schol. A. explicat duplici modo, vt aut ſit: πῶς γὰρ νῦν; (ἢ) μεμιγμένοι Τρώεσσιν εὕδουσιν ἢ ἀπάνευθεν; aut, vt ſint πῶς γὰρ νῦν εὕδουσι iungenda; adiecto (ἢ) μεμιγμένοι ἢ ἀπάνευθεν." vel ſic tamen τὸ νῦν non poteſt eſſe *nunc* de tempore; ſaltem ſic ſcribendum eſſe dicam πῶς γάρ νυν. *quomodo tandem hoc? dormiuntne, permixti cum Troianis an ſeorſum?* πῶς τ' ἄρ νῦν Flor. Ald. 1. Iunt. cum mſ. Lipſ. (cui adde Moſc. 3) „non male, ait Ern. At veriorem lectionem ſuppeditant Harlei. et Venetus: πῶς γὰρ δή, vt Od. Π, 70 πῶς γὰρ δὴ τὸν ξεῖνον ἐγὼ ὑποδέξομαι.

425. δίειπέ μοι. ſollicitum habet διειπε Bentleium cum debuerit eſſe διαϝειπε. Itaque tentat: ἀπάνευθ' ἄγε ϝειπὲ, vel ἄποθεν, διαϝειπέ μοι, vel ἀπάνευθ' ἐπιϝειπέ μοι. Verum in Excurſu de Digammo declarare ſtudui, in compoſitione verborum cum coniunctione digamma plerumque excidiſſe. Idem Heſychii gloſſam huc refert δαείων, μαθών. em. δαείω et μάθω. Et δαΐω.

427. τοιγὰρ ἐγὼ καὶ ταῦτα. Barocc. τοὶ γὰρ ἐγώ τοι τ.

428. πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες καὶ Παίονες. ⳨ „quod hos memorat, tanquam qui ſerius aduenere; non enim in catalogo memorantur." Ven. A. Poteſt hoc tantum ad Leleges, Caucones et Rheſum ſpectare. Nam memo-

rantur Cares B, 867. Paeones B, 848. Pelasgi B, 840. Lycii 876. Myfi 858. Phryges 862 et Maeones 864. Ieiune autem omnino grammatici populorum notitias tractarunt. *Paeones* per Pannonios aut Macedones expofuere Sch. A. et Sch. br. prius male; alterum ferri poteft, fi feriora tempora cogites. v. Not.

VII. 428. 429. laudat, vbi de Lelegibus agit, Strabo XIII. p. 909 B. et 920 C.

429. *Leleges* effe e Caribus; τοὺς ἐν Πιθαίῳ πόλει Καρίας οἰκοῦντας Sch. A. lege ἐν Πηδάσῳ quod et Sch. br. (in quibus ἐν Πηγάσῳ Ald.) nunc habent. v. Not. *Caucones* Paphlagoniae populus; hoc bene. οἱ δὲ Σκυθίας, οἱ δὲ τοὺς λεγομένους Καυνίους (ab vrbe Cariae maritima, Cauno.) Indocte! v. Not. De Pelasgis haec in Schol. appofita funt; eos Cariae maritima loca tenuiffe; (non male, fi antiquiora tempora animo teneas) ab aliis melius exiftimari eos habitaffe prope Troadem in locis, vbi nunc Tralles funt (Lydiae. quomodo tandem in has inciderunt?) v. Not.

430. Μύσοι τ' ἀγέρωχοι. ⌐ „quod non modo Rhodii ἀγέρωχοι (B, 654.) ἕνεκα τοῦ ἀγείρειν τὴν ὀχὴν, τουτέστι τὴν τροφὴν, (fc. ex agris continentis, cum ipfi fint infulani. mirum hoc fup. ad B, 654 non fuiffe allatum; extat tamen quoque apud Hefych. h. v. et in Sch. br. ad h. l. corrupte) fed et de Myfis h. l. et (Γ, 36) Troianis, οἷον γεραόχων καὶ ἐντίμων. „(quo fenfu haud dubie et Rhodii dicti erant ἀγέρωχοι, *honorati*, *fplendidi*.) De voce v. ad B, 684 Poffunt h. l. fimpl. effe θρασεῖς. ἀνδρεῖοι.

Θύμβρα eft ap. Hefych. et h. l. Sch. Euft. et Etymol. qui verfum laudat turbate.

431. καὶ Φρύγες ἱππόδαμοι. ⌐ „quod Phryges diverfos facit a Troianis poeta: (fcil. contra quam folent recentiores, Tragici) et quod Maeones, non Lydos novit. Obferuata haec πρὸς τὰ περὶ Κιλικίας Ἡσιόδου.“ refpectu habito ad ea quae Hefiodus de Cilicia tradidit.

fuit ergo aliquid de Cilicia traditum ab Hefiodo? idque ad Lydiam fpectauerat.

Porro Ariftarchus legebat Φρύγες ἱππόμαχοι.

432. ἀλλὰ τίη ἐμὲ ταῦτα διεξερέεσθε ἕκαστα; τίη γε με vn. Vindob. τίη με vitiofe Apollon. in ἦ p. 323 vbi ἦ vacare ait; quod Villoifon exponit *cur tandem*. τίη μευ vn. Vindob. ἀλλὰ τίη μὲ διεξερέεσθαι ταῦτα ἕκαστα Barocc. et Mori. Verfus hic cum fqq. fufpectus eft Lenzio (p. 218.) cauffa non adiecta: Dolon intelligit ex fe haec quaeri, vt opportunitatem ad aliquid audendum inde capeffat Vlyffes; fuppeditat homo nequiffimus ipfe expeditiffimam rationem, vt Rhefum aggrediantur; fore quoque hic praedae eximiae copiam, fi equos Rhefi abigant.

433. Τρώων καταδῦναι ὅμιλον. ὅμιλον. iterum vt 231. 338 *turba*.

434. ἔσχατοι ἄλλων. Sch. B. ἔσχατοι δὲ Τρώων, ἀπὸ δὲ νεῶν πρῶτοι." Recte. Venerant enim a feptentrione, Hellesponto traiecto, ab oris Strymonis fl. cum ergo fub noctem aduenifflent, (νεήλυδες) in extremo cornu finiftro Troianorum confederant. Koeppen haerebat in νεήλυδες qui etiam funt qui nuper confederunt aliqua in terra, effe forte Thynos Thracas qui nuper in Afia confederant. Sed recte ipfe mox damnat.

435. ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεύς, παῖς Ἠϊονῆος. De hoc homine luculentum eft Scholion A. et Schol. br. (male exfcriptum ab Euftathio) add. Apollod. I, 3, 4. et ibi Not. p. 36. Homerus patrem eius memorat Eioneum, quod antiquum Strymonis fluuii nomen fuit. Difcas hoc ex Conone, vbi c. 4 Strymon rex, οὗ καὶ ὁ πάλαι Ἰωνεὺς (leg. Ἠϊονεὺς) ποταμός. Fuiffe quoque ad eum fluuium vrbem Eionem, Ἠϊονήν conditam, e Thucydide conftat. Itaque Strymonis fl. filium edunt Rhefum fequiores poetae. Ab his Thracibus, qui Rhefo caefo difperfi erant, repetiere nonnulli inter veteres Bebryces, qui ad Ponti oftium confederant. Si tamen mythos de Argonauticis fequaris, Bebryces, quorum rex tum

erat Amycus, iam ante Troiana tempora Ponti oram insederant. Ceterum poetas apparet fabulam de Rheso non vno modo tractasse; fuit in iis Pindarus in carmine, quod interiit, quo inprimis narratum erat hoc, quod Rhesus, pugna iam facta, multos Achiuorum ceciderat; quo facto nocte subeunte, Minerua eius exitium per Vlyssem et Diomedem erat machinata. Alii qui Homero adhaeserant, et Rhesum ante commissas cum Achiuis manus occisum tradiderant, adiecerunt hoc: fatale fuisse ex oraculo dato, vt inuictus esset Rhesus eiusque equi, si Scamandrum potassent et gramen soli Troiani depauissent. Hoc sequutus est Virgil. Aen. I, 472. 3 *priusquam Pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.* — Matrem Homerus non edidit, alii poetae *Musam:* v. ad Apollod. l. c. quia Musa ἐγχώριος θεὰ Pieriae, quae Thracum fuit. *Musam* auctor Rhesi tragoediae inter Euripideas insertae haud nomine impertit; suscepti tamen e Strymone Rhesi tempus designat a certamine cum Thamyride 914 sqq. alii Euterpen nominant.

437. Λευκότεροι. sc. εἰσι. sententia seiuncta a superioribus; cum posset λευκοτέρους addere. Similiter inf. 545. 547. ad quos vide. Hoc vnum est quod tollas ex pluribus importunis argutiis Schol. ad h. l. adde Clarke. θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Contra θύελλαι ἄμιπποι ap. Sophocl. Antig. 996. (985) verum de hoc loquendi modo v. ad M, 207.

438. ἅρμα δέ οἱ — εὖ ἤσκηται. ἅρματα Lips. vn. Vindob. ἤσκηνται alter. εὖ ἤσκηται. *Arte et studio elaboratus.* cf. ad Δ, 110.

439. τεύχεα δὲ χρύσεια, πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι, Ister, teste Veneto tradiderat, (ductum puto ex antiquo poeta) „arma ista a Cyclopibus fabricata fuisse apud Eutenchium ex Euboea.“ Vt in hoc incideret aliquis, locum dedisse suspicor hoc, quod inter antiquissimas aeris fodinas fuere eae, quas Euboea habuit teste Stephano in Chalcis. Adde Strabo X, p. 686.

πελώρια Sch. br. notant non h. l. de magnitudine accipienda esse, sed *pulcritudine mirabilia.* Recte reiecit Koeppen. Nam ingenti viri corpori *ingentia* quoque arma conueniebant; nec πελώριος aliter dicitur.

442. ἀλλ' ἐμὲ νῦν μὲν νηυσὶ πελάσσετον. Exciderat μὲν codd. Lipſ. Moſc. 3. in edd. inde a Flor. Rom. et Aldd. Metro ſuccurrere voluit Ald. 1. ἀλλ' ἐμὲ νῦν νηυσσὶ, Turnebus et Steph. ἀλλὰ ἐμὲ νῦν νηυσὶ π. Barneſ. reſtituit ἀλλ' ἐμὲ νῦν μὲν, cum tamen eius libri ſuppeditarent μὲν νῦν· ſic Barocc. Harl. Ven. Lipſ. Vrat. b. In Cant. νῦν exciderat et μὲν erat (Bentl. laudat ex eo ἀλλ' ἐμὲ νηυσὶ). Potuit iam a rhapſodis multis modis pronuntiari; et tentant varie. Barnes ἀλλ' ἐμὲ νῦν νήεσσι. Bentl. ἀλλὰ μὲν ἢ νήεσσι, vel ἀλλ' ἐμὲ νῦν ἢ νηυσί. Apoſtolius in Vrat. A. ἀλλ' ἐμὲ μὲν νηυσὶν πελλάσσετον. In Moſc. 3. erat πελάσσατεν.

445. ἠὲ κατ' αἶσαν ἔειπον ἐν ὑμῖν ἠὲ καὶ οὐκί. ⊱ „quod ἠὲ κατ' αἶσαν Ariſtarchus legit. At Venetus ἢ ῥα κατ'. cum Cant. Mori. Harlei. Lipſ. Townl. Vrat. b. A. et ed. Flor. — etiam notatur τὸ οὐκὶ, recte poſitum, non οὐχί. v. ad 324.

447. μή δή μοι φύξιν γε, Δόλων, ἐμβάλλεο θυμῷ. ⊱ „quod quaeritur, vnde Vlyſſes Dolonis nomen reſciverit." Inde ζήτησις orta, quae ſollicitos habuit grammaticos, in his Porphyrium, multis modis, quos adeat qui volet, in Schol. A. B. Dicendum erat, eſſe haec ἐκτὸς τοῦ ἔπους, et inepte de his quaeri; tacite enim iam in hoc conuentum eſſe, homines etiam aduenas aliis e populis inter ſe ſermones miſcere; nec quisquam prudens quaeret, quomodo Aeneas Troianus cum Didone e Phoenicia, et cum Latino, Euandro, Mezentio, aut quomodo Vlyſſes cum Polyphemo et aliis loqui potuerit.

Vſſ. 447. 448. ſuauiter Lucian. Reuiuiſc. 3. in iocum vertit.

448. χεῖρας ἐς ἁμάς. ἁμὰς, ἡμετέρας. Euſtath. legerat quoque χεῖρας ἐμεῖο. In Townl. ἐμὰς in raſura. v. ſup. ad Z, 414.

449. *εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν.* Schol. br. *ἀπολύσομεν, λύτρα λαβόντες ἀποπέμψομεν. ἠὲ μεθῶμεν, ἢ ἐάσομεν ἄνευ δώρων* (*λύτρων*, ob meritum indicii de Rheſo). In Barocc. *ἀπολύσομαι.* Vindob. Alt. *ἀπολύσομαι ἠὲ μεθῶμαι.*

εἰ ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν. et mox 452 *εἰ δέ κε — ὀλέσσῃς.* Videmus et h. l. futurum indicatiuum cum aoriſto ſubiunctiuo in Homericis eodem loco haberi; Λ, 433 *ἢ ἐπεύξεαι ἤ κεν ὀλέσσῃς.* Od. K, 328 *ὅς κε πίῃ καὶ ἀμείψεται.* Dicta de his ſatis multa Exc. II, ad lib. V, p. 175. et Exc. III, ad lib. I, p. 174. cf. ad B, 258.

450. *ἢ τε καὶ ὕστερον εἶσθα θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.* Schol. A. *εἶσθα*, vt *ἦσθα.*" Diſertius Etymol. *εἶς, εἶσθα, ἀντὶ τοῦ ἥξεις, παραγενήσῃ, ἐλεύσῃ*, verſu appoſito. Hoc idem Schol. br. Apollon. Lex. h. v. *εἶσθα, πορεύσῃ.* etiam verſu adiecto, in quo *εἶ τε* ſcribitur. Quid ni pronuntiabant verbo: *εἶς* et h. l. eſſe pro futuro *εἴσῃ.* *ἦσθα* eſt in binis Vindob.

451. *ἠὲ διοπτεύσων, ἢ ἐναντίβιον πολεμίξων.* Vrat. b. a pr. m. *διοπτεύσειν.* *ἠὲ ἐναντιβ.* cum Vrat. A. non modo Flor. Ald. 1. ſed omnes ante Turnebum, qui emendauit ex ed. Rom.

πολεμίξων. Erat *πολεμίζων.* In Clark. appoſitum: „al. *πολεμίξων*" quod receperat Wolf. firmantque hoc Cant. Harl. Vrat. A. vn. Vindob. et Euſtath. nec res tanti erat vt iterum mutaret: etſi et alterum recte ſe habet. Perpetua in hac voce eſt varietas *τῶν ζ* et *ξ*.

452. *εἰ δέ κ' ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμεὶς* — Vrat. b. et Vindob. „*γρ. τυπείς.*"

457. *Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦγε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.* Fuiſſe tam ineptos, qui h. l. *Φθεγγομένη — κάρη* legerent, cum tamen Homero *ἡ κάρη* nusquam dicatur, non modo Euſtathius notauit, verum etiam Ariſtoteles de part. animant. III, 10. vbi ridet aſſeuerantes caput reciſum loqui poſſe. Scilicet eo tempore nondum Acta Sanctorum et Martyrum extabant. Ouidius tamen aliquoties in Metamorphoſeſin in hoc prodigio ſibi placuit, et-

iam in Orphei capite in Hebrum deuoluto. Nicander notatur a Schol. ad Alexiph. 216. toxico insaniens interdum vociferatur, ἅ τις ἐμπελάδην Φῶς ἀμφιβρότην κώδειαν ἀπὸ ξιφέεσσιν ἀμηθείς. Adnotat Schol. προΐεται Φωνὴν, ὡς ἀποκεφαλιζόμενος. τοῦτο δὲ εἴρηκε πλανηθεὶς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, καὶ κακῶς νοήσας· Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη. Atqui poeta non ait caput recisum loquutum esse, sed eius loquentis, dum loquebatur, caput rescissum esse. Versu vtitur Plutarchus commode in narratione de garrulo, se regem Seleucum in fuga agnouisse profitente. De Garrul. p. 508 E.

458 τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κτιδέην κυνέην. ⊱ „quod κτιδέην aperte nunc legitur, non ἰκτιδέην" respicit vs. 335.

460. καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ ληΐτιδι. Hesych. λαφυραγωγῷ. quae ἀγελείη sup. Δ, 128 et al. Addunt Schol. br. cum Schol. A. πολεμικῇ. ληῗτις alio sensu captiua ap. Apollon. I, 818. Lycophr. 105.

καὶ τά δ' Vindob. Alt.

461. ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρὶ καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα. ⊱ „quod nunc εὐχόμενος vulgari more dictum" (sc. precatus, non, glorians) et „γρ. ἀνέσχετο." Cant. ἀνέσχεν. ὑψόθ', vnus Vindob. et χερσὶ Townl. pro var. lect. Eustath. De τοῖςδεσσιν vs. 462. v. Eustath. τοῖς δή γε Vindob. Alt. πρῶτον alter.

463. σὲ γὰρ πρώτην ἐν Ὀλύμπῳ πάντων ἀθανάτων ἐπιβωσόμεθ'. ἐπιδωσόμεθα fuit Aristarchea lectio, quam etiam Ven. B. et Lips. a pr. m. habuerat; memorant eam pro varia lectione Sch. br. et Etymol. (ignorat Eust.) additur pro interpretatione δώροις τιμήσομεν. Ven. B. ἐπιδόσεων καὶ δώρων ἀξιώσομεν. Mira loquendi ratio ἐπιδίδοσθαι τινὰ, quasi *muneribus afficere*. Aliud est ἐπιδιδόναι, *increscere*. Occurrit vox noto loco Il. X, 254 ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα. sed ibi est θεοὺς μάρτυρας ἐπιδίδοσθαι, h. δοῦναι; vulgari vsu τοῦ ἐπιδοῦναι. vt Hesiod. Ἔργ. 396 ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω, οὐδ' ἐπιμετρήσω.

Dubitari nequit praeferendum eſſe ἐπιβωσόμεθα, pro ἐπιβοησόμεθα. formam hanc contractam et alibi offendimus Od. M, 337. et ipſum ἐπιβώσομαι Od. A, 378. B, 143 ἐπιβοᾶσθαι eſt ἐπικαλεῖσθαι. ἱκετεύειν. In Apollonii Lex. eſt vtraque lectio notata: ἐπιδωσόμεθα, ἐπιδόσει τιμήσομεν. ἐπιβωσόμεθα ἀντὶ τοῦ ἐπιβοησόμεθα. alteram tamen hanc e gloſſemate illatam eſſe ſuſpicari licet. In Heſychio eſt ἐπιβώσομαι ad Od. A, 378 et ἐπιδώμεθα ad Il. X, 254 ſed ad h. l. nihil.

464. πέμψον ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν ἵππους τε καὶ εὐνάς. „In alio πέμψον ἐπὶ Θ. ἀ. ἄγυρίν τε καὶ εὐνάς." Ven. A. quod equidem praeferam.

465. καὶ ἀπὸ ἕθεν. Scriptum erat ΑΠΟ ϜΕΘΕΝ. vt iam alibi notatum: primo A, 114.

466. θῆκεν ἀνὰ μυρίκην, δέελόν τ' ἐπὶ σῆμα τ' ἔθηκε. Σ— „quod δέελον pro δῆλον," — porro „σὺν τῷ ν μυρίκην." Fuit adeo lectum quoque θῆκεν ἀνὰ μυρίκῃ. Quod ad prius attinet, cum δῆλος non niſi bis legatur, et altero loco Od. Υ, 333 vbique δῆλον ſit, ſupra autem E, 2 ἔκδηλος, et ſaepe ἀρίζηλος· memorabile eſt, nunc vbique ſcribi δέελον, et notari in Schol. Heſych. Euſtath. Scilicet ſupereſt hoc ex antiqua ſcriptura per ε vel εε pro η. Cum illud in h. l. fuiſſet primo neglectum, nec repoſitum η, mox pro ſingulari Homerico vſu fuit habitum. Eſt tamen δῆλον Cant. (ſec. Bentleium δεῖλον.) „γρ. σῆμα τέθηκε pro τέθεικε." Barnes. male, iudice quoque Clarkio. In Lipſ. aberat δ' poſt δέελον. addit Erneſti: „non diſplicet." Bentl. coni. σῆμ' ἐπέθηκε. ſic ſaltem δέελον δέ τε σῆμ' ἐπέθηκε eſſe debebit. Vix tamen abeſſe poteſt; iungenda: δέ τε.

467. συμμάρψας δόνακας. Heſych. reſpicit h. l. συλλαλαβών. δήσας. pro hoc κλάσας Sch. br. *confringens* tuebatur Ern. verum etiam Apollon. Lex. h. v. συλλαβών, laudato hemiſtichio. cf. ad O, 137. — δόνακας. καλάμους. idem Apollon. Lex. Heſych. etc. debuit adeo grammaticorum aeuo eſſe vox antiquata. — μυρίκης τ' ὄζους. tamaricis ſeu tamariſci v. Z, 39. Not. Dioſcor. mat. med.

I, 116. Media h. l. breuis, quae producitur Φ, 350. et in μυρίκινος Z, 39. Verſum laudat Etymol. in δόνακες. ſed vitioſe ἐριθηλεῦς ὄζους. At Apollon. Lex. h. v. ἐριθηλέας. μεγάλως θάλλοντας.

469. τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. „quod προτέρω, ἔμπροσθεν, h. l. τοπικῶς dictum eſt; et quod cadauera inſepulta iacebant; et quod διὰ ἔντεα eſt pro δι' ἐντέων." Ven. A. Quid ſibi haec velint: v. ſup. ad 298.

470. αἶψα δ' ἐπὶ Θρῃκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες. ⊱ „quod τέλος eſt, quod poſtea τάγμα." Notant idem ceteri, vid. ad 56. et primo loco Apollon. Lex. h. v. τέλος. τὸ τάγμα. Φυλάκων τέλος ἷξον ἰόντες. pro Θρῃκῶν, memoriae vitio. ἵξαν ap. Stobaeum Ecl. phyſ. II, 3. p. 162. Cant. et ἷξαν in vn. Vindob. Mox v. 471. καμάτῳ ἀδηκότες ſcribunt et hic Barocc. Ven. Townl. Vrat. b. v. ſup. ad vſ. 98.

472. ἔντεα δέ σφι — κέκλιτο εὖ κατὰ κόσμον τριστοιχεί· Ita praeſtat haec cum κέκλιτο iungi, vt ad τὰ ἔντεα referatur; nam εὗδον εὖ κατὰ κόσμον vix feras. Iam ingratus hiatus κέκλιτο εὖ verſui inſidet, facile ſanandus cum Bentleio: χθονὶ κεκλίατ' εὖ κατὰ κόσμον. nota ratione Ionica vt et ipſum κεκλίαται Jl. Π, 68.

473. τριστοιχεί· παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι. ⊱ „quod bigis vſi ſunt Thraces (συνωρίσιν), vnde δίζυγες." Ven. A. τριστοιχεὶ, ἐπὶ τρεῖς στίχας ἢ τάξεις. v. Notam ad 479. τριστοιχὶ Vrat. b. vt inf Ψ, 358 μεταστοιχὶ in Veneto.

474. 'Ρ. δ' ἐν μέσσῳ εὗδεσκε. Mori. Totus verſus excidit ex ed. Rom.

475. ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο. ⊱ „Primo ἐξ legendum, non ἕξ, vt male nonnulli." — Porro paullo turbatius: τὸ γὰρ ἑξῆς ἐστιν ἐκ πυμάτης, ἐκ τῆς ἄντυγος, ἐδέδεντο τοῦ δίφρου, ἐξ ἄκρας τῆς ἐπιδιφριάδος." Accepere ſcilicet, quod et Euſtath. facit, ἐπιδιφριάδα de parte ἄντυγος. debuerant adeo ſupplere μερίδος, γραμμῆς, aut ſimile quid. Atqui ἐπιδιφριὰς ſc. ἄντυξ, eſt ipſa ἄντυξ τοῦ δίφρου, ex cuius ſumma ora religati

erant equi. Recte ſic et Erneſti cenſuit. Praeterea πυμάτης per ἄκρας interpretatur Ven. A. ac ſi eſſet ora ἄντυγος ſuperior; ſi modo πύματος vnquam ita dictum fuit. Alii acceperant de ornamentis ἄντυγος. (Sic et Ven. B.) At de poſtica currus parte, cui inſiſterent aſcenſuri alii in iisdem Ven. A. ſicque Sch. br. ἄντυξ quae ſit, et δίφρος, v. ad E, 262. Per περιφέρειαν τοῦ ἅρματος reddit vocem Etymol. item in ἐπιδιφριάδος Heſychius, qui alterum Scholion exſcripſit in ἐξ ἐπιδιφριάδος.

In metro turbat prior ſyllaba in ἱμὰς, nunc producta, quae vulgo corripitur etiam in Homero, vt mox 499 σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι. Scilicet pronuntiandum eſt ἱμμᾶσι. cf. ſup. ad Θ, (VIII) 544.

476. τὸν δ' Ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδὼν Διομήδεϊ δεῖξε. ⊱ „quod nunc quoque refellitur obſeruatio nonnullorum, προπάροιθε de tempore tantum in Odyſſea dici, at in Jliade de loco." Sch. A. In Odyſſea locus eſt P, 277. ἐπίμεινον, ἐγὼ δ' εἶμι προπάροιθε, quem pro exemplo adſcribunt Etymol. Heſych. Praeter verſum noſtrum eſt alter Jliadis locus Λ, 733 ἀλλά σφιν προπάροιθε φάνη μέγα ἔργον Ἄρηος.

τοὺς δ' Ὀδυσεὺς Cant.

478. οὓς νῶϊν πίφαυσκε Δόλων, ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς. ⊱ „quod Dolonis nomen et hic nouit Vlyſſes" Sch. A. Importuna obſeruatio, repetita ex Schol. ad vſ. 447.

Debebat grammaticus potius monere, verſum eſſe inertem; et orationem plus virium habituram eſſe, ſi verſus reſciſſus eſſet.

πίφασκε Vrat. b. vn. Vindob. vt alibi alii.

479. ἀλλ' ἄγε δὴ πρόφερε κρατερὸν μένος. Sch. B. ὡς εἰ ἔλεγε, τὸ ὅπλον· καὶ μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσέης Ἀφροδίτης." Hic verſus ex Γ, 64 valde alienus ab h. l. ibi eſt προφέρειν exprobrare; at h. l. φανεροῦν, φανερὸν; διάδηλον ποιεῖν.

οὐδέ τί σε χρὴ „γρ. οὐδ' ἔτι. Barnes. Nec vero Diomedem, virum acerrimum, obiurgare putandus eſt Vlyſſes, quod otioſus ſtet, ſed eſt mera exhortatio et

auctoritas: agedum, nunc tempus est, nunc exsere vires, nunc alacriter res gere.

480. ἑστάμεναι μέλεον σὺν τεύχεσι. ⊱ „quod recentiores dixere μέλεον, ἀτυχῆ, Homerus autem pro ματαίως." Sch. A. forte μάταιος vel μάταιον. Emendandum inde in Schol. br. et Hesych. μελαίως. Adde Etymol. et Suidas. Repetitur obseruatio inf. Π, 336. Ψ, 795. Proxime ad sensum e contexto et etymo Schol. Lips. βραδὺν, μελλητὴν, ἐκλελυμένον τὰ μέλη. Od. E, 416 μελέη δέ μοι ἔσσεται ὁρμή. vanus, inanis.

ἑστᾶναι Lips.

481. μελήσουσι δέ μοι ἵπποι. Harlei. δ' ἐμοί.

482. τῷ δ' ἔμπνευσε μένος. Iterum sic inf. O, 262. Creditur h. v. respicere Plato Sympos. p. 179 B.

483. κτεῖνε δ' ἐπιστροφάδην. Alii acceperunt: conversis prudenter quaquauersus oculis, circumspiciendo; alii circumferendo ensem et dextrorsum sinistrorsum caedendo. Sch. B. Alterum hoc recte, et hoc Apollon. Lex. voluit: μετ' ἐπιστροφῆς τοῦ σώματος. quem sequuntur Etymol. Hesych. Sch. br. Hi duo tamen cum Eustathio subiiciunt tertiam nimis laxam interpretationem ἐνεργῶς, σπουδαίως.

ἀεικής, argutantur Etymol. Hesych. Schol. Eustath. passim in hac voce, ex etymo: quod miro modo ducunt ἀπὸ τοῦ εἴκειν cedere, vnde reddunt σκληρός. At, si reputes ἀεικέλιος et similia, apparet, esse proprie τὸ ἀεικὲς quod abhorret forma, indecorum, *indignum*, ἀπρεπὲς, hinc *foedum*, *auersandum*; tandem simpl. *ingens* vt h. l.

Duo hi versus 483. 4. iterum leguntur paucis mutatis Φ, 19. 20. Od. X, 308. Ω, 183. Vbique ἄρνυτο legitur. At Dionys. de structura Orat. 5. s. 35. vbi verborum iuncturam laudat, legit ὄρνυτο. Ionice.

485. ὡς δὲ λέων μήλοισιν ἀσημάντοισιν ἐπελθών. ⊱ „quod μῆλα recentioribus sunt omnia armenta, τετράποδα. at Homero oues et caprae; vt Od. I, 184. et 486 ⊱ quod ipse μῆλα interpretatur αἴγεσιν ἢ ὀΐεσσι.

ἀσημάντοισι. ἀφυλάκτοισι Apollon. Lex. recte; et in hoc alii accedunt. At idem addit: ἀπὸ τῶν σφραγίδων, ἃ σήμαντρα λέγομεν. Hoc excidiſſe grammatico miror; nam hunc vocis vſum et ipſam σφραγῖδα Homerus ignorat. Eſt tamen hoc idem apud alios, etiam Suidam h. v. σημαίνειν ipſi eſt *ſigno dato praecipere, imperare*, vt ſup. 58. A, 289. 295. 6. B, 806. vnde et σημάντωρ. v. Apollon. h. v. Adeoque ἀσήμαντος, ὁ οὐκ ἔχων τὸν σημαίνοντα, praefecto, duce, h. l. paſtore deſtitutus. Recte Sch. br. ἀφυλάκτοις. ἀφροντίστοις. μὴ ἔχουσι ποιμένα· ex iis Etymol. p. 153, 10. Heſych. ἀφυλάκτοις. ἀδιδάκτοις cum nemo διδάσκει, quod factu opus ſit, σημαίνει. Euſtathius ἀπροστάτευτα καὶ ἀποίμαντα reddit.

ἐπ' ἐλθὼν ed. Rom. Aldd. et reliquae ante Turneb. qui ad ed. Flor. rediit.

ἐνορούσῃ. ἀνορούσῃ eſt vitium operarum Ald. 1. propagatum vsque ad Turnebum, qui emendauit ex Rom. ἐνορούσει. Vrat. A. Moſc. 3. vn. Vindob. ἐνορούσοι alter.

488. ⸖ „quod XII interfecit ſine Rheſo, non cum Rheſo, vt nonnulli." de hoc v. inf. ad 561.

489. ὅντινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε παραστάς. πλήξειε ſic Ariſtarchus. Alii πλήξασκε. Sch. A.

490. ⸖ quod voc. Ὀδυσεύς iterat quae iam erat 488 ἀτὰρ πολύμητις Ὀδυσσεύς. — et quod δὲ abundat." Scilicet habuerat ſcriptum τὸν δὲ in apodoſi: quod et Homericum eſt, et a Turnebo aliisque frequentatum. At nunc ſcribitur et editur τόνδ', pro τοῦτον.

493. ἀήθεσσον γὰρ ἔτ' αὐτῶν ſc. τῶν νεκρῶν. Schol. Ven. A. ad E, 231 legit αὐτόν. quod ferri poſſit ad Vlyſſem ſi retuleris. ſed nil ei immorandum vt nec Vindob. αὐτοῖς. In Sch. br. Aldi, Harlei. et vn. Vindob. melius eſt ἀήθεσσαν ab ἀηθέω, vnde eſt ap. Apollon. I, 1171 χεῖρες γὰρ ἀήθεσσαν ἠρεμέουσαι. Apud Heſych. eſt ἀήθεσκον. ἀσυνήθεις ἦσαν. Adde eundem in ἠθέσει cum nota. Nunc ἀήθεσσον eſt ab ἀηθέσσω. ἀηθεῖς vel ἀσυνηθεῖς ἦσαν. vt Sch. br. Et Apollon. IV, 38 ἀηθέσσουσα δύης.

Add. Etymol. p. 23 f. Rem ipſam declarat et exemplo illuſtrat Aelian. H. An. XVI, 25.

495. τὸν τρισκαιδέκατον. ⊱ „quod nunc, ſuper XII Thracas Rheſus eſt decimus tertius. et quod ἐν σχήματι extulit τὸν τρισκαιδέκατον θυμὸν ἀπηύρα. binis accuſatiuis." Ven. A.

497. τὴν νύκτ' Οἰνείδαο παῖς. (—) Male me habebat verſus iam ante lecta Scholia Veneta; nam et per ſe eſt iners, et iugulat metrum. Nam Οἰνεὺς fuit ϝοινευς, adeoque ϝοινειδης fuit; non habebam igitur quid facerem τοῖς την νυκτ' ϝοινειδης. Mox vidi Bentleium quoque haeſiſſe et ſcripſiſſe νυκτϝοινειδης, de verſu vero non dubitaſſe. At Scholion me firmauit in ea opinione; deprehendi in Homero interdum verſus a rhapſodis aſſutos etiam ex neglectu τοῦ Digamma. Cuius rei luculentum exemplum hic verſus, et ad ſententiam dilatandam et euoluendam aſſutus. In Schol. A. notatur: verſus ἀθετεῖται, quod oratio eſt ieiuna, et otioſus, nam intelligitur per ſe, τὸ κακὸν ὄναρ eſſe *Diomedem;* et offendit διὰ μῆτιν 'Αθήνης, nam Dolonis potius proditione aggreſſus eſt Rheſum." Et ad hunc verſum, non ad ſequentem retrahendum eſſe cenſeo, quod huic 498 adſcriptum video: οὔτε ἐν Ζηνοδότῳ, οὔτε ἐν τῇ 'Αριστοφάνους ἐφέρετο. — Euſtathius Scholion totum aut non habuit, aut neglexit; nihil enim de verſu monet. Interpretantur quoque verſum Sch. br.

498. ὁ τλήμων 'Οδυσεύς. ὀτλήμων ſcribebat Bentl.

499. σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι, καὶ ἐξήλαυνεν ὁμίλου. ⊱ „quod ὅμιλος et h. l. de coetu et turba: v. ad 138. — et quod *nudis* equis inſident: de quo v. ad 513:" At σὺν δ' ἤειρεν Schol. B. συνέζευξεν αὐτοὺς τοῖς ἱμᾶσι — hoc idem voluit Schol. A. inſident, inquit, nudis equis heroes. συναντήσαντες αὐτοῖς τοῖς ἱμᾶσι. leg. συναρτήσαντες αὐτοὺς τοῖς ἱ. Scilicet fuit εἴρω et ἀείρω, h. συμπλέκω, forte ex ἅμα εἴρω, vnde παρήορος. Recte et Sch. br. συνέδησε δέ. et Heſych. in σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι. At ap. eund. ἤειρεν, ἐβάσταζεν, (ἀπὸ τοῦ ἀείρειν pro αἴρειν, vt

mox 505) ad h. l. ſpectare haud poteſt nec bene verſum, v. c. in Barnes. *ſimulque tulit cum phaleris.* Fueritne ſcriptum ϝήειρε, v. Excurſ. de digammo.

500. μάστιγα φαεινήν. στιλπνήν, ἢ τὴν φανερῶς κειμένην Sch. br. prius verum; flagrum nitet ſeu loris recentibus et candentibus, ſeu manubrio ex aere facto. Hoc analogia praeferre iubet. Ap. Euſtath. veteres etiam per λεπτήν reddidiſſe feruntur; quod vix aſſequaris, niſi ad Od. Z, 74 diſcas, ἐσθῆτα φαεινήν per λεπτήν redditum eſſe.

502. ῥοίζησε. ῥοιζεῖν, quod nunc συρίζειν. Ven. A. vt Od. I, 315 πολλῇ δὲ ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα. at de barbaro ſono accipit Ven. B. ne prodatur Vlyſſes, ſi quis Thracum expergefactus vocem Graecam audiret; nimis argute. Apollon. ῥοίζησεν. ποιὸν ἦχον ἀπετέλεσεν. — ῥοίζεσκεν Barocc.

503. ὅ τι κύντατον ἔρδοι. Legebatur κύντερον, nec male, pro θρασύτερον. Eſt tamen κύντατον in libris; idque Barocc. Mori. Venet. Townl. Vrat. b. A. Moſc. 3. codd. Vindob. Par. item edd. Flor. Ald. 1. exhibent. Schol. br. κύντατον, χαλεπώτατον, δεινότατον. Vide de voc. ad Θ, 483. In Harlei. vtrumque erat. Eſt et ὅττι et μερμήριξε paſſim. vt in Vrat. A. b. Moſc. 3. et ipſo Veneto.

504. τεύχεα κεῖτο. Vindob. et al. Vulg. τεύχε' ἔκειτο.

505. ϟ— „quod non tria, ſed duo ſunt, quae diſpertitionem faciunt, praeſtetne currum auferre ſimul cum equis, an plures Thracas caedere; alterum autem iterum ad duo reuocatur: fieri enim poterat prius illud aut manu temoni iniecta, vt educeretur currus; aut vt ſublatum humeris currum auferret.“ Scilicet humiles fuere currus bellici: vt ſatis conſtat. Mirum autem omnes edd. ante Barnes. inſidere ἠὲ ἐκφέροι. quod tamen nec codd. agnoſcunt excepto Moſc. 3. recentiſſimo.

506. ἢ ἔτι τῶν πλεόνων Θρηκῶν. Videtur articulus praeter Homericum vſum praefixus eſſe; nec prodeſt, ſi

ex Koeppenii iudicio πλέονες sunt vulgus, turba, vt post necatos principes dubitet an etiam turbam adoriatur, vti E, 673. Verum dicendum τῶν esse ἐκείνων; ἢ ἀφέλοιτο θυμὸν πλεόνων ἔτι (sc. ἐκ) τῶν h. ἐκείνων, adiectum pleonastice Θρηκῶν.

ἢ ὅγε τῶν. vn. Vindob.

507. ἕως ὁ ταῦτ'. Pronuntiatum ὡς ὅτταυτ'. v. ad A, 193. Bentlei. coni. ὡς ὅγε.

510. Bene monet Ven. A. νῆας ἐπὶ γλαφυρὰς, posse et antecedentibus et sequentibus iungi." At praestat prius: νόστου ἐπὶ νῆας. Et alterum μή πού τις καὶ Τρῶας ἐγείρῃσι θεὸς ἄλλος, potest per se sententiam constituere subintellecto δέδοικα. vel, mora interposita, superioribus annecti.

μὴ καὶ πεφοβημένος ἔλθῃς. h. e. εἰς φυγὴν τραπεὶς, Homerico more.

511. θεὸς ἄλλος. ὁ ἡμῖν ἐναντίος. Sch. br. Inde Romani poetae *alius deus* pro aduerso. *alius* pro alienus. Ductum tamen h. l. potius e contexto.

513. καρπαλίμως δ' ἵππων ἐπεβήσετο. κόπτε δ' Ὀδυσσεύς. ἐπεβήσετο, Ven. et Sch. vterque Cant. Harl. Mosc. 3. Vrat. b. A. vn. Vindobon. idque editum inde a Flor. et Aldd. (non ἐπιβήσετο). Lectio Aristarchea. Alii ἐπεβήσατο. quod obtinuit inde a Turnebo praeeunte ed. Rom. et, ex ea, Argent. Iterum mox 529 simile κατεδύσετο 517. Conf. dicta ad B, 35. Γ, 262.

κόψε Cant. Mori. Harlei. Ven. Vrat. b.

515. οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων. ,,quod Zenodotus scripsit οὐδ' ἀλαὸν σκοπιήν. In Ven. est οὐδ' ἀλαὸς σκοπιὴν εἶχ', quod Schol. A. etsi ἀλαοσκοπίην praefixum habet, interpretari videtur, οὐ τυφλὸς ἐς σκοπιὰς, ἀλλὰ τουναντίον δεδορκώς. caussam addit, nusquam poetam dixisse σκοπιὴν *oculos*." Sane quidem, nec h. l. sed in ista lectione σκοπιὴ, quae alias speculam denotat, foret ipsa σκοπὴ, speculandi actus, vti Od. Θ, 302 Ἠέλιος γάρ οἱ σκοπιὴν ἔχε. Quod mireris, ἀλαὸς σκοπιὴν Venetus N, 10 et Ξ, 135. vbi hic versus repetitur, seruat.

In ceteris omnibus, etiam in ceteris locis, *οὐδ' ἀλαοσκοπίην* legitur: Etiam Od. Θ, 285 et ap. Hesiod. Theog. 466 *τῷ ὅγε οὐκ* (leg. *τῷ δ' ἄρ' ὅγ' οὐκ*) *ἀλαοσκοπίην ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων παῖδας ἑοὺς* (*παῖδας ϝους*) *κατέπινεν*. Agnoscunt porro eam Eustath. Etymol. Suidas. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. *τὴν κατασκόπευσιν*. (sc. *ἀλαὰν, τυφλὴν*) adiecto versu, *οὐ τυφλὴν τὴν σκοπιὰν εἶχε. ὡς ἂν εἴποι τις· οὐδ' ὡς ἀλαὸς ἐσκόπευσεν, οὐδὲ τυφλὴν εἶχε σκοπιάν*. vltima otiose sunt adiecta. Scholia br. reddunt: *μάταιον σκοπὸν* (pro *τὴν κατασκοπὴν*) *ὅ ἐστιν· οὐκ ἔλαθεν αὐτόν*. Similiter in Etymol. h. v. Methodius. Hesych. *ἀλαοσκοπίη, τύφλωσις τῶν ὀφθαλμῶν*. Vocem *ἀλαὸς* a *λάω, βλέπω*, ductam melius tradunt, quam qui ab *ἄλη*. v. Schol. ad N, 10. et Eustath.

Seruanda igitur lectio vulgaris *ἀλαοσκοπίην*, etsi pronum esset duplicatum sibilum in *ἀλαὸς σκοπιήν*, non esse ab aliis librariis obseruatum. Vtrum ex his Virgilius ante oculos habuerit, non apparet; etsi is vertit verba Aen. XI, 725 *At non haec nullis obseruans oculis summo sedet altus Olympo.* videtur tamen *non sedet nullis oculis obseruans* idem esse ac *οὐδ' ἀλαοσκοπίην ἔχων*.

Acuitur vox *ἀλαοσκοπίην* ab aliis in vltima *ἀλαοσκοπιήν*, quia a *σκοπιή* ducta est.

Pro *εἶχ'* Mosc. 3. *ἔχεν*.

515. 516. 517. Ambigua est interpunctio horum versuum; pariter atque in simili loco Odyss. Θ, 285. 6. et habet aliquid impediti quamcunque tentes rationem. Praestat tamen antiquorum modus interpungendi post *Ἀπόλλων*. et 517 post *ὅμιλον*. Sic Schol. A. cum Lips. Vrat. A. Vt vidit Apollo Mineruam — ei irascens *κατεδύσετο, ὦρσέ τε*.

Argutantur veteres ap. Schol. B. cur Apollo, si vidit, non interuenit caedi? Scilicet, aiunt, vetitus erat a Ioue, argute! Immo vero, ficta haec sunt ad vsum et morem hominum; ad quem omnia attemperat poeta: ipse deus rebus nondum interuenit.

516. ὡς ἴδ' Ἀθηναίην μετὰ Τυδέος υἱὸν ἕπουσαν. Male ὧς Barnes. et ex eo al. Eſt, *cum videt* Athenen μεθέπουσαν. Apollon. Lex. ad h. l. p. 294 ἕπουσαν, ἀπὸ τοῦ ἕπειν, ὅ ἐστι παραγίνεσθαι. μετὰ Τυδέος υἱὸν ἕπουσαν. οἷον πονουμένην. vltima haec ab aliena manu acceſſere. Scilicet quaeſtio agitata eſt, dicatur ne ἕπειν ſic, vt ſit idem quod ἕπεσθαι. de quo v. ad Heſych. in ἕπουσιν. Certe in h. l. μεθέπειν eſt vna incedere, adeſſe, παρεῖναι.

517. τῇ κοτέων Τρώων κατεδύσετο πουλὺν ὅμιλον. κατεδύσσατο e Romana receperat Turnebus; emendauit Barnes κατεδύσατο. idque malim h. l. propter ſequens ὦρσεν δέ. Eſt tamen optimorum libb. lectio κατεδύσετο, quod iam in Flor. Aldd. et rel. ante Turnebum erat. Vide modo ad 513 ἀπεβήσετο.

518. ὦρσεν δὲ Θρηκῶν Flor. Ald. 1. Θρηΐκων. recte ſi maiuſculis litteris ſcriptum eſt.

520. ὡς ἴδε χῶρον ἐρῆμον. ἔ— „quod Zenodotus verſus transpoſitos ediderat: — ὁ δ' ἐξ ὕπνου ἀνορούσας

ᾤμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα, φίλον τ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον,
ὡς ἴδε χῶρον ἐρῆμον, ὅθ' ἔστασαν ὠκέες ἵπποι,
ἄνδρας τ' ἀσπαίροντας ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσι.

At, aiunt Schol. A. debuit ante cernere facta, quam flere.

ἐρῆμον. Ita ſcripſit Barnes, cum antea editum eſſet ἔρημον, excepta ed. Rom. in qua ἐρῆμον. quod et cod. Mori exhibet. Nititur res obſeruatione grammaticorum: Etymol. παρὰ δὲ τῷ ποιητῇ προπερισπᾶται. Etiam Euſtath. teſtatur h. l. ita ſcribi, vt ἑτοῖμος. v. ſup. ad E, 140. Scribitur tamen ἔρημον in Lipſ. Townl. Moſc. 3. Heſych. in ὡς.

ὅθ' ἔστασαν. Ex grammaticorum doctrina erit ἕστασαν. v. ad M, 55. 56. —

521. ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσι. τοῖς τόποις, ἐν οἷς ἔκειντο νεκροί. Sch. br. et Sch. B. infra O, 633 ad alterum locum in quo occurrit ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῇσι. Etymol. in φονᾶν et in ἄποινα. Add. Heſych. Euſt. Schol. Pindari ad P. XI, 57. vbi Homericum laudat; ſi modo hi homines non argutati ſunt, Nam Homerico vſu φοναὶ ſunt

pro φονῇ, et hoc idem quod φόνος et ἀσπαίρειν ἐν φονῇ eſt idem quod ἐκ φόνου. Apud Pindarum l. c. θῆκε τ' Αἴγισθον ἐν φοναῖς eſt idem pro ἐφόνευσεν, ἔθηκεν, ἐν φόνῳ. Idem vſus in Tragicis obuius eſt. Ita et de ἐν φόνῳ disputatur Jl. Ω, 610 et alio modo de φόνου αἵματος Π, 162. Apud Sophocl. Trach. 558 ἐκ φόνων nil amplius eſt quam ἐκ φόνου. argutatur tamen Schol. loco noſtro laudato. — ἀργαλέοισι φ. Cant.

524. θηεῦντο δὲ μέρμερα ἔργα. θηεῦντο, ἐθαύμαζον. ἐθάμβησαν. v. ad X, 370. μέρμερα ἔργα. v. ad I, 453.

526. ὅθι σκοπὸν Ἕκτορος ἔκταν. σκοπὸν pro κατάσκοπον monent Ven. A. vide ad 342 et ad 38. Reliqua Scholii ſunt retrahenda ad v. 561.

εἰ δ' ὅτε δή ῥ' ἵκαντο. ἵκοντο Barocc. vn. Vindob.

527. ἔνθ' Ὀδυσεὺς μὲν ἔρυξε. Vrat. b. ἔρυκε.

528. Τυδείδης δὲ, χαμᾶζε θορὼν, ἔναρα βροτόεντα. „quod ἔναρα dixit συνεκτικῶς arcum et haſtam cum ceteris (ſc. galea et pelle lupina. ſup. 458. 9. et 333 ſq.) Ven. A. Referunt inter ἔναρα (nec tamen huius loci) etiam κνημῖδας Sch. br. et ad 570. Ven. B.

529. ἐν χείρεσσ' Ὀδυσῆϊ τίθει. in alio ἐν χ. Ὀ. δίδου." Ven. A.

ἐπεβήσετο δ' ἵππων. Primo ἐπεβήσετο etiam h. l. Ven. Barocc. Lipſ. Vrat. b. A. Moſc. 3. edd. Flor. Aldd. At ἐπεβήσατο, Rom. et ex ea Argent. Turn. Steph. et rel. v. ad 513.

ἵππων. De hoc nil monent alii: cum de ſolo Diomede dictum ſit ἵππων non ἵππου. Vlyſſes equum alterum conſcenderat, eique inſidenti arma humi ſublata porrigit Diomedes. Euſtathius p. 820, 58 pluralem tuetur ex 499 quod Vlyſſes *equos loris iunxerat*, quibus nunc vterque inſident. At vſu vulgari ἵππων pro ἵππου dictum eſſe poteſt.

530. μάστιξεν δ' ἵππους. „in alio: μάστιξεν δ' Ὀδυσεύς" Ven. A. nec male. Etiam Barocc. Mori. Townl. vn. Vindob. At Ern. e gloſſa ortum eſſe ſuſpicabatur. Bentl. em. μάστιξεν δ' ἐλάαν. Scilicet ſic, omiſſo ἵππους

abſolute ἐλάαν alibi verſus ſcribitur Jl. E, 366. Θ, 45. N, 27. X, 400 et aliquoties in Odyſſea. at vbique ſubintell. δίφρος, ἅρμα, currum quem equi ducunt. Tandem ἀέκοντε ſcribendum erat, vſu Homerico, non ἄκοντε.

531. νῆας ἐπὶ γλαφυράς. τῇ γὰρ φίλον ἔπλετο θυμῷ. Verſus omiſſus in Veneto, et Townl. et bene eo carere poſſumus; eſt enim otioſus, et τῇ γὰρ φ. ἕ. θ. prorſus ieiunum.. Scilicet aut ad Diomedem ſpectat; ita iners eſt verſus; aut ad equos refertur: τῇ γὰρ φ. Iam equi ad loca, in quibus ſtabulantur, alacres redire ſolere novimus. At h. l. equi Thracum abiguntur ad caſtra Achivorum: quae ſane non erant loca ſolita, ad quae lubenter redirent. Eſt adeo verſus abſurde interpoſitus. Etiam Euſtath. cuius ſenſus alioqui non eſt acerrimus ait: περιττὸν καὶ εἰς οὐδὲν χρειῶδες. adde, quod prior verſus ſaepe ſine hoc altero repetitur; repetitur tamen et inf. Λ, 520. verum de equis qui ad loca ſolita ſe recipiunt.

532. Νέστωρ δὲ πρῶτος κτύπον ἄϊε. ζήτησις, cur πρῶτος Neſtor ſenſerit? vel quia maxime anxius et ſollicitus erat, tanquam auctor conſilii, vel quia intentiore erat animo et aure. Sch. A. B. br.

Porro in ἄϊε nunc prima producitur, alibi corripi ſolita, vt ſup. 160 οὐκ ἀΐεις. v. Excurſ. de digammo.

534. ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός. ἐτυμόν τοι ἐρέω (vt hoc ſit legendum ἐρῶ) Mori. Barocc. ἔτυμόν τι Vindob. ἢ ἐτήτυμον ſphalma ed. Flor. et Ald. 1. correctum in Ald. 2. habet id quoque Townl. Vrat. A. Porro recte huc refert et emendat Barnes gloſſam Heſychii κέλεται δέ με θυμός. παρακελεύεται ἡ ψυχή. Repetitur verſus Od. Δ, 140.

535. ἵππων ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. eſt Latinorum impellere, ferire, aures. Vſurpauit verſum inter extrema Nero ap. Sueton. 49. et de Polemonis voce grandi et altiſona Philoſtr. Vit. Soph. I, 25, 7. Aliter Heroic. II. p. 695. de eo qui alterum auguratur orationem grauem et gratam eſſe exorſurum.

536. καὶ ὁ κρατερὸς Διομήδης. et *ille* ὁ κρ.

537. *ὦδ' ἄφαρ ἐκ Τρώων ἐλασαίατο μώνυχας ἵππους.* *ἄφαρ* h. l. esse *ἐκ τοῦ αἰφνιδίου* docet Apollon. Lex. h. v. et Etymol. etsi laudant vitiose *ὡς δ' ἄφαρ*. Nota quoque fuit obseruatio Eustathio. Eandem habet Porphyr. ad K, 165 vbi illustrat *τὰ ἀπὸ κοινοῦ* interpretanda: vbi *ὦδ' ἄφαρ.* — *δῆλον οὐ τὸ ταχέως.* debuit scriptum esse, *δῆλον ὅτι ταχέως.* praemiserat locum N, 814 aitque forte ductum esse hinc morem loquendi Alexandrinorum, quibus *ἄφαρ* est pro *ἐσπευσμένως καὶ τεθορυβημένως.*

538. *ἀλλ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα.* „*μετὰ φρένα,* Aristarchus" Ven. A. *μή τι πάθειεν,* em. *πάθοιεν* vn. Vindob.

539. *Ἀργείων οἱ ἄριστοι ὑπὸ Τρώων ὀρυμαγδοῦ.* „*ὤριστοι* Aristarchus sine Iota" Ven. A. Debebat esse *ὤριστοι,* vel *ᾤριστοι* ex *οἱ ἄριστοι.* At Iones emolliisse feruntur: vt in *ὦλλοι,* v. ad B, 1. et *ὠυτὸς,* de quo v. ad E, 396. De *ὤριστοι* mox ad Λ, 288.

ὀρυγμάδου vitiose et h. l. Aldd. vt I, 248 vbi vide, et alibi.

οἱ ἄριστοι. illi.

542. *τοὶ δὲ χαρέντες δεξιῇ ἠσπάζοντο.* Apud Eust. alii *δεξιῇ τ'* (nisi *δεξιῇς* fuit) *ἠσπάζοντο,* vt binis syllabis efferretur. *δεξιῇς* Cant. Vrat. b. A. Mosc. 3. sicque edd. ante Turnebum, qui *δεξιῇ ἠσπ.* ex Romana recepit; quod et firmant codd. vt Ven. Schol. Aristoph. Plut. 753.

544. *εἴπ' ἄγε μ' ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ.* — „*πολύαινε.* *Ἀρίσταρχος, πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιε. οἱ δὲ πολύμυθε.*" Apollon. Lex. h. v. Sch. br. et inde Hesych. scilicet pro duplici vocis *αἶνος* significatu. Praestat tamen prior ad h. l.

545. *ἵππους* quod Zenodotus *λαβέτην* scripserat; atqui hoc tertiae personae foret. Porro cum alii continuent: *ὅππως τούς δ' ἵππους λάβετον καταδύντες ὅ.* vti Eustath. ed. Rom. et reliquae edd. forte vsque ad Turnebum, interpungendum esse monet Ven. A. post *λάβετον,* vt noua interrogatio succedat; sic et *Telephus* statuit *ἐν τῷ*

ἢ τῶν γραμματικῶν." ſcilicet ſupplendum ἢ καταδύντες ὅ. T. ἤ τις σ.

καταδύντε Cant. ita hiatus infertur. καταδύντ' ἐς vn. Vindob.

Tandem πῶς δὴ τούςδ' ἵππους λάβετον laudat Plutarch. Sympoſ. II. Problem. I. p. 630. D.

546. ἤ τις σφῶε πόρε θεὸς ἀντιβολήσας. Et quod Zenodotus σφῶϊ ſcripſerat, quod eſſet ὑμεῖς vel ὑμᾶς. At σφῶε per ε et πόρεν Ionice" (ſcil. ne eſſet σφὼ ἔπορεν). Sic Ariſtarchus et Herodianus. (Sequuntur eos Sch. br. ἤ τίς ὑμῖν αὐτοὺς παρέσχεν;) Docetur hinc diſerte a Sch. A. σφῶε eſſe tertiae perſonae pro τοὺς αὐτοὺς, (ſc. τοὺς δύο ἵππους) σφὼ autem eſſe perſonae ſecundae, ὑμεῖς vel ὑμᾶς. (quod et σφῶϊ vt mox 552.) Vnde etiam grammatici ſtatuerunt εἰ μὴ σφὼ Αἴαντε διέκρινον, P, 531 eſſe eliſionem σφῶ'. add. Apollon. de Syntaxi, II, 22 p. 167. et ſup. ad A, 8. In Mori erat σφῶ ἔπορεν. Saltem ſcribendum erit σφῶ' ἔπορεν. vn. Vind. ἤ τις σφῶε θεῶν πόρε.

547. αἰνῶς ἀκτίνεσσιν ἐοικότες. Mutat poeta caſum, et ab obliquo ad rectum procedit (vt ſup. 437. et al.) Ven. B. mirantis hoc eſſe ſtatuit. Erat tamen ἐοικότας in Vrat. b. A.

548. Τρώεσσ' ἐπιμίσγομαι. „γρ. Τρώεσσ' ἔπι μίσγομαι" Barnes.

550. οὐδ' ἐνόησα, ἐξ ἀκοῆς δηλαδὴ μαθών. vt bene Euſtath.

552. σφῶϊ male σφῶε Vindob.

556. ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων. θεός γε θέλων Cant. Lipſ. Townl. contra Homeri vſum. Mox δωρήσεται Townl. peccat. ἥεπερ εἴην Moſc. 3. oſcitantia librarii.

557. ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν, ſc. οἱ θεοὶ, non οἱ ἵπποι vt alii ap. Euſt. et eliciendum illud ex θεός. Simile de diis epiphonema et alibi obuium, vti Od. X, 288. 289. Barnes receperat ἐπειὴ πολὺ φέρτερός ἐστιν. quod Cant. habet; ex interpolatione ſcilicet. Mira eſt

allucinatio in Apollon. Lex. ἄφαρ. — καὶ ἀντὶ τοῦ ἔπειτα. — ἄφαρ δέ τε φέρτεροι. cf. Villoiſ.

558. ἵπποι δ' οἵδε. vnus Vindob. οἵγε.

559. ⁓ quod σφὶν, αὐτοῖς, pro τὸν ἄνακτα σφῶν. Townl. τῶν δέ σ. male. Excitat verſſ. tres Plutarch. Praecept. polit. p. 808 C. pro exemplo communicatae laudis.

560. πὰρ δ' ἑταίρους propagatum in edd. Flor. Aldd. nec correctum niſi in Heruag. tum ex Rom. in Turn.

δυοκαίδεκα πάντας iungere iubet Clarke. et illuſtrat hanc formulam, cum numero apponitur πᾶς, vt Latini *decem ipſos dies* pro *omnino:* vt numerum plenum et exactum declarent. Non tamen video, quidni h. l. poſſint *omnes* fuiſſe *viri principes* πάντας ἀρίστους. δύω καὶ δέκα puto antiquos ſcripſiſſe, vt habent codd. in his Vrat. b.

561. τὸν τρισκαιδέκατον, σκοπόν. ⁓ „quod Dolonem XII Thracibus accenſet, Rheſum autem eorum regem ſeparat; vnde et fuere qui ſcriberent, τὸν τετρακαιδέκατον." Similia in Sch. br. Eſt longa et inanis quaeſtio Porphyrii in Ven. B. cuius pars adhaeſerat Scholio ad 526.

563. Τρῶες ἀγαυοί. eſſe hoc ironice dictum ſtatuit Ven. A. et Sch. br. Male. Eſt epitheton ornans perpetuum.

565. καγχαλόων. γελῶν. χαίρων. gloſſa Heſychii ad h. v. ſpectat; Etiam Sch. br. χαίρων. adde Euſtath. h. l. cf. ad Γ, 43. et ad Ζ, 514.

566. κλισίην ἐΰτυκτον. εὔκτητον Moſc. 3. nil niſi ſtupor librarii.

569. ἔστασαν ὠκύποδες μελιηδέα. totus verſus ſuſpectus erat Bentleio: forte quia eo carere poſſumus, aut quia μελιηδέα οἶνον ſtatim 579 ſequitur. μελίφρονα πυρὸν dixit ſup. Θ, 188.

570. νηῒ δ' ἐνὶ πρύμνῃ. ⁓ „quod pro νειὸς πρύμνῃ dicit ἐν νηῒ πρύμνῃ" (Hoc et Sch. br.) et „quod ἔναρα nunc communi vſu poſuit pro armis quibusuis; cum pro-

prie non ſint niſi ὅσα συνήραρε καὶ συνήρμοσε, thorax, galea et ocreae." Argutiae ex etymo, quas iam ſupra vidimus ad 528.

„γρ. νηῒ δ' ἔνι πρ." Barnes.

571. θῆκ' Ὀδυσεὺς, ὄφρ' ἱρὸν ἑτοιμασσαίατ' Ἀθήνῃ. ⊱ „quod de ſacrificio diſerte loquitur, de conſecratione nil addit." Sic Ven. A. et Sch. br. mirum acumen! ſcilicet veteres ſic acceperunt: repoſita fuiſſe ſpolia in puppi, *donec facultas eſſet faciendi ſacrum Mineruae;* vnde et Ven. B. ait, ὄφρα eſſe pro ἕως. et Sch. br. ἱρὸν, ἱερεῖον. σφάγιον. Nec aliter Euſtath. Inſederat animis, quod ſup. 292 Diomedes vouet victimam βοῦν ἦνιν — Atqui ἱρὸν h. l. eſt res conſecrata, ἀνάθημα. Accipio itaque: *vt facerent* (Vlyſſes et Diomedes) *eas exuuias donarium Mineruae.*

ἱερὸν, Lipſ. quod ad idem redit; pronuntiatur enim binis ſyllabis.

572. ἀπενίζοντο. pronuntiandum ἀπεννιζ. At ſi h. l. non geminatur littera, cur geminatur aliis locis? De hac ablutione disputatur ap. Athen. I. p. 24 D.

573. ἐςβάντες κνήμας τ' ἠδὲ λόφον ἀμφί τε μηρούς. ⊱ „quod λόφον poeta nunc dixit τὸν τένοντα, (tendinem ceruicis pro ipſa ceruice) vnde et Od. K, 169 τὰ καταλοφάδεια (male ſcriptum — δειαν) dixit, κατὰ τὸν τένοντα." Ven. A. Diſertius Euſtath. ὁ ἄνω τένων, ἤτοι ὁ περὶ τὸν τράχηλον. ὅθεν καὶ τὸ καταλοφάδια ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τό· ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως φέρειν (in Antigone eſt 297 οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ λόφον δικαίως εἶχον) ὡς λόφου ἐν τοῖς ζώοις ὄντος τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον μέρους, ᾧ ἐπίκειται ὁ ζυγός." De εὔλοφος, δύςλοφος, v. Heſych. Suid. cum notatis ad e. λόφον, τράχηλον agnoſcunt quoque ex h. l. Etymol. et Heſych. primoque loco Apollon. h. v. cf. inf. Ψ, 508. et ibi Euſtath.

Porro Ven. A. obſeruat, ἀμφὶ (abſolute poſitum) communiter ad κνήμας et ad λόφον μηρούς τε ſpectare." Meliora haec quam in Sch. br. ἀμφί τε. καὶ ἀμφοτέρους τοὺς μηρούς.

Supereſt aliud, quod vulgo lectum eſt metro corrupto κνήμας τε ἰδὲ, turpi hiatu. Correxi monente quoque Bentleio τ' ἠδὲ, quod et in Etymol. l. c. reperitur. τε ἰδ' αὖ λόφον Harlei. cum vno Vindob. τε ἠδὲ in altero. quod et ipſum vitioſum.

Pro ἐςβάντες erat ἐμβάντες in Barocc. Mori. Vrat. A. binis Vindob. edd. Ald. 1. et Rom.

574. ⸖ quod σφὶν pro σφῶν. et quod ſcribendum eſt ἐπεί σφιν.

575. καὶ ἀνέψυχθεν. ἀνέψυχε Townl. vn. Vindob.

576. ἀσαμίνθους. Notauit vocem tanquam Homericam Pollux X, 64 cum ipſo verſu. λεκάνας. παρὰ τὸ τὴν ἄσην (immo ἄσιν. v. Φ, 321) ἤγουν τὸν ῥυπὸν, μινύθειν. ὅ ἐστιν ἐλαττοῦν καὶ μειοῦν. Ven. B. Similia Apollon. Lex. h. v. Sch. br. et Euſtath. ad Od. Δ, 48 qui et ipſe male haeret inter ἄσιν et ἄσην. Diſertiora haec, quam quae ſunt ap. Heſych. et Etymol.

577. λίπ' ἐλαίῳ primo nunc occurrit. In quo declarando mira commenti ſunt grammatici. Sch. br. λίπα. λιπαρῶς ἢ εὐεκτῶς. Etymol. ἀπὸ δὲ τοῦ λιπαρὸν γίνεται κατὰ ἀποκοπὴν λίπα, (quod et Euſtath. et alii ſtatuunt) οἷον λίπ' ἐλαίῳ· ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς ἐπίῤῥημα, ἢ ἐκτενῶς. (Confunduntur duo diuerſa, λιπαρὸν *pingue* et λιπαρὴς aſſiduus.) Apponuntur plura in Heſychio, et videntur λίπ' accepiſſe λίπα. Herodianus ap. Euſt. ad Od. Z, 220. a λίπος putabat factum eſſe λίπας et inde τὸ λίπα. Mihi ſemper perſuaſi eſſe antiquam vocem λὶψ, λιπὸς, *pinguedo*, et, *antiquo ſermone*, ſubſtantiuum pro adiectiuo poni, et eſſe adeo λίπα ἔλαιον *oleum nitorem* pro *oleo nitenti*; et ex hoc nunc λιπὶ ἐλαίῳ, ſ. pingui, ſ. nitido oleo. Non conuenire putes Thucydideum IV, 68 λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι. at eſt forma loquendi Attica (κατὰ) λίπα pro λιπί. Rem conficit vſus vocis ap. Hippocratem. v. Foeſii Lexic. Hippocr. h. v.

λούσαντο. „γρ. λοέσαντο.“ Barnes.

578. δείπνῳ ἐφιζανέτην. ⸖ „quod de omnibus hoc intelligendum, non de ſolo Vlyſſe et Diomede; et quod

ἠριστοποιοῦντο· mane enim erat:" ſc. tempus τοῦ ἀρίστου. Parum grauis animaduerſio Schol. A. At B. κατὰ τὸ σιωπώμενον victima caeſa puta, inquit, dedicata eſſe ſpolia et ſumtum eſſe cibum. Vanum et hoc. Aliud eſt quod Koeppen obſeruat: tertia iam vice ſumere hos heroes cibum: primum veſperi, ſup. I, 90. tum apud Achillem 221. nunc tertio h. l.

679. ἀπὸ δὲ κρητῆρος Ἀθήνῃ πλείου ἀφυσσάμενοι. ⊱ „ὅτι ἀντὶ τοῦ πλῆρες. Ven. A. Legit ergo πλεῖον, non πλείου. Niſi ſcripſerat πλήρους. quod et in Apollon. Lex. eſt p. 556.

ἀφυσσόμενοι Ven. A. οὕτως Ἀρίσταρχος. (Idque habet Harlei.) ἄλλοι δὲ, ἀφυσσάμενοι." Hoc et Sch. br. agnoſcunt.

Wood mira cum ſubtilitate obſeruat (p. 225. *On the Orig. Genius of Homer*) poetam, qui in minutiſſimis quoque diligens ſit, probabilitatem nunc in eo etiam ſequi, quod Vlyſſi et Diomedi tempus quieſcendi et ſe reficiendi concedat; non enim niſi Jl. Λ, 312 iterum memorantur. Probo acumen; ſed ipſa obſeruatio concidit, ſi cogites mane exiiſſe Achiuos in aciem; neceſſe adeo fuiſſe, vt cum iis Vlyſſes et Diomedes exirent, cum mox in pugna et ipſi virtutis ſuae dent experimenta.

EXCVRSVS AD K (LIBRVM X)

de voc. ἀδέω. ἀδδέω.

K, 98 μή τοι μὲν καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ κοιμήσωνται. Cum ἀδδηκότες iungatur cum binis vocibus καμάτῳ et ὕπνῳ, quae non videntur ad notionem eandem communem adigi poſſe: grammatici in etymo eius conſtituendo operam poſuere, vt inde ſignificatum conſtituerent. Errant autem potiſſimum inter duas ſententias, vt aut ab ἀηδέω ducant, aut ab ἄδω. ἀδέω.

Schol. br. ὑπὸ τοῦ κόπου ἀηδῶς διακείμενοι, ὀκνήσαντες. ἠδὲ καὶ ὕπνῳ, τῇ ἀγρυπνίᾳ. Schol. A. nihil apposuit de etymo et ſignificatu, ὕπνον tamen et ipſe accepit de ſomno quo quis opprimitur. Schol. B. ἀηδισθέντες. ὕπνῳ δὲ τῇ ἀγρυπνίᾳ λέγει. „ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένοι·" (Od. Z, 2.) Hoc, cum Etymologo, Euſtathius quoque ſequitur; etſi et alterum habet: ἀντὶ τοῦ, κορεσθέντες. ἐπεὶ καὶ ἄδος ὁ κόρος, κατὰ τοὺς παλαιούς. Apponit quoque vtrumque prior his Apollon. in Lex. ἀδηκότες, ἄδην ἔχοντες καὶ πεπληρωμένοι· „ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀδηκότες." ἀηδῶς διατεθειμένοι. τὸ δὲ παραπλήσιον ἐπὶ τοῦ· „δείπνου ἀδήσειεν" (Od. A, 134.) ἀντὶ τοῦ, ἀηδεσθείη. Ex Apollonio ſua habet Heſych. in ἀδηκότες.

Iam in hac grammaticorum doctrina primo caret analogia, αη mutari in α, vt ex ἀηδέω fiat ἀδέω, et ex ἀηδὴν, ἀδήν, ex ἄδη, κατ' ἄδην. Tum vero, ſi ἀδέω ex contractione neceſſario habet priorem longam, neceſſe eſt etiam id, vnde ducitur, ἄδην priorem productam ha-

bere. Iam autem Jl. N, 315 videbimus οἵ μιν ἄδην et T, 423 Τρῶας ἄδην quod et ad Tragicos migrauit, v. c. Eurip. Hel. 626 ἡμᾶς τόδ' αὖθις ὡς ἄδην ἐν Ἰλίῳ. Manifeſtum ex his ſit, primam in ἄδην eſſe breuem, ergo et in ἀδέω. vt omnino omnis haec etymologia ſit abiicienda.

Si conſtaret, ἀηδεῖν eſſe vocem Homericam (et poſſit comparari cum ἀηθέω, v. inf. ad K, 493 ἀήθεσσον) dicerem in loco ex Od. A, 134 laudato ſcriptum fuiſſe non ἀδήσειεν, ſed ἀηδήσειεν. μὴ ξεῖνος, ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ, δείπνῳ ἀηδήσειεν. ne inter conuiuandum moleſtiam ex clamoribus ſentiat. At nec codd. nec grammatici vllam in loco eo ſuſpicionem mouent, et recte ἀδεῖν eo loco ad ſollennem vſum redit, dummodo ſcribatur ἀδδήσειεν.

Scilicet ad disputationem, quae ſupra ad E, 203 Excurſu I. inſtituta eſt, referenda eſt tota quaeſtio: vbi erant equi εἰωθότες ἔδμεναι ἄδδην. Iam autem, vti ad e. l. comparatione multarum rerum ſimilium apparuit, erat nomen ἄδη priore breui, *ſatietas*, et quoties ſyllaba producenda eſſet, ἄδδη, ergo κατ' ἄδδην, et ἄδδην ſimpliciter, abunde. Etiam Heſych. ἄδδην, εἰς κόρον καὶ εἰς πλησμονὴν, τοῦ ἑνὸς δ πλεονάζοντος. Inde ἀδέω *ſatio*, et *ſatietate faſtidium creo et moleſtiam*, et idem ἀδδέω, quoties prior ſyllaba producitur. Deferendum itaque veterum grammaticorum acumen, ac ſi ex ἀηδέω contractum ſit ἀδέω. cuius rei neque analogia eſt.

De ſcriptura ex codicibus iudicium haud facile faciam: veteres litteras geminaſſe pronuntiando, non ſcribendo, ſatis conſtat, et imperitos prosodiae grammaticos et librarios modo recte modo perperam geminaſſe infinitis exemplis in propatulo eſt. ἀδδηκότες editum eſt inde a Flor. Aldd. Rom. Etiam alibi, vt inf. 312. 399. 471. M, 281. Contra ἀδηκότες Ven. vterque, Barocc.

Townl. Vrat. A. Schol. br. ed. Ald. Eustath. Etymol. Hesych. at hi sequuti sunt opinatam etymologiam ex ἀηδέω.

Nec tamen negare ausim, fuisse fundum aliquem iudicii grammatici; potuit enim esse et fuisse videtur tale verbum: ἀηδέω. quod etiam factum est ἀαδέω. Ap. Hesych. ἀαδεῖν. ὀχλεῖν, λυπεῖσθαι, ἀδικεῖν, ἀπορεῖσθαι, ἀσιτεῖν (Emendandus hinc est, etiam litterarum ordine iubente, Apollon. Lex. p. 6. qui eadem habet in ἀδεῖν.) Et ἀαδές. ἀηδές. Ex adiecto ἀσιτεῖν possis tertium vocis vsum statuere, ex ἄδη satietas, vt esset ἀαδεῖν, vt Laconibus fuit ἄαδα, ἔνδεια. Diuersa tamen vel sic sunt τὸ ἄδος. ἄδω priore longa. Vnde ἄδει, ἀνιᾶται ap. Hesych. et ἀδεῖ, λυπεῖ. ἄδεται, πίμπλαται. κοπιᾶται.

IN LIBRVM XI. (Λ) ILIADIS

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

1. Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυθ'. De Tithono τὰ μεμυθευμένα exponunt A. B. hic de Tithono in cicadam mutato narrare ſe ait ex *Hieronymo.* Euſtathius, qui ea repetit, Ἱερώνυμόν τινα memorat. Potuit tamen eſſe Rhodius, Ariſtotelis diſcipulus cuius ἱστορικὰ ὑπομνήματα ab Athenaeo laudantur. Hieronymus et Epaphroditus ἐν ὑπομνήματι ἀσπίδος Ἡσιόδου in Etymol. MS. laudantur: alterum fuiſſe locum ex iſtis ὑπομνήμασι ſuſpicor.

Τιθωνοῦ ἀγαυοῦ. Sch. br. ἄγαν ἐνδόξου. καλοῦ. Ex Apollon. Lex. καὶ ἐπὶ τοῦ ἄγαν καλοῦ appoſito hoc verſu. De ἠὼς v. ad Θ. 1. ὄρνυθ' Townl. Ceterum libri huius exordium ita eſt comparatum, vt nouum prorſus carmen exordiri voluiſſe videatur poeta; vt adeo et ipſa haec rhapſodia ſingulare olim carmen conſtituiſſe videatur. Senſit ac vidit quoque Wolf. proleg. p. 126. 94.

2. ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι. ἵνα — φέρῃ Lipſ. Harlei. perpetua variatione, etiam inf. T, 2 vbi hic vſ. repetitur. Ap. Lesbonactem p. 186 ἵνα θανάτοισι (corr. ἵν' ἀθ.) φαείνοι. memoriae vitio ex Od. M, 385. Ἠέλι' ἤτοι μέν συ μετ' ἀθανάτοισι φάεινε. v. Excurſ. II ad Lib. VII, (H.)

3. Apollon. Lex. in προΐηλε. — ἐπὶ δὲ τοῦ ἐξέπεμψε· Ζεὺς δ' Ἔριδα προΐαλλε.

4. Ἔριδα — πολέμοιο τέρας μετὰ χερσὶν ἔχουσαν. E quod Πόλεμος in perſonam mutatus memoratur; vt E,

592 Ἐνυὼ — ἔχουσα Κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος“ (At ibi manu prehensum ducit; h. l. autem τέρας Πολέμοιο μετὰ χερσὶν ἔχει, aliquid quod manu tenet, eleuat.) Hoc idem est quod Schol. br. velle videntur: πολέμοιο τέρας, περιφραστικῶς τὸν πόλεμον. Et Suidas: Πολέμοιο τέρας. τὸν εἰδωλοποιούμενον Πόλεμον. τὸν ποιητικὸν τοῦ ἐνεργητικοῦ πολέμου. Bene haec: modo in poeta esset exhibita Eris ἄγουσα, ducens Πόλεμον manu. At illa est tenens manu Πολέμοιο τέρας. „Alii, in quibus Aristophanes, Eridem fulmen manu tenere putabant; quia poeta ait: ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ sq. K, 5—8.“ est sane ibi fulgur signum, quod inter alia portendere bellum fertur; at nouum nunc esset, Eridem fulmine esse armatam. „Apollonius etiam Κυδοιμὸν intelligebat;“ ex Il. E, 592 vt paullo ante vidimus.

In Apollonii Lex. nihil est quod huc spectet, nisi quod ad vocem ἀργαλέην adscribitur hemistichium, nulla adiecta interpretatione. „Alii ensem, alii facem intellexerunt.“ Paria sunt apud Eustathium. De hasta videtur accepisse Quintus qui locum expressit lib. X, 53 sqq. vbi Eris — πάλλε δὲ λοίγιον ἔγχος ἐς ἠέρα — μέγα δ' αἰὲν ἄϋτεεν ὀτρύνουσα αἰζηούς· οἱ δ' αἶψα συνήϊον ὀτρύνοντες ὑσμίνην, δεινὴ γὰρ ἄγεν θεὸς ἐς μέγα ἔργον. (nam δεινὴ in δεῖξιν latere nullus dubito.) Facem vtique praeferam. Potest pro interpretatione esse locus Statii iam a Koeppen laudatus Theb. IV, 5. 6. *Prima manu rutilam de vertice Larissaeo Ostendit Bellona facem.* Sequitur ibidem: *dextraque trabalem Hastam intorsit agens.* In Schol. B. occurrit quoque hoc: alios hastam, alios Iridem ipsam, seu Arcum caelestem intellexisse. De flagello cogitabat Koeppen, inductus flagello Bellonae apud Virgilium Aen. VIII, 708. Quicquid est, liberum esse voluit poeta vnicuique substituere quod liberet; ipse nihil aliud memorauit, quam, deam *manu signum pugnae committendae tenuisse;* quale illud fuerit, non adiecit. Supra Θ, 220. 221 Agamemnon purpuream vestem eleuabat. Nostra enim vexilla aliaque signa mi-

litaria ignorarunt homines iſta aetate; neque tubae, σάλπιγγος, vſus militaris erat. Ducis vel Praeconis voce pleraque expediebantur.

6. ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε. ⸓ „quod hinc ordo navium ſubductarum, τοῦ ναυσταθμοῦ, intelligitur.“ Schol. A. De Vlyſſis μεγακήτεϊ νηΐ. v. ad Θ, 222.

Verſus hi 5—9 iam ſupra Θ, 222—226. legebantur, ex hoc loco translati: v. ibi ad vſ. 224. 5. 6. Nunc enim debitum ac proprium habent locum. Verſibus 7. 8. ludicro modo vtitur Plutarch. Sympoſ. V, 5. p. 679 B.

8. τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας εἴρυσαν. Nunc ἔσχατα conſtanter legitur; non ἔσχατοι, vt Θ, 225.

9. ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Townl. πίσυνοι κάρτει τε χειρῶν. An fuit πίσυνοι κράτεϊ δέ τε χειρῶν?

11. ὄρθι', Ἀχαιοῖσι δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ. ⸓ „quod nunc amor pugnae iniicitur animis per cladem κατὰ τὴν κόλον μάχην (Il. Θ.) acceptam fractis; non cupido redeundi domum“ Sch. A. reſpiciens vſſ. 13. 14.

ἤϋσεν — ὄρθια. ὀρθῶς, ἀνατεταμένως. μεγάλως. Schol. br. Pro ὀρθῶς quis non credat ὀρθίως eſſe ſcribendum? Verum et Vrat. A. gl. ὀρθῶς. ὀρθή. Et videntur grammatici nonnulli accepiſſe ſic; ſtetiſſe deam *erectam.* Nam ap. Apollon. Lex. h. v. verſu laudato: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος, ἀνατεταμένως. ὁ δὲ Ἀρχιγένης μᾶλλον, ὀρθά. Debuit ſaltem ὀρθή legere. Enimuero ὄρθιος de voce intenta et elata recte dictum accipitur; de quo ſenſu cf. Heſych. h. v. Duxerat hinc ὀρθιάζειν Andocides. v. Harpocration h. v. vbi vſſ. 10. 11. 12 adſcripti ſunt. At νόμος ὄρθιος prorſus alienus eſt ab Homero eiusque aetate; etſi Euſtathio obtemperant Clarke et Erneſti, et concinit Suidas, verſu hoc adſcripto, in voc. Χαιριδεῖς. add. ὄρθιον νόμον.

Porro legebatur ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν, μέγα δὲ σθ. Verum conſentiunt in ordinem repoſitum ὄρθι', Ἀχαιοῖσι δὲ μέγα σθ. codd. Cant. Mori. Euſtath. Schol. Pindari Ol. IX, 163. Schol. Ariſtoph. Acharn. 16. Adde Townl.

Vrat. b. et Venetum. Etiam Harpocrat. in Notis Valef. p. 9.

σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ. peccat in metricam regulam propter digamma in *ϝεκαστῳ.* Nec tamen aliter legitur in locis laudatis, nec alibi. Emendat percommode Bentleius: *σθένος ὦρσε ϝεκαστου καρδίῃ*, ex B, 451. vbi hi iidem vff. 11—14 leguntur: *ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ καρδίῃ, ἀ.* Enimuero hoc ipfum peccatum in digamma arguit interpolatorem feriorem rhapfodum, qui digamma ignorabat et orationem variabat. Nec videntur plura antiquiori poetae deberi, quam haec: *ἔνθα στᾶσ', ἤϋσε θεὰ μέγα τε δεινόν τε. Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν* — Videbimus hanc ipfam interpolationem iteratam inf. Ξ, 151. 152.

12. *ἄλληκτον πολεμίζειν.* „fuerunt qui iungerent *σθένος ἄλληκτον*" Schol. A. *ἄληκτον* et hic codd. vt Lipf. Sic B, 452. I, 632. Alibi eft *πολεμιζέμεν ἠδὲ μ.*

13. *τοῖσι δ' ἄφαρ* ⁜ — 14. *ἐν νηυσὶ* ⁜ — „hi duo verfus delentur: *οὗτος καὶ ὁ ἑξῆς* (ita legendum) *ἀθετοῦνται — καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει δὲ ἠθέτηνται. παρὰ Ζηνοδότῳ δὲ οὐδὲ ἦσαν.*" Et tamen vfus eos probauit! Agnofcunt eos omnes et interpretantur Schol. B. Euftath. „Afterifcus autem appofitus eft, *ὅτι κατὰ τὴν Ω ῥαψῳδίαν ὀρθῶς κεῖνται, ὅτι ἐλπίδας ἀνακομιδῆς ἔσχον εἰς τὴν πατρίδα*" Sch. A. Pro *Ω ῥαψῳδίαν* haud dubie leg. B. funt vff. 453. 454. libri II.

15. *Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν, ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν.* Ionicum *δὲ βόησε* nusquam fcriptum video. Barocc. *ἐβόησ' ἠδὲ. ζώννυσθαι.* Apollon. Lex. *ἀπὸ μέρους, καθοπλίζεσθαι. ἄνωγε* effe ab *ἀνώγου* Clarke notat, v. ad Θ, 322.

16. *ἐδύσατο νώροπα χαλκόν.* Recte *ἐδύσατο* codd. et edd. Flor. Ald. 1. Intulerat Ald. 2. *ἐδύσσατο*, male, cum *υ* per fe producta fit. Reuocauit *ἐδύσατο* Barnes. v. ad Γ, 328. *ἐδύσετο* Cant. perpetua variatione; vt eod. loco et B, 578. et K, 517. De voc. *νώροπα χ.* vid. ibid. ad B, 578 vbi hoc idem hemiftichion legebatur.

17. Κνημῖδας μὲν πρῶτα. ⟝ „quod poeta curiosius describit armaturam Agamemnonis, cum eius ἀριστεία sit exponenda“ Sch. A. recte.

Lecti iam sunt vss. 17. 18. 19. supra Γ, 330. 331. 332. vbi v.

20. τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε. Laudat versum Schol. Pind. Nem. XIII, 29. et P. II, 27. Plures de Cinyra fabulae esse debuere; vide vel Eustath. puto in Antehomericis, forte in ipso Cyprio Carmine, tum in Νόστοις. Sequiores pertexuere eas, vt de appulsu Agamemnonis ad Cyprum et attexuere alias. Videtur omnino fuisse auctor aliquis, qui fabulas Cyprias exposuerat: vt vel ex Apollodoro III, 14, 3. colligo. Magnum in his fuit nomen Cinyrae: v. Notas ad e. l. vt statuas omnino plures fuisse Cinyras fabulis celebratos. Cinyram Biantis filium edit h. l. Schol. B. Forte Θείαντος fuit, quod est nomen in mythis Cypriis memoratum; et legitur quoque ap. Eustath. p. 827, 33. Inuenta h. l. est a grammaticis caussa munerum mittendorum, quod societatem belli detrectando placare voluit Agamemnonem Cinyras: Sic Schol. B. At vide simpliciora in Nota. Nunc autem, vt in aliis, exoritur quaestio: cum hanc narrationem attingat tantum Homerus, fuerintne iam tum carmina alia, in quibus haec copiosius exposita fuerant, ita vt poetae satis esset, leuiter tantum ea perstringere. Et, si iam tum extitere carmina, num Cyclici poetae ex iis hauserint an transscripserint?

21. πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος. ⟝ „Κύπρονδε. quod sic dixit εἰς Κύπρον ἠκούετο. (hoc et Sch. br.) similiter ac Σκάνδειανδ' ἄρα δῶκε K, 268. Recte, quod ad prius; at ἐπεύθετο non passiue Homero dicitur, sed est Cinyras audierat ἐπύθετο, ἤκουε, Κύπρονδε, famam quae vsque ad Cyprum manauerat. Sic statim 498 οὐδέπω Ἕκτωρ πεύθετο. P, 408 πολλάκι γὰρ τόδε μητρὸς ἐπεύθετο νόσφιν ἀκούων. cf. inf. Π, 515. πεύθεσθαι esse αἰσθέσθαι, docet ex Homero Schol. Aristoph. Eq. 1299.

22. ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον. ſe-quod πλοῦν, nauigationem e Peloponneſo verſus Troiam, ἀνάπλουν appellat. „Ven. A. et Euſtath. ἀναπλέεσθαι Flor. ſtatim emendatum in Ald. 1. ἀναπλεύσασθαι Cant.

24. τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο. οἶμοι. alias *viae*. nunc ῥάβδοι. *virgae*. *ſtriae*. (*Streiſſe*) ζῶναι ſunt ap. Euſtath. Erat igitur θώραξ ῥαβδωτός. rectae an obliquae fuerint, quis dixerit? Haec A. et B. qui prius illud, recte puto, probat. At Apollon. Lex. h. v. οἶμος, ὁδός. ὅθεν καὶ τοὺς κύκλους τῆς ἀσπίδος — οἴμους εἶπεν. laudato hoc verſu. Idem B. ordinem virgarum talem edit: fuiſſe vnam virgam (potius duas) κασσιτέρου, tum vnam auream, vnam κυάνου; inde iterum κασσιτέρου, et ſic porro; ad ceruicem autem duas fuiſſe aureas. Similia Euſt. adde virum doctum, qui nuper praeclare de thorace egit, Boettiger ad Pictur. Vaſor. I, 2. p. 77.

μέλανος κυάνοιο. κύανος qui ſit, a grammaticis quaeſitum eſſe aut disputatum fruſtra expectes. Illud modo ex Heſychio et Euſtathio teneas, κύανος εἶδός τι χρώματος μέλανος, ſeu, quod in Heſychio eſt οὐρανοειδές. Eſt igitur color ſeu pigmentum: qualis color fuerit cyaneus, ex nubibus et mari intelligimus, quibus color ille tribuitur. Iam autem quaeritur, quanam ex materia pigmentum illud conſtiterit? Beckmann. Collega honoratiſſ. (ad Auſcultat. mirab. p. 123 et *in Beyträgen zur Geſchichte der Erfindungen* IV B. 3 St. p. 356.) cyanum veteribus ex diſerta Theophraſti de lapid. ſ. 71. 90. auctoritate docuit fuiſſe ochram aeream caeruleam, aut mineram eadem tinctam. Cum tamen h. l. κύανος in thorace memoretur, aliis ille pro ſtanno aliis pro chalybe habitus fuit. Non alienus erat Beckmann. ab ea ſententia, vt ferrum ſeu chalybem caeruleo pigmento induere iam tum tenuiſſe veteres videri poſſint; etſi, an chalybis tractandi et conficiendi ratio iam Homerico aeuo nota fuerit, non conſtat. Κύανον et plumbi et ſtanni nomen fuiſſe autumat Mellin, elegantis doctrinae laude clariſſ. qui de *mineralogia Homerica* nuper ſcripſit. Eſt certe

h. l. κύανος μέλας vſ. 24 et vſ. 35 opponitur κασσίτερος λευκός. Quod ſi probabile ſieri mox videbimus, eum eſſe *plumbum candidum*, non improbabile videri poteſt, faſcias illas caeruleas in thorace factas fuiſſe ex *plumbo nigro*, etiamſi κύανος per ſe non plumbum nigrum, ſed tantum colorem cyaneum deſignet. Nam veteribus duo plumbi genera, alterum nobilius, alterum deterius, nota fuiſſe dubitari nequit. Verbo neceſſe eſt, fuiſſe aliquod metallum, quod fuſione iungi poſſet aeri: ita quoque in Achillis clipeo eſt foſſa cyanea et ſeptum plumbo candido circumductum, ἀμφὶ δὲ κυανέην κάπετον περὶ δ' ἕρκος ἔλασσε κασσιτέρου. Il. Σ, 564. memoratur quoque in clipeo Herculis ap. Heſiod.

Pro τοῦ δ' ἤτοι, Harlei. τοῦ δή τοι. nec male.

δέκα οἶμοι facit turpem hiatum. Bentl. explet: δέκ' ἄρ' οἶμοι. Potuit etiam eſſe: τοῦ δή τοι δέκα τ' οἶμοι ἔσαν — δώδεκά τε χρ.

25. δώδεκα δὲ χρυσοῖο καὶ εἴκοσι κασσιτέροιο. Iterum corruptum metrum; eſt enim vbique in Homero ϝεικοσι vel εϝεικοσι. reſtituit iam Bentl. χρυσοῦ καὶ ἐείκοσι.

κασσιτέροιο. Apud Homerum κασσίτερος primo loco occurrit; *plumbum candidum* a Plinio redditur XXXIV, 16, ſ. 47. album colorem ipſe poeta h. l. declarat vſſ. 34. 35. Ad ſtannum noſtrum, quod dicitur, male vulgo retulerunt; hoc veteribus omnino haud notum, aut, ſi notum, a ſcriptoribus vtique non accurate ſatis ab aliis metallis diſcretum eſſe docuere viri docti, et nuper diſerte Beckmann. l. l. Contra eſſe *ſtannum veterum* id, quod homines noſtri appellant *Werk*, metallum argenti et plumbi nondum ſatis eliquati, varie ac diuerſis plumbi portionibus mixti; et hactenus id ipſum, quod ſub nomine *plumbi candidi* intelligendum eſt, oppoſito plumbo nigro, quod noſtrum proprie dictum plumbum eſt. Neque alium Graecorum κασσίτερον fuiſſe, cuius ſeu praeſtantius ſeu frequentius genus ex Caſſiteridibus aduehebatur. Cum ſerius ſtannum verum innoteſceret, antiquo nomine ſtanni hoc ipſum fuit in-

signitum. Plumbum illud candidum, κασσίτερον magno honore fuisse, ex locis, in quibus memoratur, apparet. Il. Ψ, 561 est thorax ex aere, extremis oris e plumbo candido fusis: ᾧ περὶ χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο ἀμφιδεδίνηται. πολέος δέ οἱ ἄξιος ἔσται. Ocreae ex eo metallo factae memorantur Σ, 612 et Φ, 592. Ornamentum ex eo fusum memoratur in clipeo Achillis Σ, 564. 574.

26. κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρήν. „In Aristophanis editione scriptum erat σμερδαλέοι δὲ δράκοντες ἐλειχμῶντο." Sch. A. Praestat tamen vulgata lectio, cum et color in ceteris memoretur, et ὀρωρέχατο προτὶ δειρὴν sit ἐμφανέστερον.

ὀρωρέχατο dignum visum grammaticis, quod diligenter obseruarent. Schol. A. reddit ἐξετέτακντο. διεγηγερμένοι ἦσαν. Apollon. Lex. ὡρμημένοι ἦσαν f. ὠρεγμένοι. Verum tamen etiam Hesych. ὀρωρέχαται (quod est Π, 835) interpretatur ὡρμημένοι εἰσὶν ἢ ἐκτεταμένοι. Et ὄρω, διεγείρω, alibi. adde Schol. br. Apud Hesych. est quoque ὠρωρέχατο et ἐπωρορέχατο.

προτὶ quod etiam Flor. exhibebat, Barnes reuocauit pro ποτί. Variat enim scriptura et h. l. vt alibi.

Serpentes sex distribuit nimis subtiliter Schol. B. δειρὴν, ceruicem, autem intelligo Agamemnonis, qui thorace indutus erat. Nam, vt serpentes ipsi pectore sublato ceruice tenus prominuerint, graeca vix admittunt.

27. τρεῖς ἑκάτερθ᾽, ἴρισσιν ἐοικότες. ⸖ „quod Zenodotus ἐρίδεσσιν scripserat; quasi idem esset ἶρις et ἔρις" Schol. A. De quo statim plura dicemus.

Porro Schol. B. „ἐοικότες, inquit, seu flexu sinuoso, seu colore, seu πρὸς τὴν διάστασιν, quod distabant a se inuicem. Aduocat idem versum Xenophanis: ἥν δ᾽ Ἶριν καλέουσι νέφος δέ τε τοῦτο πέφυκε πορφύρεον καὶ φοινίκεον καὶ χλωρὸν ἰδέσθαι. Ita lego versus, quos et Eustath. habet. Apud Apollon. Lex. p. 369. Ἴρεσσιν ἐοικότες οὐ τῷ χρώματι, ἀλλὰ τῷ σχήματι. οἱ γὰρ ὄφεις, ἐφ᾽ ὧν τέτακται, ὅλοι συνεστραμμένοι, πλὴν τῶν τραχήλων. Haesere veteres, quidnam constituerent, in quo

comparatio verſetur: num in colore ſerpentis, an in corpore ſinuato. Heſych. qui Scholion Apollonii exſcripſit, contrarium ei habet: τῷ χρώματι, ἀλλ' οὐ τῷ σχήματι. v. ibi Not. Euſtath. p. 827, l. 57. et p. 828, l. 23. κυρτώματι δηλαδὴ, ἴσως δὲ τῷ χρώματι. Confirmare hoc poſſis cum Koeppenio verſibus, Aen. V, 87—89. vbi ſerpentis pellis comparatur cum iride: *Caeruleae cui terga notae maculoſus et auro Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus Mille iacit varios aduerſo ſole colores.* Ex adſpectu viri armati in vaſe picto Boettiger l. l. p. 82 draconibus his aliam formam et vſum excogitauit; an vero in tanta armorum varietate omnia ad vnum exemplum vaſis picti reuocari poſſint ac debeant, amplius deliberandum eſſe arbitror.

Interpunxi τρεῖς ἑκάτερθ', quod ſententia docet, non: τρεῖς, ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες.

Poſt haec omnia hic verſus moleſtiam facit, ſi artem metricam conſulueris. Ἶρις vbique eſt in Homero Ϝῖρις. vt in noto illo: ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις. Hoc autem verſu: τρεῖς ἑκάτερθ' ἴρεσσιν vſui illi aduerſatur ἑκάτερθ' Ϝίρεσσιν. Si Xenophanis verſus modo laudatus recte ſe habet, nec fuit ἥν Ἶριν, digamma mature exoleuit; in Homero tamen conſtanter illud eſt ſeruatum.

Iam autem in hac voce mira eſt lectionis varietas. Vidimus paullo ante ad h. v. Zenodotum legiſſe ἐρίδεσσιν. In Apollon. et Heſych. eſt ἴρεσσιν, quod et in Townl. legitur. Fuitne duplex aliquando forma: ἴρ, ἰρὸς, et ἶρις, ἴριος? Ducta vox creditur ab εἴρω, dico, nuntio, vnde factum εἶρις, ἔρις, et ἶρις, auctoribus Etymologo et Heſychio. In Ven. Lipſ. et aliis legitur vno ſibilo ἴρισιν, ſeu antiquo ſcribendi more, ſeu vitio; Euſtathius autem τρεῖς ἑκάτερθεν ἴρισιν vel ἴρισσιν. Offendiſſe Bentleium ad hunc verſum peruideo; nullam tamen medelam adſcripſit; quae ſi omnino non ſuppetit, de interpolatione loci perſuaſum mihi habeo. Attamen ſuſpicor vitium et hic ex ignorato digammo ſe inſinuaſſe, cum verſus antiquus ita ſe haberet: δράκοντες ὀρωρέχατο περὶ

δειρὴν τρεῖς, ἕκαθεν Ἴρισσιν ἐοικότες, verſus collum aſſurgebant tres ſerpentes, eminus ſi videres, ſimiles erant iridibus. quod ſcriptura antiqua fuit τρεις ϝεκαθεν ϝιρισι ϝεϝοικοτες.

28. ἅς τε Κρονίων ἐν νέφεϊ στήριξε. οὕτως Ἰακῶς τὸ στήριξε." Ven. A, Scilicet fuere qui ſcriberent ἐν νέφει ἐστήριξε. quod et Euſtath. exhibet. — στήριξε pro στηρίζει — ἐν νέφεσι Vrat. b.

29. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι. Verſus ſaepe repetitur, vt iam B, 45.

30. ἐν δέ οἱ ἧλοι χρύσειοι πάμφαινον. ⸗ quod (τὸ ξίφος) nunc χρυσόηλον eſt; alias ἀργυρόηλον. (hoc vtique ſaepius B, 45. Γ, 334. 361 et al.)

31. ἀορτήρεσσιν. Apollon. Lex. ἀφ' ὧν ἤρτηται τὰ δόρατα. immo vero τὰ ξίφη.

32. ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην, πολυδαίδαλον, ἀσπίδα θοῦριν. ⸗ quod ἀνδρομήκεις ἀσπίδες erant — hinc ἀμφιβρότη. — Sumit autem clipeum ante galeam, quia clipeo vtendum erat δι' ἀναφορέων (h. διὰ τελαμώνων, per lora quibus clipeus humeris erat iniiciendus). Immutaverat ordinem Zenodotus in Paridis armatura p. 334, 5.

ἀσπίδα θοῦριν. Sch. br. interpretatur εὐκίνητον καὶ κούφην τῷ φοροῦντι. θοῦρος eſt ὁρμητικὸς, ἀπὸ τοῦ θόρω, πηδῶ, eſt itaque θοῦρον, quocum aliquis ὁρμᾷ et ἀσπὶς θοῦρις eſſe debet, quae cum impetu mouetur. θοροποιὸν eſt in Etymol. qui aliud etymon addit ἀπὸ τοῦ θύω, θύρις, θοῦρις.

33. καλὴν, ἣν πέρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἦσαν. Cant. δεινὴν, ἣν π. Pro ἣν πέρι, alii περὶ — ἦσαν. Etiam ἦσαν pro ᾖσαν ſcripſerunt Ven. A. ad 30. Quid v. 35 κύανος ſit, ne nunc quidem docent. Indocte ſerioris artis inuenta, encauſtum et laminae obductionem, infert Euſtath. p. 828, 13. 19. v. paullo ante ad vſ. 24. In circulorum numero argutati ſunt veteres, dum ad mundi imitationem retulerunt. Euſtath. Cratetem memorat. Similiter etiam in balteo clipei ineptierant.

35. *ὀμφαλοὶ — κασσιτέροιο λευκοί. ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.* Ita *λευκοὶ ὀμφαλοὶ* iunguntur (*ἵνα ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν κέηται* leg. *ὀμφαλῶν.*) At fuere, ait Schol. A. qui *λευκοῖ* fcriberent, vt ad *κασσιτέροιο* referatur; improbante tamen Herodiano; cauffam, quam addit, fi recte affequor, eft, quod, fi hoc voluiffet, poeta fcripfiffet *λευκοῦ.* sic et Barnes

ἔην. Bentl. coni. *ἕεις* pro *εἷς*, et laudat Hefiod. Theog. 145 *ὀφθαλμὸς ἕεις.* In Homero tamen hoc non occurrit; et h. l. *vnus* facile intelligitur.

Ceterum in toto hoc loco obferuare licet fenfum et iudicium prifcorum hominum de pulcritudine et elegantia. Colorum varietas ipfis omnibus aliis rebus potior vifa eft; more barbarorum; etiam in metallis; nec modo auri et argenti et aeris, vt in curru Iunonis E, 722 fq. verum etiam plumbi, et quidem in ipfis armis, vt h. l. et in armis Achillis aliorumque, vbi plumbi feu albi feu nigri ne quidem vfus effe videri poteft. Nec minus mira res, paries aere inductus et in eo fuperne limbus ex cyano Od. H, 86 fqq. aut aurum inclufum argento, ebore, buxo.

36. *τῇ δ' ἔπι μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.* Scribere *ἐπὶ* iubet Schol. A. quia ad *ἐστεφάνωτο* refertur; et hoc probo. Explicant quoque Schol. br. *περιεῖχε. περιέκειτο.* „*γρ. τῇδ' ἔνι.*" Barnes.

Gorgonis mythum ab Hefiodo effe inuentum, ait Sch. B. nefcio quo auctore, et vereor, ne multo antiquior Hefiodo fit Gorgon. *Γοργὼ* per *γοργότης* reddit Apollon. Lex. an immemor erat mythicae perfonae in quam ipfe animi affectus eft mutatus? Hoc eft, in quo praeiuere antiquiores poetae et mythorum magnam partem per hoc ipfum procreauere, quod pro voce noftra vulgari ex rei natura, effectu et adiunctis numen aliquod effinxerunt: fermone vulgari enuntiatum; eft: clipeus terribilis erat; fulgore fuo terrorem intuentibus iniiciebat. Redit eo, quod Euftath. ex veteribus affert: *γοργότητος καὶ φόβου πεπληρῶσθαι τὴν ἀσπίδα.* Ornata

res per vſ. 37. vbi Δεῖμος et Φόβος circumſtant: habiti illi Martis filii: ap. Heſiod. Theog. 933. 934. Add. inf. O, 119.

βλοσυρῶπις. Φοβερὰ καὶ καταπληκτικὴ τὴν πρόςοψιν. Schol. br. hoc idem voluit Apollon. Lex. h. v. Adde Etymol. in βλοσυρός. et ſup. ad H, 212. Proprie eſſe debet, ἔχουσα ὄψιν βλοσυρὰν, ὄμματα Φοβερά. et explicatur mox per δεινὸν δερκομένη. Porro vltima in βλοσυρῶπις h. l. extra caeſuram producitur; quod ita interpretatur Clarke, vt ipſe verſus quaſi diriguiſſe videatur. Sane perquam acute! Tam molles aures non habebat Bentleius, qui emendat βλοσυρῶπις ἅμ' ἐστεΦάνωτο. Idem tentauerat βλοσυρόππατος, quandoquidem ὄππατα Aeolice dicuntur, quae ὄμματα ſunt: v. Gregor. de Dialect. p. 272 et ibi Lennep. aut βλοσυρώπατις, ex τὰ προςώπατα. vt ſup. H, 212 erat: μειδιόων βλοσυροῖσι προςώπασι. Eſt verſus vnus ex iis, de quibus eſt disputatum ad Γ, 348. Terrorem etiam per aſperos ſonos expreſſum in vſſ. 36. 37. notauerat iam Dionyſ. Hal. de compoſit. 16. Add. Euſtath.

ἐστεΦάνωται recitat Philoſtr. Heroic. II, 19. p. 693. quod ſuum locum habebat ſup. E, 739.

τῇδ' in capite verſus poſſis reddere, hac parte in medio vmbone, ἐπεστεΦάνωτο. Vſus tamen accepit ἐπὶ τῇδε ἀσπίδι. antea vſ. 34. eodem modo erat ἐν δέ οἱ. Pro ἦν ἐπ' αὐτῇ, ἐπῆν, eſt ἐπεστεΦάνωτο, circumdata erat; idem etiam dici poterat: ἐστεΦάνωσεν, ἔστεΦε, circumdabat, vmbonem; nam eodem redeunt ἐπιστεΦανοῦσθαί τινι, et ἐπιστεΦανοῦν vel ἐπιστέΦειν τι. cf. O, 153. Od. K, 195.

37. δεινὸν δερκομένη. περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε. Si περὶ ſcribimus, iungenda ſunt περιεστεΦάνωτο. ſin abſolute ponitur, πέρι eſt exarandum. Similis locus erat E, 739 ſq.

De Δεῖμος v. Etymol. p. 261, 40 vbi hic vſ. laudatur. Splendidum eſt hoc, quod a poeta adiectum eſt, *Terrorem* et *Pauorem* Gorgonem circumdediſſe: Δεῖμός

τε Φόβος τε περιῆν, vel περιεπεστεφάνωτο. Vidimus iam E, 739 in clipeo Mineruae ἣν περὶ μὲν πάντῃ Φόβος ἐστεφάνωται, et ornatius per vſſ. 740. 1. 2.

38. αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ: τῷ τελαμῶνι Barocc. Mori ἐπ' αὐτοῦ.

39. κυάνεος ἐλέλικτο δράκων. — Reſpicit locum Heſych. in κυάνεος. Doctrinam de digammo in voce ἐλέλικτο in diverſa ferri iam expoſui ad A, 530. Bentl. adſcripſerat ϝελελικτο. Dawes praeter ϝελισσειν nil relinquit, ex eius mente adeo refingendum eſſet εϝελικτο; Knight p. 91. ϝεϝελικτο. Cur digammum abſuiſſe putem, dixi ad A, 530.

40. κεφαλαὶ — τρεῖς ἀμφιστρεφέες ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι. Vulgata lectio erat ἀμφιστεφέες. In Harlei. Ven. et Schol. A. eſt ἀμφιστρεφέες; eſſe hanc lectionem Ariſtarcheam, firmatam in eius Commentariis; eſſe enim capita ſerpentis tria perplexa et implicita ſibi invicem: περιπεπλεγμένας ἀλλήλαις; ortum eſſe errorem in ἀμφιστεφεῖς ex vſ. 36 ἐστεφάνωτο. Similia leguntur in Sch. br. Recte dicta ea; nam περιστεφεῖς eſſent circumcinctae; quod alienum eſt; requiritur: circumcirca flexae. Sic εὐστρεφής, tortus, flexus. Etiam Schol. B. interpretatur ἀλλήλαις περιπεπλεγμέναι — ἢ εἰς ἀλλήλας ἀπεστραμμέναι. Nec aliter legerat Apollon. Lex. h. v. cui ſunt ἀλλήλαις περιπεπλεγμέναι. Vtrumque habet Euſtath. et in Heſychio ambae voces conſuſae ſunt. In Suida: πάντοθεν πλήρεις (ac ſi de poculo pleno dictum eſſet) περιπεπλεγμέναι ἀλλήλαις.

41. κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίφαλον — ⊱ Scholion excidit. Rem et verſum iam vidimus E, 743. Etiam vſ. 42 vidimus Γ, 337. „γρ. κρατὶ δ' ἐπ'" Barnes. vſ. K. 570.

42. καθύπερθεν ἔνευεν. Vrat. b. καθ' ὕπερθεν. Ita iunges: κατένευεν ὕπερθεν.

43. εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε δύω. ⊱ „quod et in Alexandri pugna duas haſtas memorauit" Sch. A. v. Γ, 18. 19.

δοῦρα δύω. et Rom. Vrat. A. Verum vſus dualis cum plurali iuncti ſaepe eſt obuius in Homero.

44. τῆλε δὲ χαλκὸς ἀπ' αὐτόφιν οὐρανὸν εἴσω λάμπ'. ⊱ „quod οὐρανὸν εἴσω pro εἰς οὐρανόν." atqui hoc et alibi occurrit, vt Θ, 548. Π, 364. et al. „et quod, vbi de Achille hoc idem dictum eſt, ad haſtam id ſpecut; nam arma eius fuerunt aurea" Schol. A. Reſpicit grammaticus locum X, 32.

ἀπ' αὐτόσφιν eſt ſphalma Turnebi emendatum a Criſpino. ἀπ' αὐτόφιν eſt ἀπ' αὐτῶν. vn. Vindob. ἀπ' αὐτόθι.

45. ἐπὶ δ' ἐγδούπησαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη. ⊱ „quod metri cauſſa in ἐγδούπησαν interpoſitum eſt γ. non enim dicitur γδοῦπος." Sch. A. Fallitur in hoc grammaticus; fuit olim γδοῦπος et γδουπέω, vt νῶ et γνῶ, ſicque alia. cf. Euſtath. ad Od. M, p. 1722 et ad Jl. p. 145 et al.

ἐπὶ δ' ἐγδούπησεν intulerat Wolf. (damnatum nunc video in altera edit.) e Toupii emendatione Cur. nouiſſ. ad Suidam p. 42. quia apud Suidam eſt ἐπὶ δ' ἐγδούπησεν. ἐπεκτύπησε. Immo emendandus eſt Suidas; quidni enim pluralem ſeu poſtulent ſeu admittant ſubiectae duae Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη? Nec vllus eſt diſſenſus librorum vel grammaticorum. Quod autem etiam in Etymol. eſt ἐγδούπησεν, quis miretur? potuit aliis poetarum locis hoc legi. Apud Heſych. eſt γδούπησεν, ἐψόφησεν. Etiam hoc in ἐγδούπησεν mutare volebat Toup. l. c. at in ἐριγδούπησεν, in Emendatt. in Heſych. To. IV, p. 278. Hoc eſt ingenioſe ludere, non ſerio rem criticam tractare.

ἐκδούπησαν indocti librarii ſcripſere, vt in Vrat. A. Apoſtolii manu ſcripto. alii ἐνδούπησαν, vt ipſe Harlei. in quo poſſis argutari et dicere fuiſſe ἐνδουπέω, ἐνεδούπησαν. Antiqua Ionica ſcriptio eſſe debuit ἐπι δε γδούπησαν.

46. τιμῶσαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. ⊱ „quod Μυκήνη in ſingulari dicitur; et quod Mycenis, non Argis, vt recentiores aiunt, regnauit Agamemnon." Schol. A.

47. *ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ ἐπέτελλεν ἕκαστος.* In *επειτα εω* vitium est metricum hiatu inducto; nisi in caesura vocem legentis quiescere dicas. Si tamen interpolationes huius vocabuli in tot aliis locis reputes, vix huic loco satis confidas. Aut enim dicendum est fuisse quoque *ϝεος* pronuntiatum: *ἔπειτα ϝεῷ*, vt Bentl. quoque emendauit, aut scribendum *ἔπειτ' ἄρα ϝῷ.* v. Excurs. de Digammo.

48. *ἵππους — ἐρυκέμεν αὖθ' ἐπὶ τάφρῳ.* „*γρ. ἐπὶ τάφρον*" Barnes. Scilicet sic edd. ante Turnebum, qui *τάφρῳ* reposuit ex ed. Rom. cum qua conspirant codices. Sic et mox vs. 51. Vtrobique *τάφρον* Mosc. 3. cum vno Vindob.

49. *αὐτοὶ δὲ πρυλέες.* ⸎ „quod *πρυλέες* manifeste nunc sunt *οἱ πεζοί.*" Sch. A. Similiter inf. M, 77. de Troianis. v. sup. ad E, 744.

50. *ῥώοντ', ἄσβεστος δὲ βοὴ γένετ' ἠῶθι πρό.* Primo nunc occurrit *ῥώοντο*, quod *ἐῤῥώοντο* est Ψ, 367. et *ἐῤῥώσαντο* Ω, 616. Miscent etiam in hac voce diuersa grammatici. Reddunt quidem recte *ὁρμὴν ἐλάμβανον*, Sch. br. Apollon. Lex. et Hesych. At in hoc additur *ἐῤῥωμένως ἐκινοῦντο.* Scilicet seriores adiecere notionem roboris, *ῥώμης.* v. Sch. B. ad Π, 166. Σ, 411. Enimvero *ῥώω* est idem Homero quod *ῥέω*, de motu concitato. *ῥῶ, ῥώω, τὸ ὁρμῶ. κινῶ. σείω.* Etiam Hesiod. Sc. Herc. 230 *Γοργόνες ἄπλητοί τε καὶ οὐ φαταὶ ἐῤῥώοντο.* Vidimus iam *ἐπεῤῥώσαντο* A, 529. vbi cf. Obss.

βοὴ γένετ ἠῶθι πρό. Sch. br. *πρὸ τῆς ἀνατολῆς, πρὸ ἡμέρας. πρὸ ἠοῦς.* Melius dices, *ἐκ πρωΐας*, cum Eustathio; nam *πρὸ* continuationem notat, vt in *οὐρανόθι πρό.* pro *ἐξ οὐρανοῦ πόῤῥω.* Aut iunges *προὲξ ἠοῦς.* certe *ἠῶθι* est *ἐξ ἠοῦς* vel *ἐν ἠοῖ.*

51. *Φθὰν δὲ μεθ' ἱππήων ἐπὶ τάφρῳ κοσμηθέντες.* ⸎ „quod (in *Φθὰν δὲ μέγ' ἱππήων* sic enim in Ven. legitur vt mox dicetur,) pugna inesse videtur: *εἰ γὰρ μεγάλως ἔφθασαν, πῶς οἱ ἱππεῖς ὀλίγον μετεκίαθον αὐτῶν;* respondetur: *λέγει δὲ, Φθὰν δὲ μέγα χρονικῶς.*

sc. vt diu ante egressi sint, ὀλίγον δὲ τοπικῶς, quod *brevi intervallo* (μετ' ὀλίγον ἐκεῖ ἐπορεύοντο Sch. br.) sequuti sunt. „Haec Ven. A. et paullo post iterum; vbi pro οἱ δὲ ταχέως ἀπεδίωξαν, ὡς ἂν ἐφαμαρτῶν, leg. ἐφ' ἁρμάτων. et ἐπεδίωξαν. monet idem ἐπὶ τάφρῳ rectius iungi cum seq. κοσμηθέντες. Aliud in eodem Scholion: ὁ Ἀρίσταρχος βαρύνει. καὶ δῆλον, ὅτι ὑγιῶς. κοιμίζεται γὰρ ἡ ὀξεία ἐν τῇ συνεπείᾳ. Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε.“ Hane Aristarchus scripserat φθάν δε? (pro φθάν τε?) habetque adeo rationem, quod ita editur in ed. Flor. et Aldd.? pro quo φθὰν δὲ μεθ' recepit Turnebus e Romana. Cur tamen sic non φθάν τε scribitur? φθὰν a φθῆμι. vt στὰν pro ἔστησαν, ἔσταν. I, 193. βὰν Δ, 209.

Iam magna contentio oritur de lectione μεθ' pro qua μέγ' omnes fere veteres legerant: non modo Ven. A. et Schol. A. sed et Sch. br. Mori. Cant. Barocc. Harlei. Vrat. vt μέγα sit μεγάλως, iunguntque, etiam Sch. br. modo cum κοσμηθέντες, modo, idque haud dubie melius, cum φθὰν, vt Ven. A. ἔφθασαν δὲ κατὰ τὸ πολὺ οἱ πεζοὶ τοὺς ἱππεῖς προδιαταγέντες ἐπὶ τάφρου. Hoc idem ante oculos habuit Apollon. Lex. p. 687. vt animaduertit Tollius, etiam Hesych. in φθάν. Recepit hoc Barnes, iungens φθὰν ἱππήων μέγα, *priores longe quam equites* ad fossam instructi sunt. Ait enim φθάνειν ἱππήων μέγα dici sane, at φθάνειν μετὰ ἱππήων nullo sensu dici posse. Contra haec docte disputat Clarke, μέγα φθάνειν insolenter esse dictum, (hoc magni momenti non est: φθὰν δὲ μέγα esset dictum vt μέγα προθορὼν Ξ, 363 et sexcenta alia) et ὀλίγον μετεκίαθον parum commode subiici; (et vidimus sane miram Ven. A. rationem qua hoc expedit. Omnino aliena est temporis notatio: Exierunt pedites heroes, quia via inter fossas facta incessum curruum coarctabat.) Porro φθάνειν ἱππήων non est Homericum, nam poeta aut absolute aut cum quarto casu ponit: Φ, 262 φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα. aut cum participio iungit, vt plerumque

facit, vt h. l. φθὰν δὲ κοσμηθέντες. vt Π, 322 ἔφθη ὀρεξάμενος. Dubitari adeo nequit Homerum ſcripturum fuiſſe φθὰν δὲ μέγ' ἱππῆας. An omnino φθάνω vsquam cum ſecundo caſu dictum ſit, dicent me peritiores. Saltem ἱππήων cum κοσμηθέντες iungere debebant ſubintellecto πρὸ ἱππήων quae tamen dura foret ellipſis.

ἐπὶ τάφρου etiam hic edd. ante Turneb.; vt v. 48.

Reſtat igitur, vt videamus de altera lectione μεθ' ἱππήων. quam et Ven. B. habet, et habere videntur Townl. et alii: nil enim enotatum video. Habent certe eam omnes quas vidi edd. ante Barnes, et erroneum eſt quod Barnes ait Ald. ed. et reliquas omnes μέγ' habere; non enim niſi Scholia br. hoc offerunt. Ait ille, φθάνειν μεθ' ἱππήων dici non poſſe. Debebat vero meliorem verborum iuncturam facere: φθὰν κοσμηθέντες. Erit verborum ſenſus: ἔφθασαν δὲ κοσμηθέντες ἐπὶ τάφρῳ μεθ' ἱππήων. igitur *anteuerterunt currus ad foſſam*, h. e. *prius inſtructi ſunt vna cum curribus ad foſſam*. At quinam? omninone Achiui? an potius *principes*, qui πρυλέες, *pedites*, incedebant? hoc haud dubie; ergo adiectum eſſe putabimus pro accuratiori notatione: ἱππῆες δ' ὀλίγον μετεκίαθον. *ſed ita, vt aurigae paullulum pone eos incederent*.

Hactenus praeferam receptam a Clarkio et defenſam lectionem. Supereſt tamen vel ſic aliud, quod totos hos verſus ſuſpectos facit et ſerioris rhapſodi fetum arguit: Verſus φθὰν δὲ et Ἱππῆες ſunt prorſus tautologi poſt iſta 48. 49 Ἵππους εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν αὖθ' ἐπὶ τάφρῳ. Αὐτοὶ δὲ πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες Ῥώοντ'· ἄσβεστος δὲ βοὴ γένετ' ἠῶθι πρό. nam vltima primum ſenſu ſunt eadem cum ἐν δὲ κυδοιμὸν etc. tum ἠῶθι πρὸ prorſus otioſum h. l. eſt.

Suſpicor itaque antiquitus aut totum locum, etſi in poſtremis praeclarum, nondum in carmine fuiſſe, aut nihil aliud fuiſſe lectum quam haec: Ἡνιόχῳ μὲν — Ἵππους εὖ — Αὐτοὶ δὲ πρυλέες — Ῥώοντ', ἄσβεστος δὲ βοὴ

γένετ', ἐν δὲ Κυδοιμὸν Ὦρσε κακὸν Κρονίδης. κατὰ δ' ὑψόθεν etc. Certe verſus 51 Φθὰν δὲ μέθ' inter rhapſodorum commenta eſt remouendus.

52. ἱππῆες δ' ὀλίγον μετεκίαθον ⊱ „ὅτι τῷ τόπῳ καὶ τῇ τάξει, οὐ τῷ χρόνῳ„ ſic Sch. A. οἱ γὰρ ἱππεῖς μετ' ὀλίγον ἐπορεύοντο καὶ σχολαίως μετὰ τῶν πεζῶν. Heſych. in ἱππεύς. quae quo ſpectent, dictum eſt ad vſ. praec. μετεκείαθον Townl. At Apollon. Lex. μετεκίαθον, μετ' αὐτοὺς ἦλθον, et ex eo Heſych. Suidas.

53. κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας. Lipſ. mſ. ἀέρσας, quod videri poteſt rationem aliquam habere, nam apud Heſych. eſt ἀέρσαν, τὴν δρόσον. οἱ Κρῆτες. Et Etymol. παρὰ τὸ ἄρδω, ἄρσω, ἄρση, καὶ ἔρση. Verum tam doctum fuiſſe iſtum librarium vix credam. De etymo alii ſtatuerunt alia ap. Etymol. et Euſtath. nec magis conſenſerunt veteres in ſpiritu. ἐέρσας legitur in ed. Rom. et hoc Homericum eſſe videri poteſt, probante quoque Etymologo; nam ſcriptum videbimus Ξ, 348 λωτόν θ' ἐρσήεντα, et in voce inde ducta ἕρσαι, agni tenelli, Od. I, 222 χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι. Editur quoque Jl. Ω, 757 νῦν δέ μοι ἐρσήεις. Etiam Euſtath. ita ſcribendum eſſe docet; alio loco, p. 1546, 46 Atticum id eſſe ait. Attamen probabilius fit, τῷ ἔρσῃ adſpirato lene ε praefixum fuiſſe, vt ſcriberetur ε϶ερση, ἐέρση, quod et Knight ſcribit. Itaque credere licet ſcripſiſſe veteres in verſu noſtro ἧκεν ἐέρσας et Od. N, 245 τεθαλυῖα τ' ἐέρση, vbi nunc eſt τεθαλυῖά τε ἕρση. attamen aſperum in media voce haud ſolemus adſcribere. Sufficit non vno modo fuiſſe ſcriptum: ἔρση, ἕρση, vt tot alia; ὄλμος, ὅλμος. ἠθμὸς, in marmore Sigeo ἠθμός.

Spectat ad h. v. Apollon. Lex. ἐέρσας, δρόσους. In eodem eſt et in Heſych. μυθαλέον, δίυγρον. Verum gloſſa haec non ad Homerum ſed ad Archilochum ſpectat, vt ex Suida patet; vbi eſt: καὶ μυδαλέον δίυγρον παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Contra in Apollonio excidit. μυδαλέας, βεβρεγμένας, quod Heſych. ſeruauit. Schol. br. reddunt

διαβρόχους, διύγρους. Pro his αἱματόεσσαι ψιάδες Patrocli mortem portendentes, inf. Π, 459.

54. ἐέρσας αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος, οὕνεκ' ἔμελλε. ⊱ „quod prodigium est, si guttatim cadit imber; non si pluit." plumbea obseruatio! „et quod ἐξ αἰθέρος pro ἐξ ἀέρος, et quod ἔμελλε iterum pro ἐῴκει." Haec Schol. A. Subiicitur mox ζήτησις, quam etiam Schol. B. br. et Eustath. memorant, vna cum disertiore ζητήσει Porphyrii de caussa imbris sanguinei, quem ille hinc repetit, quod amnibus e pugna hesterna sanguine infectis humores a sole sublati mox cruentum pluisse debent. Nostris hominibus in promtu est dicere, pluuias rubras interdum obseruari ex argilla et solo rubro a procellis in altum sublato et cum pluuia descendente in terram. At poeta rem ad prodigium retulit, et magnam hoc die edendam stragem imbris sanguinei ostento portendi narrat. De hoc ostento bene egit Koeppen: cf. Opusc. nostra To. III. p. 212.

In Scholio Porphyrii vnum praeterea est enotatu dignum, quod aquam salsam in dulcem vertere vsus rerum docuerat: τὰ ἄλλα τοῦ ὕδατος, ἐὰν ᾖ ἁλμυρὰ, τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ γλυκέα ἀπεργάζεται.

55. πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προϊάψειν. ⊱ „quod hic recte κεφαλὰς scribitur, quia periphrasis est; at A, 3 male, (pro ἰφθίμους ψυχὰς) quia ibi opponitur αὐτούς. v. ad e. l. Apollonius Lex. h. l. respicit, ἰφθίμους, ἰσχυροψύχους. Townl. πολλὰς δ' ἰφθίμους. perperam, ex A, 3.

57. *Polydamas*, Panthoi f. consilio et prudentia non minus quam virtute clarus M, 60. 111. N, 725 sq. cuius tamen consiliis raro paruit Hector, (M, 210 sq. Σ, 249. 284, 314.) sero resipiscens X, 100.

58. Aeneas a Troianis honore habitus, a Priamo autem neglectus; vnde irae Aeneae N, 460. 1. cf. Excurs. I*. ad Aen. IX. θεὸς ὣς τίετο. Acui h. l. ὣς Barnes iam monuit, quia postponitur; cum alias ὡς θεὸς ἐτίετο scribatur. Alias ὣς est pro οὕτως.

61. ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην. Subſtituerat πάντοσε ἴσην Ald. 2. Prius illud tuentur codd. Mori. Harl. Ven. cum al. v. ad Γ, 347.

62. οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστήρ. ἔν- „quod nonnulli αὔλιος ſcripſere, vt ſit ἑσπέριος ἀστήρ, πρὸς ὃν αὐλίζεται τὰ ζῶα. vt Callimachus: — ὃς δυσμὴν εἶσι μετ' ἠελίου.“ Legitur αὔλιος ἀστὴρ apud Apollon. IV, 1629 ἦμος δ' ἠέλιος μὲν ἔδυ, ἀνὰ δ' ἤλυθεν ἀστὴρ αὔλιος, ὅς τ' ἀνέπαυσεν ὀϊζυροὺς ἀροτῆρας. *Caniculam* tamen eſſe deſignatam, docet alter locus X, 26 ſqq. eſt is οὔλιος ἀστὴρ, φθοροποιὸς, propter febres aeſtiuas: ibid. vſ. 31. Sic et Schol. br. οὔλιος, ὀλέθριος. λέγει δὲ τὸν κύνα ſq. Eadem leguntur in Apollon. Lex. Cum Schol. A. conuenit Etymol. item Euſtathius. hactenus οὔλιος item eſt quod οὐλοὸς, pro ὀλοὸς vt ap. Apollon. II, 85. Eſt eadem ſtella fulgentiſſima, vt ſup. E, 5. 6. Schol. Ven. B. pronus eſt in cometen. Koeppen interpretabatur οὔλιος dictum pro οὖλος, ὅλος. vix bene.

63. τότε δ' αὖθις ἔδυ' νέφεα σκιόεντα. Ita legitur τότε δ' ex Romana a Turnebo: cum in Flor. Ald. 1 et 2. cum reliquis Aldd. et inde ductis legeretur ὅτε δ' αὖτις. Recte ſic ſcribi ὅτε Erneſti ait; nec quisquam neget, modo ὁτὲ exaretur, vt plena oratio ſit: ὁτὲ μὲν παμφαίνων, ὁτὲ δέ. Nec minus tamen recte ſcribi puto alterum, quod et Venetus cum Mori, Moſc. 3. et al. habet; nec neceſſe eſt ſcribere τοτὲ μὲν τοτὲ δὲ, vt eſt v. c. Odyſſ. Ω, 446. 7. nam poeta non procedit eodem tenore, cum eſſe deberet τοτὲ μὲν παμφαίνων, τοτὲ δὲ δύων· ſed participio nunc ſubſtituit ἔδυ. Nil adeo mutare auſim. Iterum alio modo variatur mox: ὁτὲ μέν τε — ἄλλοτε δέ. vulgare eſſet ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ. Aliter A, 493. 4 ἀλλ' ὅτε δὴ — καὶ τότε δή. quae diuerſa a noſtro loco.

αὖθις, quod vbique variat, et σκοτόεντα Vrat. b.

64. ὁτὲ μέν τε. Vrat. A. ὁτὲ μέν γε. Sed τε ſeruant alii, et ſic quoque ap. Plutarch. editur, vbi vſſ.

64. 65 recitantur, Quaest. Plat. p. 1008 F. ὀτὲ scribi pro ποτὲ monet Eustath.

Φάνεσκε. Quod Ernesti memorat, Φάνασκε, non reperio vnde petitum sit.

65. πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμφ'. — „notant nonnulli, quod πᾶς pro ὅλως (seu ὅλος) dictum est“ Sch. A.

66. ὥςτε στεροπή. „γρ. ὥςτ' ἀστεροπή.“ Barnes. sic vn. Vindob. ὡς ἀστεροπὴ Mori.

67. οἳ δ' ὥςτ' ἀμητῆρες, ἐναντίοι ἀλλήλοισιν — Mirum in modum versus hos sex Alexandro placuisse, notatum est a Dione Or. II. p. 76. ed. R. Comparatio aciei et pugnae caedisque cum segete et messe, frequentissima in poetis, v. c. ap. Horat. IV. Carm. 14, 31. 32. abiit tandem in vulgarem orationem.

ἐναντίοι, „γρ. ἐναντίον“ Barnes. Saltem aliis locis.

66. ὄγμον ἐλαύνωσιν. — „ὅτι τὸ ἐλαύνωσι, τύπτωσι καὶ τίθησιν ἐπὶ τῆς χειρὸς πληγῆς τὸ ἐλάσαι.“ Schol. A. Scholion exscripsit Suidas, sed cum ἐλαύνουσι. Sane ἐλᾶν et τύπτειν sunt synonyma; vt Od. P, 279 μή τίς σ' ἔκτοσθε νοήσας ἢ βάλῃ ἢ ἐλάσῃ. Schol. B. τὸ δὲ ἐλαύνοντες, πρὸς τὴν σύντομον ἀναίρεσιν. Schol. br. θερίζωσι σπουδαίως. Et Apollon. Lex. ἐλαύνωσι. θερίζωσι. ἡ γὰρ ἐκ χειρὸς τύψις ἔλασις μεταφορικῶς. ἐλάσαι γὰρ τὸ ἐκ χειρὸς τύψαι.

Nunc autem, si ἐλαύνειν est τύπτειν, necesse est ὄγμους esse ipsas aristas, ipsam segetem, quae falce percutitur ac caeditur, stipulis recisis. Conueniret Hesych. ὄγμον ἐλαύνουσι τὴν ἐπὶ στίχον φυτείαν. Ipse tamen Apollon. Lex. ὄγμους reddit τοὺς τῶν θεριζόντων στίχους καὶ τοὺς αὔλακας. et Schol. br. ὄγμον. τὸ ἐπίστιχον ἔργον τῶν θεριζόντων, quae quomodo conueniant, non video. Est tamen haec propria vocis notio, vt ὄγμος sit series, cum metentium, tum messae frugis et sulci, non autem ipsius agri et aristarum metendarum. At grammatici aberrarunt ad etymologiam ab οἴγω, et ex eo commenti sunt plura, putaruntque ὄγμον esse proprie sulcum agri,

qui vomere ducitur, vt poſſit eſſe quoque frumentum, quod in eo naſcitur. v. Schol. Theocr. X, 2.

Attamen de tota ratione hac grammaticorum dubito. Primo ἐλαύνω in Homero nusquam eſt percutio. ferire, percutere, ei eſt ἐλᾶν. At dicitur ei aliquis ἐλαύνειν ἵππους. νῆας agitare. et inde ἐλαύνειν ὁδὸν, πορείαν, per ellipſin, τοὺς ἵππους καθ' ὁδόν. Ita ὄγμον ἐλαύνειν erit ἐλαύνειν τοὺς βόας κατ' ὄγμον. Recte ſic Euſtathius: ὅτι ἐπὶ βαδίσεως τῶν θεριζόντων τὸ ἐλαύνειν τέθειται. Si tamen hoc ſequi nolis, ſaltem ἐλαύνειν ὄγμον videtur eſſe debere, quod Theocrito eſt ἄγειν ὄγμον, Id. X, 2 metendo agere, facere, ſeriem reſectorum et ſtratorum culmorum; ita conuenit quoque comparatum, primis ordinibus caeſis pergunt victores ad vlteriores. Et inf. Σ, 551 δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε. vbi v. plura ad vſ. 546.

Monet tandem Schol. A. non ὀγμὸν ſcribi, ſed ὄγμον, ex analogia; vt ὄκνος, ὄρφνος (non ὀρφεύς) firmatque id Etymologus. ὀγμὸν occupauerat edd. recentiores ante Cantabr. et Oxon. ὄγμον eſt in anterioribus.

ἐλαύνουσιν ſcribitur ap. Euſtath. Heſych. Suid. et vn. Vindob. Sane ὥστε ἐλαύνουσιν et πίπτει melius ſic conuenire videntur; eſt tamen Homerica ratio ὡς, ὥστε, cum ſubiunctiuo iungi. v. Excurſ. I. ad Il. I (IX) et poteſt τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει tanquam interpoſitum et abſolute dictum accipi, manipulis cadentibus, ſ. manipuli autem ita ſpiſſi ſternuntur in agro. In Townl. eſt ἐλαύνωσιν et πίπτῃ.

70. ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες. ita emendatum video a Turnebo; ex Euſtathio; antea vbique editum θορῶντες. quod et codd. partem obſidet.

71. δῄουν· οὐδ' ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο. ⊱ quod φόβος Homero eſt fuga; δέος autem ipſi eſt, qui poſtea dictus φόβος, terror. Sch. A. ſexcenties repetita obſeruatiuncula.

δῄουν. οἱ δ' ἕτεροι recitat Schol. T, 221. Verum eſt δηιόω. et redit formula alibi, vt Π, 770. 771.

72. ⊱ ἴσας δ' ὑσμίνη κεφαλὰς ἔχον. ⊱ „quod Aristarchea lectio est ὑσμίνη et ἔχεν. ἡ γὰρ ὑσμίνη ἴσας τὰς κεφαλὰς εἶχεν, vt ipsa pugna vtriusque aciei esset ἰσοκέφαλος." Sch. A. et erat ea lectio in Veneto. At vulgatum in Ven. B. Schol. br. et ap. Suidam, idque praefero, tanquam verius et potentius et simplicius. Fuere inter veteres, qui κεφαλὰς per ψυχὰς declararent et frequentatum illud, ἕνα θυμὸν ἔχοντες, aduocabant. Enimuero ipsa res, et oppositum, cum *terga vertuntur fuga*, docet, esse: aduersis *frontibus pugnantes*.

73. εἰσορόωσα — Ἔρις. Mosc. 3. εἰσορόωντα. vitiose. πολύστονος. e grammaticorum canone, cum actiue sit, *quae gemitus facit, creat*, deberet esse scriptum πολυστόνος. Sed saepe vineta illi sua caedunt. Sic et ὠκύμοgος scribunt. cf. inf. 270 ad μογιστόκος.

75. ⊱ notatur versus respectu sex sequentium 78—83. qui improbantur.

76. οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι. Ven. et Schol. A. σφοῖσιν. etsi hic pro var. lect. οἷσιν memorat. Est quoque σφοῖσιν in Harl. Lips. Mosc. 3. vn. Vindob. et probatur Bentleio. Nec tamen video, quid intersit; occurrit vtrumque in Homero et in Apollonio. Cum ϝοισιν scriptum esset, facile subnasci potuit alterum.

καθείατο, ἧχι ἑκάστῳ. Erat editum καθήατο. Barnes addebat: „καθείατο Barocc. Mori. bene." vnde receptum est a Wolfio. Nil refert; vtrumque bene dicitur et scribitur; ex ἕω, ἑέμην, εἷντο, fit εἵατο, et ex ἧμαι, ἧντο, fit ἥατο. Iterum occurrit Jl. Υ, 153 et Ω, 473 vbi eadem forma erit retinenda, quam semel amplexi sumus, firmatam ab Harl. Vrat. b. a m. sec. Mosc. 3. Eustath. cum ed. Rom.

Grauius est aliud in hoc versu, quod hiatus, quem Homeri aetas refugit, est illatus καθείατο ἧχι. Bentleius emendat καθήατ' ἄρ' ἧχι. vel καθέζονθ' ἧχι. vt statim v. 81 καθέζετο. Videndum tamen, an res excusationem habeat in exitu pedis voce quiescente. Verum versamur in loco interpolato. v. ad vss. seqq.

78 ad 83. — ἀθετοῦνται sex versus (iudicio Aristarchi puta) quos Aristophanes quoque improbauerat, Zenodotus autem nec scripserat. Caussae memorantur in Schol. A. non, quas velles: rhapsodorum pannum esse; ab aliis ignorari; nec in bonis exemplaribus esse scriptos; sed hae: primo, quod falsum est, *omnes deos* incusasse Iouem; poterant id facere tantum ii, qui ab Achiuorum partibus stabant; porro, falsum esse, quod τῶν ἄλλων ἀπάνευθε sedere dicitur, quasi hi vno loco sederent omnes; atqui vs. 76 dispersim οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι καθείατο, sua quisque in aede; tertio Iouem non ab Olympo prospicere pugnantes, sed ab Ida." Possunt ad ista reponi haec: Prospicit sane pugnantes Iupiter ab Ida Θ, 47 sq. et inf. 183 iterum eo se confert; at nunc in Olympo sedebat, quo redierat Θ, 438. quidni inde nunc prospiceret? Sedet porro seorsum a ceteris etiam Α, 498. 499. Grauius est argumentum id, quod primo loco paullo ante fuit appositum. Grauissimum tamen censeo esse hoc, quod in exemplaribus antiquis non fuerunt lecti hi versus. Tum totus eorum habitus ita est comparatus, vt rhapsodum interpolatorem subodoreris, nam sententiam antea breuiter appositam dilatant et amplificant; tum conficti versus sunt ex aliis locis Homericis; vss. 81. 82 iam supra legebantur Θ, (VIII) 51. 52 et vs. 83. hemistichium Δ, 451. et ipsa sententia loci aliunde est concepta.

80. Poterat iungi et iunxere veteres: νόσφι λιασθεὶς τῶν ἄλλων ἀπάνευθε, καθέζετο. At Schol. A. probat eam rationem, quae vulgata est.

84. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ. „quia ante meridiem sacra fiunt" ait Schol. B. (e Porphyrio id petitum esse, disco ex Eustathio) nimis acute! immo vero est, almus dies. v. sup. ad Θ, (VIII) 66. 67 vbi duo hi versus iam erant lecti; forte inde huc repositi. Ibi tamen medius dies, qui nunc vss. 86—89 tam ornate enuntiatur, simpliciter erat redditus vs. 68 ἦμος

δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει. Ibidem dicta vide de hiatu in ἀέξετο ἱερόν.

86. ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὡπλίσσατο δεῖπνον. ⸗ „quod Zenodotus ſcripſerat δόρπον.“ Transierat tamen lectio haec in codd. partem et in edd. vulgatas, etſi improbata a grammaticis, Ariſtarcheis ſcilicet. Seruata tamen lectio δεῖπνον in Cant. Harl. Townl. Moſc. 3. Venetis. Euſtath. et in Plutarch. Sympoſ. VIII, 6. Nimirum δεῖπνον eſt τὸ ἑωθινὸν ἄριστον, contra δόρπος ἐστὶν ὁ ἑσπερινός. vt aiunt Schol. A. B. atque ita plus quam vicies vox occurrit apud Homerum. Adde Etymolog. Schol. Jl. B, 381. et Apollon. Lex. h. v. qui et etymon afferunt ſatis ineptum. Ad veſperam etiam Apollon. I, 1172 δόρπον adhibuit: ἦμος δ' ἀγρόθεν εἶσι φυτοσκάφος, ἤ τις ἀροτρεὺς ἀσπασίως εἰς αὖλιν ἑήν, δόρποιο χατίζων. Seriores tamen vſu immutato δεῖπνον de cibo veſpertino dixere; vnde Apollon. Lex. δόρπον, τὸν καθ' ἡμᾶς δεῖπνον. et Heſych. hinc ductus: δόρπον. δεῖπνον. antiquioribus vero aetatibus δεῖπνον generalius fuiſſe nomen videtur, ad deſignandas omnes diei partes, itaque etiam pro ἄριστον, cibo mane ſumto, dici potuit. Morem in cibo ſumendo non per omnia tempora eundem eſſe ſeruatum, vt nec vocum vſum, facile aſſequimur; vanam itaque eſſe cenſeo omnem hanc disputationem de temporibus cibi ſumendi.

Ceterum recte Schol. „cum nondum tempus per horas definiretur, neceſſe fuit, ſimiles notationes adſciſcere.“

δρυτόμος ἀνήρ. mox tamen δένδρεα memorantur. Scilicet δρῦς fuit antiquioribus omnis arbor, vt paſſim notatum: Schol. A. δρυτόμος, ἤγουν ὁ ὑλοτόμος. ξυλοτόμος. δρῦν γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ἀπὸ τοῦ ἀρχαιοτέρου πᾶν δένδρον. add. Euſtath.

περ interpoſitum in δρυτόμος περ ἀνήρ abeſt a Vrat. A. Moſc. 3. ab edd. Flor. Ald. nec modo Ald. 1. ſed omnibus Aldd. vsque ad Turnebum, qui περ adſciuit e Romana, quam ille primus inſpexerat. Abeſſe malebat

Ernefti, poffe enim metrum fic quoque conftare; in quo vix ei accedent metrici. περ eft accipiendum vt γε. In pedeftri oratione erat δρυτόμος τις.

ὡπλίσσατο recte emendauit Barnes, cum codd. melioribus. Erat ὡπλίσατο in edd. excepta Romana.

87. ἐν βήσσῃσιν. Townl. ἐν βήσῃσιν. vt et alibi fcribunt. — ἐπεί τ' ἐκορέσσατο Ionicum effet ἐπεί τε κορέσσατο. ἐπεί κε Vindob.

88. τάμνων δένδρεα μακρὰ, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν. Schol. A. contendit, afperandam effe vocem ἅδος. Euftathius monet, memorabile effe, quod ἄδος fcribatur, et quod prior breuis fit, cum ἀδηκότες priore longa occurrat (K, 98). Verum, quod grauius eft, de hiatu monet nemo. Digammum appofitum fuiffe confuere iam Bentleius et Knight, μακρα ϝαδος. Tenet tamen me hoc, quod in ceteris ex hac voce ductis digammum non occurrit. cf. Excurf. I. ad E, 203. p. 174. ἇδος eft in Vrat. b. A. Mofc. 3. vnde probabile fieri poteft: τάμνων δένδρεα μάκρ' ἇδος — etfi verfu fic duriore. In Cant. erat κόρος, ex interpretatione.

ἄδος τέ μιν εἵλετο Townl. per fe haud male. θυμῷ pro θυμὸν vn. Vindob.

89. σίτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ. περὶ φρένας ad ἵμερος fpectat, quatenus omne defiderium ad praecordia, φρένας, referunt veteres; non ad famem, quae cum φρεσὶ nil habet commune.

90. τῆμος σφῇ ἀρετῇ Δαναοί. Plutarch. de aud. poet. p. 24 D. recitat Τῆμός σφιν Δαναοὶ ἀρετῇ ῥήξαντο φάλαγγα.

91. ἐκ δ' Ἀγαμέμνων πρῶτος ὄρουσ'. ἂν δ' Ἀγαμ. πρ. ὄρουσ'. Ven. A. Scholia tamen „γρ. ἐκ δ' Ἀ." ἐν δ' Harl. Mori probante Bentleio, vt inf. 216. add. 149. Sic et vn. Vindob. alter ἂν δ' Ἀ.

92. Βιήνορα. Βιάνορα Ariftarchus.

93. αὐτὸν, ἔπειτα δ' ἑταῖρον — ⊱ quod ἔπειτα pro μετὰ ταῦτα refpectu verfus (I, 169.) αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας. (ad quem loc. vide.)

94. ἤ τοι ὅγ' ἐξ ἵππων κατεπάλμενος ἀντίος ἔστη. ⸏ „quod κατεπάλμενος duas praepoſitiones habet *idem* ſignificantes, κατὰ, ἀπό." Neceſſe eſt legiſſe Schol. A. καταπάλμενος, ex κατὰ et ἀπό. At Suidas, qui eadem recitat, in κατεπάλμενος, ἐφορμήσας, habet κατὰ et ἐπί. Eſt idem quod καθαλλόμενος ἐπὶ τὸν 'A.

ἀντίον Zenodotus et Ariſtophanes.

95. τὸν δ' ἰθὺς μεμαῶτα. ſc. currui inſiſtentem, (Bianorem) cum alter ὅγε. (Oileus) deſiluiſſet: obſeruat Ven. B. — (κατὰ τὸ) μετώπιον. τὸ μέσον τῶν ὀφρύων. ἀπὸ τοῦ μεταξὺ τῶν ὠπῶν εἶναι. Apollon. Lex. ſicque alii: cf. Sch. B. ad Π, 735.

96. ⸏ 97. ⸏ Ad priorem verſum nil notatum invenio. At in altero Apollonius legerat ἐγκέφαλόν δε, deleto verſu ſequente." Ven. A. ſcilicet vt eſſet pro ἦλθε δόρυ εἰς ἐγκέφαλον. Sane vſſ. 97. 98. ἐγκέφαλος δὲ et ἔνδον ἅπας π. aliquoties leguntur: M, 185. 6. Υ, 399. 400. vt facile translati eſſe poſſint — στεφάνη γένος περικεφαλαίας Apollon. Lex. p. 390. hoc verſu laudato.

δόρυ οἱ σχέθε. Townl. δόρυ ἔσχεθε. Pro νύξ' vn. Vindob. ῥῆξ' a m. pr.

98. ἐγκέφαλος δὲ ἔνδον ἅπας πεπάλακτο. „διεβρέχετο. ὡς τὸ πελάσσετο δ' αἵματι θώρηξ. (E, 100) καὶ λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας (Il. Υ, 503). Φησὶ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐμπεπλῆσθαι τοῦ αἵματος." Haec et alia Ven. A. B. Videntur tamen argute magis quam vere dicta. Etiam Sch. br. ἐφύρετο. ἐμολύνετο. non video quam conuenienter. quid enim eſt *cerebrum ſoedatum eſt?* nullo alio adiuncto. Aliter ſe habet Virgilianum: *et ſparſo late rigat arma cerebro* Aen. XII, 308. Nam παλάσσειν ἀπὸ τοῦ πάλλειν, σείειν; eſt *quatere, concutere:* ictu haſtae in os frontis penetrantis cerebrum turbari, miſceri neceſſe erat. A quatiendo proceſſit notio, *ſpargere, adſpergere, ſoedare:* vti moto luto aqua. Conf. ad Z, 268. H, 171. Non ergo fuit primaria ſignificatio διαβρέχειν. quod et Apollon. Lex. volebat: „παλάξαι (fuit παλαξέμεν Od. N, 395) μαλάξαι, 'Απίων. καὶ συνθραῦσαι.

ἔστι δὲ μᾶλλον βρέξαι (sane isto in loco) ἀφ' οὗ καὶ πηλὸς, ἡ βεβρεγμένη γῆ." Etiam in Callim. in Del. 78. Asopus fluuius tardus incedit, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ, *turbatus erat*, vertit Ernesti, qui et h. l. *cerebrum intus totum confusum est* accipit. Ceterum locus hic iisdem fere verbis iteratur inf. Υ, 398. 9. 400.

99. αὖθι ἄναξ. „γρ. αὐτόθ' ἄναξ. Barnes. male.

100. ἐπεὶ περίδυσε χιτῶνας. — „quod in nonnullis legitur ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα. Iam porro dissensus fuit grammaticorum, in iunctura verborum: τοὺς μὲν λίπεν — στήθεσι παμφαίνοντας ἐπεὶ περίδυσε χιτῶνας. sintne παμφαίνοντες ipsi iuuenes, an οἱ χιτῶνες. hoc videtur amplecti Ven. A. „At prius Nicanor, vt iuuenilis aetas exprimeretur; vt nostris quoque edd. interpungitur: στήθεσι παμφαίνοντας, ἐπεὶ π. ...Sic quoque Sch. br. acceperant. et recte, arbitror. Pius autem, grammaticus, pergit Schol. A. τὰ στήθη περιφαίνοντας" Ven. A. B. Ergo Pius στήθη π. legerat.

Iam περίδυσε, ἀφείλετο, Sch. br. Scilicet, spoliaverat Agamemnon iuuenes caesos thorace; χιτὼν ἐπὶ τοῦ θώρακος, et περιδύειν pro περιεκδύειν. Huc spectat glossa Hesychii περίδυσε. ἀπέδυσε. vt emendat Alberti. περιδύειν δὲ τὸ ὅλον ἐκδύειν δηλοῖ. Eust. περιδῦσαι ex Hyperide tanquam notabile quid memorauit Pollux VII, 44. Vocem tamen non per se esse Atticam, sed serius Atticis frequentatam bene monet Ernesti.

περίδυσσε male etiam Sch. br. πέρίδησε vn. Vindob.

101. αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἶσον καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων. — Zenodotus ediderat βῆ Ἶσον, sine ῥ. Adiiciuntur in Ven. A. „μὴ ἐμφέρεσθαι δὲ, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος νῦν ἐν τοῖς Ποσειδίππου ἐπιγράμμασι τὸν βῆ ῥ' Ἶσον· ἀλλ' ἐν τῷ λεγομένῳ σωρῷ εὑρεῖν. εὔλογον δέ, φασιν, ἐλεγχόμενον αὐτὸν ἀπαλεῖψαι." Non satis expedita haec mihi sunt. Posidippus esse videtur is ipse, cuius epigrammata nonnulla adhuc supersunt. Debuit eius esse lusus Σωρὸς, similis aliis huius generis, vt Simmiae; is in collectione eius Epigrammatum habitus postea fuisse videtur sublatus. Si

recte ſuſpicor, fuit ab eo lectum: αὐτὰρ ὁ Βήρισσόν τε. Lucem his afferam ex Apollonio de Syntaxi lib. I. ſ. 32 p. 72. vnde patet, lectum olim quoque eſſe αὐτὰρ ὁ Βήρησσόν τε. v. paullo poſt. — Sequitur in Scholiis A. „Ἄλλως. κατὰ διάστασίν ἐστι· βῆ ῥ. εἶτ· Ἶσόν τε καὶ Ἀ.“ Sic interpungenda iſta ſunt: non enim ita lectum eſt, βῆ ῥ' εἶτ' Ἶσον τε, ſed non in vnam vocem contrahenda eſſe monet grammaticus, et poſt βῆ ῥ', εἶτα, *poſtea*, ait, *ſequi:* Ἶσόν τε. Etiam Sch. br. legerant βῆ Ῥῆσόν τε. ἔβη ἐπὶ τὸν Ῥῆσον. Super ῥ' interpoſitum ad grauiorem ſonum argute diſputant grammatici ap. Euſtath. At enim probabile ſit, quod et Bentleio viſum, olim fuiſſe ὁ βῆ ϝισον. Non mirum adeo, Zenodotum in libris ſuis, ῥ non reperiſſe.

Tandem Ven. A. in fine ἐξεναρίζων requiri ait; etenim ſyntaxin poſtulare participium: „ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ συντάξεων.“ His lux petenda eſt ex loco laudato Apollonii de Syntaxi p. 72 (eſt adeo leg. περὶ συντάξεως). cum enim legeretur ab aliis αὐτὰρ ὁ Βήρησσόν τε, non conueniebat ἐξεναρίζων, ſed ἐξενάριξεν. At ſi βῆ legitur, patet legendum eſſe ἐξεναρίζων. Egiſſe ſe de his addit Apollonius ἐν τῷ περὶ μετοχῶν.

102. νόθον καὶ γνήσιον ἄμφω ſine virgula interpoſita multi et codd. et editi. Diſtinguere tamen iubebant iam Sch. Ven. A.

103. εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας. ὁ μὲν — ἐόντε, quod et in vno Vindob. legitur, Ariſtophanes legerat.“ (Ergo nec is ſollicitus fuit de metro et hiatu!) — Ven. B. notandum ait, quod in ὁ μὲν νόθος ad prius redit, et Iſum deſignat. ἐν ἑνὶ Lipſ.

104. Ἄντιφος αὖ παρέβασκε περικλυτός. ὦ ποτ' Ἀχιλλεύς. &c. „Zenodotus ὅν ποτ' Ἀ.“ (ita ad vnum Antiphum hoc ſpectat, quod mox narratur, et erit ποιμαίνοντα) Ven. A. monet, videri illum in errorem inductum, quia antiqua ſcriptura erat ο pro ω. De duobus tamen Homerum narrare etiam in ſeqq. et v. 111 eſſe

σφί. Lucem hinc habet Apollon. Lex. in ὤ p. 722. vbi tamen in verſu eſt ὅν ποτ'.

105. δίδη μόσχοισι λύγοισι. „ἐδέσμευσε ταῖς νέαις καὶ ἁπαλαῖς λύγοις, καὶ βλαστήμασι. λύγος δὲ ἱμαντῶδές τι φυτὸν, (ſic et Suidas) καὶ ἁπαλὸν, ὃ καὶ οἶσον καλοῦσιν" — (ſcil. οἶσος, vel οἰσὸς, pro οἰσύα) Etiam Apollon. Lex. μόσχοισι. ἁπαλαῖς καὶ νέαις. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἁπαλὸς μόσχος ἐστί. (exciditne βοῦς ante μόσχος? an ὁ ἁπαλὸς redditur per μόσχος. vt etiam ſit in Suida). Totum Scholion A. extat quoque in Etymologo. Excerpta inde ſunt in Heſychio, et ſimilia ex Apione et Herodoro affert Euſtathius; vt hoc quoque exemplo conſtet, ſeriores exſcripſiſſe grammaticos ſuperiorum temporum, et habere nos repetita ex antiquioribus plura quam vulgo creditur, nec tam multa interiiſſe. Adde Schol. Nicandri ad Alexiph. 357. vbi Homerica memorantur. Accipiunt autem modo μόσχος modo λύγος pro adiectiuo; cum tamen dictum ſit per appoſitionem λύγος, μόσχος. *vimen, ſrons tenera.*

δίδη. Ex δέω, δῆμι, δίδημι, eſt ἐδίδην. v. Etymol. in δίδη, vbi hic verſus recitatur, et Schol. Ariſtoph. Nub. 644. vbi tamen δίδει perperam eſt exaratum, et ad Ran. 787. Schol. Theocr. I, 97. At in Schol. br. eſt δείδη. ἔδησε. ex δείδημι. Legere ille debuit: ἐν κνημοῖς δείδη.

ἐν κνήμησι Harlei. vn. Vindob.

106. ποιμαίνοντ' ἐπ' ὄεσσι λαβών. ⊱ „quod ποιμαίνοντε eſt accipiendum. At Zenodotus expleuerat ποιμαίνοντα, quia ὃν legerat. v. ad vſ. 104.

107. δὴ τότε γ' Ἀτρείδης. Barnes e Cod. Cant. intulerat τῶν τότε. quem retudit Clarke hic et ad K, 235. In Flor. Aldd. et hinc ductis erat δὴ τό τ' Ἀτρείδης. editum erat, vitioſe. donec δὴ τότε γ' e Rom. ed. dedit Turnebus, quod codd. exhibent.

108. τὸν μὲν ὑπὲρ μαζοῖο κατὰ στῆθος βάλε δουρί. Vrat. b. et A. βάλε χαλκήρεϊ δουρί. quae alibi leguntur vt E, 145.

109. Ἄντιφον αὖ παρὰ οὖς ἔλασεν. ⟗ „quod nomen (Ἄντιφον) repetiit, vt constaret, vter e duobus esset.“ παρὰ οὖς insuauis auribus hiatus! Bentleius legebat αὖθι παρ' οὖς. aut παρ' ἄρ οὖς. melius prius. Sensus tamen requirit αὖ. scilicet scriptum erat αὖτε παρ' οὖς. In Townl. erat αὖ παρ' οὖς cum metri vitio.

111. γιγνώσκων, καὶ γάρ σφε πάρος παρὰ νηυσὶ θοῇσιν. ⟗ „quod σφὲ est αὐτοὺς, adeoque refellitur Zenodotus, vs. 104 ὅν ποτ'“ Schol. A. Quid tamen si Zenodotus tuitus esset lectionem exemplis tragicorum in quibus σφὲ pro αὐτὸν et ἑαυτὸν adhibetur? vt Sophocl. Oed. R. 780 ἀγρούς σφε πέμψαι, vernam. — γινώσκων Ven. et al. vide ad B, 468.

114. ῥηϊδίως συνέαξε. Ita ex optimis Codd. Mori Cant. Lips. Ven. cum aliis dedi: nec locus hic τῷ ξ, cum longa syllaba antecedat. In Schol. B. est: ἀδύνατον δὲ τοῖς Τρωσὶν ὑπάρχειν. leg. ἐπαρκεῖν.

115. ἁπαλόν τε σφ' ἦτορ ἀπηύρα. Adscripsit Schol. A. „Aristotelem et Antipatrum medicum docuisse, cor cum corpore crescere et decrescere.“ Eadem repetiere Eustath. et Suidas, leguntur quoque in Schol. Leid. ap. Valk. Diatr. p. 129. Non viderunt homines esse h. l. animam, vitam, tenelli hinnuli. In iisdem per σφίσιν ἀπηύρα redditur; et in Suida ita scribitur in voc. ἦτορ. at in poeta est σφὲ, pro αὐτῷ. ἀπαυρᾷν τινά τι.

116. ἡ δ' εἴπερ τε τύχῃσι μάλα σχεδὸν — ⟗ quod vtroque modo legi potest, et τε τύχῃσι et τετύχῃσι, quemadmodum λελάχωσι.

121. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπ' Ἀργείοισι φέβοντο. ⟗ „quod ὑπ' Ἀργείοισι pro ὑπ' Ἀργείων. et φέβοντο iterum pro ἔφυγον“ Sch. A. Prius spectat ad doctiorem vsum casus tertii, denotans rem agi sub alterius imperio, nutu, vi.

Schol. br. in ed. pr. φεύοντο scribitur, quod Barnes pro φεύγοντο et φύγοντο habebat. Immo υ est pro β.

122. Ἱππόλοχον μενεχάρμην. vt μενεπτόλεμον. ὑπομένοντα τὴν μάχην. πολεμικόν. Schol. br. add. Hesych.

123. υἷέας Ἀντιμάχοιο δαΐφρονος. Zenodotus κακόφρονος ediderat: quod pro var. lect. etiam Schol. Lipſ. memorat, cum Schol. A. ieiune, ait Schol. A. εὐτελῶς. Addit Schol. B. δαΐφρονα non eſſe bellicoſum, ſed prudentem, τῇ βουλῇ τοὺς πολεμίους (Troianos) διεγείροντος. Alios quoque in hoc epitheto eſſe argutatos, et ironice dictum accepiſſe videas in Euſtath. Atqui eſt epitheton ornans, nec refert vtrum praeferas et vtro ſenſu. κακόφρονος etiam Tzetza reddidit in Antehom. 158. Obſtiterat autem homo Antenori, memorante Aeliano Hiſt. Anim. XIV, 8. verſu laudato.

124. χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος, ἀγλαὰ δῶρα. „quod χρυσὸν, δῶρα, dictum eſt pro χρυσᾶ δῶρα. δεδεγμένος, λαβών. vt A, 23 ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα. vt non aſſequar, quid virum doctum induxerit, vt putaret eſſe, expectans.

126. τοῦ περ δὴ δύο παῖδε λάβε. παῖδ' ἔλαβε Vrat. b. τοῦπερ δὴ καὶ mſ. Ammon. de diff. voc. p. 119. τοῦπερ δὴ λάβε παῖδε δύο Lipſ. ſuauiore ordine, quod magis placebat Erneſtio; in nullo tamen libro ita ſcriptum accepi.

127. εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας. ὁμοῦ δ' ἔχον ὠκέας ἵππους. „ὁμοῦ ἐνεχείρουν κρατεῖν τοὺς ἵππους" Schol. A. vterque ſimul anniſi ſunt regere equos, ſcilicet, vt effugerent Agamemnonem; ſed fruſtra. At Sch. B. ὁμοῦ, τῷ Ἀγαμέμνονι, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, vel ad congrediendum cum Agamemnone; fere vt Od. Λ, 572 θῆρας ὁμοῦ εἰλοῦντα; vel quod caſu eodem in loco, quo Agamemnon ſtabat, et ipſi inuecti erant. Nam ὁμοῦ, ἐν αὐτῷ τόπῳ Homericum vſum eſſe, diſerte docet Schol. Apollonii I, 1079. verſu quoque laudato: de tempore apud ſeriores adhiberi. Eſſe tamen obſeruationem vanam, docent loca multa Homerica, in quibus non modo de loco, ſed et de tempore vſurpatur. v. ad A, 61. ἔχον ἵππους, ἤλαυνον, ſimpliciter exponit Euſtathius, qui mox per ſyllepſin de duobus dici contendit, quod tantum ad vnum ſpectabat. Ceterum ad vulgarem ſtructuram erat ἐόντας καὶ ὁμοῦ ἔχοντας.

128. ἐκ γὰρ σφέας χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα. ⊱ „quod σφέας χειρῶν dictum eſt pro αὐτῶν χεῖρας." Schol. A. σφῶν χειρῶν Moſc. 3. vn. Vindob. σφέων edd. Flor. Ald. 1. σφέον Ald. 2. ſed σφέων retinuere ceterae edd. vsque ad Turnebum, qui σφέας ex ed. Rom. induxit. Conſentiunt in hac lectione Euſtath. Mori, Ven. et al. Dictum ſcilicet ἐκφεύγει ἐμέ τι ἐκ χειρῶν.

φύγον Ariſtarchea eſt lectio, alii φύγεν. In Harlei. ſcriptum eſt vtrumque.

129. τὼ δὲ κυκηθήτην. ἐταράχθησαν, v. Schol. br. Euſtath. et Heſych.

ὁ δ' ἐναντίον ὦρτο. Schol. A. „ἐναντίον. οὕτως." ſcilicet aut reſpectu aliorum locorum, in quibus variat lectio ἐναντίος et ἐναντίον, aut quia et h. l. ἐναντίος legebatur.

130. Ἀτρείδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουνάζοντο. ⊱ quod verſus duodecim ſyllabis conſtat; ſimilis alteri: (Od. Φ, 15) τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ συμβλήτην ἀλλήλοιιν — quod tales verſus habentur *tenues*, εὐτελεῖς. Putes vero tales verſus eſſe graues, propter ſpondeos. Verum pronuntiatum hoc reſpectu dactylorum, quos putarunt verſum μεγαλοπρεπέστερον reddere: quod diſcas ex Euſtathio.

γουναζέσθην. obſeruat Schol. A. non eſſe proprio dictum, ſed pro ἱκέτευον. Sic quoque Euſtath. et Schol. br. ἐλιτάνευον Heſych. protentis ſcilicet manibus.

131 — 135. Iidem verſus legebantur ſup. Z, 46 — 50. ad quos vide Obſſ.

Ἀτρέος υἱὲ, Barocc. Harlei. Ἀτρέως.

132. πολλὰ δ' ἐν Ἀντιμάχοιο δόμοις κειμήλια κεῖται. Euſtathius: γράφεται καὶ, πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῖο πατρὸς κειμήλια κεῖται. Verſus repetitus eſt ex altero loco Z, 47. niſi quod ibi minus ſuauiter vbique legebatur ἀφνειοῦ πατρός. legitur hoc ipſum in Moſc. 3. ſicque lectum erat in edd. non modo Flor. Ald. 1. ſed et in Ald. 2. et ceteris omnibus ante Turnebum, qui ed. Rom. euoluit, et lectionem nunc receptam et a codd. firmatam intulit.

Poterat tamen abesse δόμοις, et praeferri πατρός. Etiam Bentl. e dissensu colligebat fuisse ἐν Ἀντιμάχοιο πατρὸς κ.

134. τῶν κέν τοι χαρίσαιτ'. Lips. τῶν κέν τι.

135. εἰ νῶϊ ζωοὺς πεπύθοιτ'. Aristarchus εἰ νῶϊ ζώω ediderat; nec id male.

137. ἀμείλικτον δ' ὄτ' ἄκουσαν. Apollon. Lex. „ἀμείλικτον, πικρὰν καὶ οὐ προσηνῆ· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσεν." hemistichion adscriptum est non ex h. l. sed ex Φ, 98. Etiam Schol. A. per Synonyma declarat ἀπηνῆ καὶ σκληράν. Add. Schol. br. Eustath. praeterea Etymol. Hesych. Suid. Hoc est, quod saepe miratus sum, voces, nobis tam apertas et expeditas tam studiose à grammaticis illustrari: alias multo difficiliores et obscuriores praetermitti.

138. Aut scriptum aut pronuntiatum fuit εἰ μὲν δὴ 'ντιμάχοιο. Sequentia Tzetza Antehom. 158 sq. sic exponit: καί νύ κεν Ἀντιμάχοιο κακόφρονος ἔκταθεν (sic est leg.) ἔργοις Ἀργείων οἱ ἄριστοι πρέσβεῖης ἀλεγεινῆς, χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένον εἵνεκα τοῖο. Ἀλλ' Ἀντήνωρ ξείνισεν ἐκ θανάτοιο σαώσας. — Τῆμος δ' Ἀντιμάχοιο ἀτάσθαλα ἔργα φυγόντες Ἀργείοις ἐρέεινον ὅσα πάθον ἄλγεα Τροίῃ. (sic lego) Attigi haec iam sup. ad Γ, 205.

Mox v. 139. ἄνωγεν est ex ἀνωγόν, non ex ἄνωγα, monuit Clarke.

140. ἀγγελίην ἐλθόντα. ἡ ἀγγελίην, εἰς πρεσβείαν recte primo loco Schol. A. mox autem subiicitur: duo significatus habere apud Homerum ἀγγελίαν, primo τὸ ἄγγελμα — vt Od. O, 313. tum vt sit ὁ ἄγγελος. Eadem habent Sch. br. Etymol. et Apollon. Lex. h. v. alterum hoc, ἀγγελίαν pro ἄγγελος dici, refutauit docte Tollius. Excursu ad Apollon. Lex. p. 737. subintelligendum enim εἰς ἀγγελίην, quod ipsa res docet. cf. ad Γ, 206 et Δ, 384.

141. μηδ' ἐξέμεν ἂψ ἐς Ἀχαιούς. Ven. et Sch. ἐξ ἵμεν (nisi fuit ἐξέμεν, vna voce, vt solebant veteres. Ita ἐξεσίην scribebat Aristarchus. v. inf. ad Ω, 235.) cum aspero. τὸ γὰρ εἶναι καὶ ἀφεῖναι παραγωγὰς γέγονεν ἕμε-

κον, ἱππεῖς δ' ἱππῆας. (ſc. vt addatur δηϊόωντες χαλκῷ. quae et addunt Sch. br.) οἱ γὰρ τῶν ἵππων πόδες χαλκῷ ἐτίτρωσκον. (leg. οὐ γὰρ τ. quod et Sch. br. habent). Ita tamen ipſe Euſtath haec expoſuit; etſi obuia res ſit, χαλκῷ de armis pugnantium eſſe dictum. δηϊόωντας ed. Flor. Emendate — τες dedit ſtatim Ald. 1.

155. ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. ξ— „quod ἄξυλος multis modis exponitur: aliis eſt θρυώδης (an f. δρυώδης?) aliis πολύξυλος. (vt et in Suida.) aliis eſt ſilva, e qua nemo lignatus eſt, adeoque arboribus abundans. vt ap. Heſiodum: τῆλε γὰρ ἀξυλίῃ κατεπύθετο κήλεα νηῶν (ſequi debuit aliquid: ξύλα στηρίγματα)." Hactenus Ven. A. Similia habet Apollon. Lex. in ἀξύλῳ. Sequitur poſteriorem rationem Ven. B. tum ſubiicitur Porphyrii ſcholion, quod habebatur iam in Quaeſt. Hom. 26. qui contendit eſſe ἄξυλον ὕλην, ἐξ ἧς οὐδείς πω ἐξυλεύσατο. Si tamen propius adſpicias, arguta magis, quam probabilis eſt ratio: quandoquidem α toties in compoſitis auget, ex ἅμα vel ὁμοῦ. cf. Harpocration in ἄβιος. Heſych. p. 2. Ceterum comparatio haec eſt ex nobilioribus; iterum ea occurrit inf. O, 605. item Υ, 490 ſq. et profecit inde Apollon. I, 1027 σύν τ' ἔλασαν μελίας τε καὶ ἀσπίδας ἀλλήλοισιν Ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρὸς, ἥτ' ἐνὶ θάμνοις αὐαλέοισι πεσοῦσα κορύσσεται. Et Virgil. Aen. Α, 405 ſq. πῦρ ἀΐδηλον. De voce vidimus iam ad B, 455. Agit de ea Porphyr. Quaeſt. Hom. 26. quae tranſlata eſt in Schol. B. ad h. v. Inepte de hac voce argutatur Euſtath. Super ἄξυλον veteres exſcripſit.

156. πάντῃ δ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρει, οἱ δέ τε θάμνοι πρόῤῥιζοι πίπτουσι. εἰλυφόων ἄνεμος. Sch. br. εἰλῶν. ταράσσων. Apollon. Lex. h. v. συνειλῶν· τὸ πῦρ μετὰ συστροφῆς ἀποφέρεσθαι ποιῶν. Viuidius res expreſſa inf. Υ, 492 πάντῃ δὲ κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει. Ad ipſum ignem ſe voluentem translatum eſt in Sc. Herc. 275 τῆλε δ' ὑπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε (ſe) χερσὶν ἐνὶ δμώων. etſi verſus a primo poeta non ſunt. In etymo argutantur grammatici (ap. Heſych. Etymol. Euſt. h. l.

et ad Il. Υ, 492) quasi φάος insit voci; atqui ἕλω, εἵλω, εἰλύω et εἰλύω, εἰλύφω, εἰλυφάω, εἰλυφῶ, et Ionice εἰλυφόω, nihil aliud quam εἰλέω, *inuoluo*, *contorqueo* et sic porro. Scriptum ἠλυφόων in Lips. φέρει. Mosc. 3 φέρει. Verum ex more Homeri absoluta sententia sine regimine interponitur φέρει. etsi sic pro τε praestaret δὲ, πάντη δ' εἰλυφόων ἄ. Iam φέρει nimis tenue videri potest, vt cum Eustathio facile amplectaris στρέφει. Conuenit hoc cum ipsa voce εἰλυφόων. qui ap. Hesych. συστρέφων ἄνεμος. Praeferebat quoque στρέφει Bentl. At φέρει non minus habet vim grauiorem pro *rapit*, rapide aufert. Ita ἄελλαι φέρουσιν inf. Τ, 377. 378. Ceterum in voc. εἰλυφόων difficultas metrica occurrit. media in εἰλύω vbique est longa. cf. ad Μ, 286; etiam in εἰλυφάζω, ex εἰλυφάω ducto, inf. Υ, 492 πάντη δὲ κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει. Necesse adeo est εἰλυφόων tribus syllabis efferri; ac si scriptum esset εἰλυφῶν. quod vereor vt Homericum sit. Mediam tamen et corripi et produci potuisse, quod Eustath. ad Υ, p. 1218, 12 asserit, haud credo; verbum υω, ειλυω, productam habuit et habere debuit. Suppetit vero ratio melior: Primo digammum desiderat vocabulum: Ex modo laudato versu Υ, 492 φλόγα ϝειλυφαζει apparet fuisse ϝειλυφαω. Qua de re v. in Excursu de Digammo et sup. ad Ζ, 424. Exterendum itaque esse videtur τὸ τ' in πάντη τ' εἰλυφόων, nam esse debuit antiqua scriptura πάντη ϝειλυφοων. Porro εἰλύω fuit antiquitus ϝειλυϝω. Suspicor igitur fuisse scripturam priscam et veriorem ϝειλυϝων quod nunc est εἰλύων. comparatio autem ita procedit: ὡς, ὅτε πῦρ ἐμπέσῃ ὕλῃ, πάντη εἰλύων ἄνεμος φέρει (sc. αὐτό.) Bentleius ita constituerat: πάντη ὁ ϝειλυφοϝων ἄνεμος στρέφει.

Super etymo voc. θάμνος satagunt Sch. br. Eustath. cf. Hesych. Etymol. Ad Homerum haec non spectant. Sufficit esse arbusta. Apollon. Lex. θάμνοι, οἱ ὑλώδεις τόποι adscripto hoc versu.

157. οἱ δέ τε θάμνοι πρόῤῥιζοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ. ἐπειγόμενοι. Aristarcheam esse lectionem prodit

Schol. Ven. A. Quid igitur aliis fuit lectum? Sufpicor ἐπειγομένου vel ἐπειγομένῃ πυρὸς ὁρμῇ. minus docte. ὁρμὴν vn. Vindob. πρόῤῥιζοι effe μέχρι τῶν ῥιζῶν monent Sch. br. Scilicet alias eft σὺν ταῖς ῥίζαις. v. Hefych.

158. πίπτε κάρηνα. κάρηνα duplici modo acceperant feu proprie ceruicibus recifis feu pro ipfis hominibus. Sch. br.

160. κείν' ὄχεα. Schol. A. ait τὸν Τεχνικὸν (Dionyfium Thracem) ἐν τῷ ὑπομνήματι τοῦ (immo εἰς τὰ) περὶ παθῶν Διδύμου (fuit fcilicet Didymi libellus περὶ παθῶν grammatico fenfu) κεῖν' fcribi voluiffe, at ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ contrarium ftatuiffe. Spectat hoc Scholion proprie ad P, 201 ἆ δειλ'. vbi v. Obff. corrigendum quoque hinc Scholion in extrema parte: περισπᾷ γοῦν τὸ δῆλον. Vt verbo dicam, Dionyfius altero loco dixerat, in κενὰ, fi elifione vltimae fiat κεν', fcribendum effe κέν', fi ex κεινὰ fiat κειν', fcribendum effe κεῖν', altero autem loco ftatuiffe fcribendum effe κείν'. hocque alterum vulgo probari videmus.

κροτάλιζον. Dictum transitiue: vt aliquis *fonat currum*, pro, fonare, ftrepere, facit currum. ἕλκοντες ἠχὴν ἐποίουν. Sch. br. Inter ὀνοματοποιηθέντα refert Euftath. Inf. O, 453 eft κείν' ὄχεα κροτέοντες eodem modo, vt κροταλίζειν fit quod κροτεῖν, fonitum mouere. Proverbium hinc ductum κενὰ κροταλίζεις ὄχη. ap. Apoftol. XI, 31.

ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας. v. ad Δ, 371.

162. κεῖντο γύπεσσι πολὺ φίλτεροι, ἢ ἀλόχοισι. miro modo Ven. B. τοῖς γυψὶ, ὅτε ἀπέθανον, ἢ ταῖς γυναιξὶν, ὅτε ἔζων. (repetit hoc Euftath.) ἤ, τοῖς μὲν γυψὶν ἔμελον, ταῖς δὲ γυναιξὶν οὔ. Reftat tertium. v. Notam. κείατο. emendatum hinc Hefychii Scholion κείαντο. ἔκειντο. immo κείατο.

163. Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεύς. — „quod ἐκ in his vff. omnino eft pro ἐκτός." — ὕπαγε pro ὑπεξήγε. ὑπεξέφερε. Sch. br. Euftath.

Verſus 163 164. Lucian. Nigrin. 18 in ſuam rem vertit; eosdem fini hiſtoriae ſuae ſubſcripſit Dio Caſſius. Apud Gell. N. A. XIII, 24 ſunt inter exempla cumulatorum magna cum vi ſynonymorum. vt Od. Λ, 611 ὑσμῖναί τε μάχαι τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε.

165. σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων. σφεδανόν; diſerti in illuſtranda hac gloſſa ſunt omnes Sch. A. B. Sch. br. Euſtath. Apollon. Heſych. Etymol. Migrauit quoque vox inter Platonicas gloſſas Timaei. Apponam tantum antiquiora. Ven. A. exponit ἐπεικτικὸν καὶ ἀπεστραμμένον. οἷον σφενδονηδὸν, ἀπὸ τῆς σφενδόνης. οὕτως Ἀρίσταρχος." Fatendum eſt, Ariſtarchum iudicium ſuum parum in hoc etymo approbaſſe; melius alii repetierunt a σπεύδω, (Etymol. παρὰ τοῦ σπεύδειν σπευδανὸς καὶ σφεδανός) et vocem declarant per σφοδρόν. Apollonius: σφεδανόν. ὁ μὲν Ἀπίων σκληρόν. ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐπιτεταμένον. atque hoc maxime accommodatum, intente. acriter. Adde Π, 372. vbi idem fere verſus, et Φ, 542. ad quem vide.

166. οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα. ⸐ „πρὸς τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα. ait enim Ili monumentum eſſe medio in campo." Fuit quoque ζήτημα ſuper locorum ſitu, quod Ven. A. exponit, orta dubitatione ex eo, quod nonnulli non interpunxerant poſt καππεδίον, ſed cum παρ' ἐρινεὸν iunxerant; ea tamen arbor prope vrbem erat. At Ili ſepulcrum erat in planitie campi: inde, vbi ad vrbem porro tenderes, perueniebatur ad *caprificum*, ἐρινεὸν, ab ea ad *portam Scaeam*, a qua haud longe abfuit *quercus*. cf. Excurſ. ad lib. VI. p. 303. et al.

παρ' Ἴλου σῆμα. σήματι ϝίλου vidimus K, 415. vt vbique eſt ϝίλιον, ab eo appellatum. Bentleius itaque mutabat οἱ παρὰ ϝίλου σῆμα. At δὲ abeſſe nequit; ſunt enim *Troiani*. Saltem eſſe poſſet Ἴλου δ' οἱ παρὰ σῆμα. Sic ϝίλου locum haberet. Ineſt omnino ſcabrities aliqua hisce verſibus. — Ἴλλου Harlei. et Vrat. A. Moſc. 3. et al. h. l. edd. Flor. Aldd. et Rom. excepta Argentina vsque ad Turnebum. Supra K, 415 Sch. br. praefixum erat Ἴλλου. Verſus 166. 167. excitat Strabo XIII, p. 886.

B. vbi de Ilo memorat, qui poſt vrbem Dardaniam, a Dardano in radicibus Idae conditam, auſus erat vrbem condere *in campis*, ἐν πεδίῳ, cf. Il. Υ, 216 ſq. non adeo mirum, Ilum in medio quoque campo ſepultum fuiſſe.

167. μέσσον καππεδίου variauit 172. καμμέσσου πεδίου alibi πεδίον κατά.

169. λύθρῳ δὲ παλάσσετο quod Ionicum et auribus gratum repono ex Harlei. et Vrat. b. De voce παλάσσεσθαι v. ad Z, 268. χεῖρας ἀάπτους vidimus iam Λ, 567.

170. Σκαιάς τε πύλας. In etymo argutantur grammatici, vt alibi alii, ita h. l. Schol. B. pro ἵκοντο vn. Vindob. ἵκανον.

171. ἔνθ' ἄρα δὴ ἵσταντο. vix dignum memoratu eſt, mirandum tamen, cum Aldina ſphalmate ἔνθα ἄρα verſum iugulaſſet, id ſeruatum eſſe ab editoribus, etiam a Turnebo, vsque ad Criſpinum; attamen ed. Rom. emendate verſum exhibuerat.

173. ἅς τε λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ. „quod ἐφόβησεν, εἰς φυγὴν ἔτρεψε" Sch. A. ſaepe iam monitum! ὡς δὲ λέων excitat Aelian. H. A. V, 39.

ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ. vox a grammaticis vexata, duplici quoque etymo; vt ſit modo pro veſpere, ἐν ᾗ ὥρᾳ ἀμέλγουσιν, et de media nocte, ἐν ᾗ τις οὐ μολίσκει. h. e. πρόεισι. Schol. A. et Apollon. Lex. verſu ipſo adſcripto. Poſterius a μολεῖν ductum, etſi ineptum, laudat ex Orione Etymologus. cf. Heſych. et Suidas. Res tamen h. l. narrata videtur non veſperem, ſed altam quietem poſcere, qua leones armenta inuadere poſſint intra ſeptum ſtabulantia. Ita etiam ſtatuere licet de Il. O, 324. Forte hoc, cum obſeruatum eſſet, grammaticos adduxit, vt ἀμολγὸν de media nocte acciperent. Quid tamen ſi inclinata iam nox deſignata eſt per ἀμολγὸν, cum ſub diluculum vaccae mulgerentur? Ad tale tempus ſpectare videtur ſomnium Penelopes Od. Δ, 841. Verum vſu loquendi ipſo, probabile ſit omnino, νυκτὸς

ἀμολγῷ pro διὰ νυκτὸς positum esse, de quauis noctis parte. De vespere, cum Hesperus procedit, dictum est Jl. X, 28. 317. Argutias captat laudatus a Barnesio Martinus Var. Lect. I, 23. ex Eustathio, quem vide et ad h. l. et ad O, 324.

174. αἰπὺς ὄλεθρος. haec iam vidimus Z, 57. Corrigendus in hoc Suidas: αἰπὺς ὁ ὀλέθριος. leg. αἰπὺς ὄλεθρος.

175. τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε, λαβὼν, κρατεροῖσιν ὀδοῦσι. ἔαξεν ὀδοῦσιν iungenda, vt sup. vs. 114. τῆς δὲ, pro ταύτης δέ. Vix enim Homericum esset accipere pro ἧς, vt sit: τῇ δέ τ' ἴῃ — ἧς ἐξέαξε.

176. αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει. Sch. A. λαφύσσει, μετὰ σκυλμοῦ ἐσθίει. Hoc idem Apollon. Lex. h. v. et Hesych. apponunt. σκύλλειν est fatigare, vexare, verum reuocanda huc est alia significatio ex Hesychio, σκυλλεῖν, s. potius σκύλλειν, τὸ τοῖς ὄνυξι σπᾷν. Lambit leo ita, vt lingua aspera et aculeata carnes auellendo hauriat cum sanguine; atque hoc est, cum laniatione, μετὰ σκυλμοῦ ἐσθίειν. Vocem λαφύσσειν eiusdem stirpis esse cum λάπτειν et ἀφύσσειν, apertum est. (v. Schol. Aristoph. Nub. 52. qui h. v. laudat) hoc a φῦμι ducit Etymologus. λάπτει, καταπίνει est in Hesych. In Apollon. Lex. in λαφύσσει adiectum est: τῶν πεποιημένων ἡ λέξις. et Schol. br. μετὰ ποιοῦ ἤχου ἀναῤῥοφεῖ. assuto Schollio inepto, in quo ἀπὸ τοῦ γλάπτω, excauo, vox ducitur. Latiore significatu inde λαφύσσειν, λαφυγμὸς, pro ἀδδηφαγεῖν; de quo v. Suidas, qui versum excitat aliena in re. Ceterum hoc hemistichium de leone iterum occurrit Σ, 583. et P, 63. 64 repetiti sunt vss. 175. 176.

178. οἱ δὲ φέβοντο, Ionicum, seruauit Townlei. Apposita est in Veneto stigme ⸖ respectu τοῦ φέβεσθαι. v. ad 173 et 121.

179. ※ 180. ※ — „quod hi duo versus sedem habent ἐν τῇ Πατρόκλου ἀριστείᾳ, non autem hic, vbi praecesserat iam 159. 160 πολλοὶ δ' ἐριαύχενες ἵπποι

Κεὶν' ὄχεα προτάλιζον. Zenodotus nec ſcripſit hos duo verſus, Ariſtophanes reprobauerat alterum Ἀτρείδεω." Schol. A. Scilicet alter hic verſus de Patroclo legitur: Π, 699 Πατρόκλου ὑπὸ χερσί. περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν. prior nec ibi nec alibi legitur. At ferri poteſt, etiamſi ſerioris rhapſodi fetus ille ſit.

181. ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλεν. ἔμελλον Lipſ. cum Harlei. Vrat. a m. ſec. tribus Vindob. ſc. Troiani. poſſet et ipſum ferri.

183. Ἴδης ἐν κορυφῇσι καθέζετο πιδηέσσης. ,,quod per haec poeta docet, Iouem Olympo ad Idam ſe contuliſſe." Ven. A. Scilicet ad Olympum redierat Θ, 438. vnde nunc iterum deſcendit.

πιδηέσσης. vox grammaticis notabilis viſa. Schol. h. l. Etymol. Heſych. et iam Apollon. Lex. h. v. καθύγρου. πιθακώδους. πολυπιδάκου. Scilicet fuit aliquando ἡ πίθη, πίθαξ.

184. ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσίν. ἔχε δ' ἀστεροπὴν Ariſtarchus. (quod et ſcriptum in Cantabr.) Eſt autem h. l. non fulmen miſſum, ſed inſtrumentum, ait Ven. A. quo fulmen mittitur: vt N, 242. 3 ἀστεροπῇ — ἥν τε Κρονίων χειρὶ λαβὼν ἐτίναξε.

185. Ἶριν δ' ὤτρυνε. ſic codd. et edd. vsque ad Steph. qui, forte caſu, expreſſerat ὄτρυνε. Parum refert.

186. βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα. quod ταχεῖα eſt pro ταχέως." Vidimus iam Θ, 399. Noluerunt ergo epitheton Iridis eſſe. φάσκ' ἴθ' Lipſ. ἴθ' Ald. 1. vitio operarum, quod ſeruarunt indocte Ald. 2. cum toto grege, etiam Turnebus, cum tamen Flor. et Rom. exhiberent ἴθι. Nec primo nunc occurrit, ſed ſup. B, 8 et inde ſaepius.

ἔνισπες expreſſum eſt in Veneta edit. operarum puto vitio.

187. ὄφρ' ἂν μέν κεν ὁρᾷ. et iterum ſic vſ. 202. Notabile, non inſuaue ad aures eſſe viſum ἂν μέν κεν. Ita tamen et alibi; vt Od. E, 361 ὄφρ' ἂν μέν κεν δούρατ' — Z, 259 ὄφρ' ἂν μέν κ' ἀγρούς — Tam incertum eſt

aurium indicium! inprimis si cogites cumulari quoque ἂν et κέν, eodem sensu.

189. τόφρ' ἀναχωρείτω. ἀναχωρήτω Townl.

191. ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ. ⸺ „ad obseruandum discrimen (iam saepius monitum) inter τύψαι et βαλεῖν, *cominus* et *eminus*."

192. αὐτὰρ ἐπεί κ' — εἰς ἵππους ἅλεται. ⸺ „quod ἅλεται pro ἅληται." Sch. A. hactenus bene; (Eadem Eust. et alii) nec exemplo haec carent in Homero, videnturque, ex mea sententia, ad sermonem nondum grammatica subtilitate constitutum pertinere. Etsi potuit quoque esse ἅλομαι et praesens poni pro futuro. ἁλεῖται. At grammatici mira ad h. l. notarunt in Sch. Ven. A. ψιλοῦται (h. e. ἅλεται scribitur, vt est in Townl. hic et 207.) siue sit pro ἐκκλίνειν, vt Ascalonita ait, siue pro συστραφῆναι, vt Tyrannio. vnde ἑάλη N, 408. ἀλεὶν (non vt editur ἅλεν), X, 12. ἀλῆναι, Π, 714. ἀλεὶς, X, 308. ἀλὲν ὕδωρ, Ψ, 420. ἀλέντες, Φ, 534. 607. inde ἅλωμαι, ἅληται, pro quo h. l. ἅλεται vt I, 409 ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων pro ἀμείψηται. Od. Ξ, 400 ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς ἀλεύεται ἠπεροπεύειν, pro ἀλεύηται. Il. Υ, 173 ἤ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ pro φθίηται." Bene obseruata postrema: etsi de singulis erit quod moneri possit. At miror grammaticos permutasse inter se plura, et duxisse ἅλεται ab ἅλημι, quod idem est atque ἄλημι. ἀλέω. εἰλέω. idque fuit haud dubie ϝαλεω. v. ad E, 823. Alienum autem id ab h. l. εἰς ἵππους nemo ἀλῆναι solet, συστρέφεσθαι. Aliud est Π, 402 ὁ μὲν εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ ἧστο ἀλείς. sedit contractus. Deterius est quod in Ven. A. subiicitur in fine: τὸ δὲ ὅλον γίνεται ἀπὸ τοῦ ἀλῶ, πλανῶ, ὅπερ ψιλοῦται. vnde est ἄλημι, ἀλάλημαι. Etiam diuersum ab hoc est ἁλῶναι, ἁλοὺς, ab antiquo ἅλωμι, ex ἁλῶ, ἁλώω, quod nunc est ἁλίσκω. At, praeter haec omnia, in vsu Homerico habitum est ἄλλομαι pro ἅλλομαι, vnde est ἐπᾶλτο. ἐπάλμενος, vt monitum ad H, (VII) 260. Θ, (VIII) 86. Φ, 536. Nil adeo refert h. l. ἅλεται an ἄλεται scribas. ἄλλεσθαι ἀφ' ἵππων,

ἐξ ἵππων, ἐξ ὀχέων, saepe occurrit; quidni ei h. l. et 207 *εἰς ἵππους*! vt H, 15 *ἵππων ἐπιάλμενος ὠκειάων*.

194. (*εἰσόκε*) — *ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ*. Mosc. 3. et vn. Vindob. *ἔλθοι*. etiam vs. 209.

196. *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν*. ⸗ „quod est ἡ Ἴλιος. et quod nunc est *κατ' Ἰδαίων ὀρέων*· vbi vero in Olympum redit, est *ἐξ Ἰδαίων ὀρέων*, quippe *ἐξ ἴσου ἐπὶ ἴσον*, *ex monte in montem*." Argutiae eaeque falsae. Nam sup. Θ, 410 *Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς μακρὸν Ὄλυμπον*. Adde O, 79. 169.

203. *ἐναίροντα*. *ἀναίροντα* Lips. vitio. Est locus quoque ap. Iulian. Or. II, p. 68 A.

204. *τόφρ' ὑπόεικε*. Vrat. A. *ἀπόεικε*.

207. *τότε τοι κράτος ἐγγυαλίξει*. *τότε σοι* Mori, Harl. Vrat. A. *τότε οἱ* Lips. Townl. ex 192.

210. *ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη πόδας ὠκέα Ἶρις*. Pro postremis legitur *ἀπεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον* in Barocc. Mori, vn. Vindob. Porro qui *ὣς* putet scriptum fuisse *ϝώς*, possit huic loco succurrere corrigendo *ἡ μὲν ϝὼς εἰποῦσ'*. At de *ἄρ' ὡς* vide ad Γ, 196.

211. versus iam lectus sup. Γ, 29. Pro *ἆλτο* est *ἅλτο* Townl.

212. *πάλλων δ' ὀξέα δοῦρα*. *δοῦρε* Harlei. nam duas hastas gestant.

213. *ὀτρύνων μαχέσασθαι*. *μαχέεσθαι* Harl. vn. Vindobon.

214. *οἱ δ' ἐλελίχθησαν*. *ἔν τισιν· οὗτοι ἐλελίχθησαν*" Schol. Ven. A. Forte fuit *οὗτοι ἐλίχθησαν*. etsi Dawes reponeret *οἱ δὲ ϝελιχθησαν* (v. Excurs. de Digammo, et supra Obss. ad A, 530.)

216. *ἀρτύνθη δὲ μάχη*. *ἀρτύνθη*. *κατηρτίσθη*. Apollon. Lex. *ἐν δ' Ἀγαμέμνων πρῶτος ὄρουσ'* Townl. Vrat. *ἐκ δ'*, etiam bene, cum b. duob. Vindob.

217. *ἔθελεν δὲ πολὺ προμάχεσθαι ἁπάντων*. ⸗ „*ἐθέλειν* esse apud Homerum, non, *θέλειν*; et cum respectu ad illud: *μήτε σύ, Πηλείδη θέλ'*" Schol. A. Scilicet ait,

debere hoc esse ἔθελε, vnde scribitur: Πηλείδη 'θέλ'. Il. Α, 277. ad quem locum v. Obss.

218. ἔστητε. Totus versus sup. B, 484 lectus.

219. ὅς τις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθε. „ἀντίος Zenodotus et Aristophanes. ἀντίον Aristarchus." Ven. A. hoc et habet Cant. Vrat. b. a m. sec. vn. Vindob. „γρ. πρῶτός ὁ Ἀ." Barnes; puto de suo dedit. Bentl. em. πρώτιστ' Ἀ.

220. κλειτῶν ἐπικούρων. κλητῶν Townl. quod per se praeferam: sunt *socii aliunde arcessiti*. Ita etiam codd. Z, 227. P, 14. et receptum τηλέκλητοι E. 491 ad q. v. vide. πολύκλητοι, K, 420. At alibi sine varietate legitur κλειτοὶ, vt Γ, 451. Δ, 379. et solet quoque hoc vocabulum pro epitheto simpliciter ornante adhiberi: *praeclari socii*.

221. ⊱ quod tanquam numine afflatus reponit: Ἰφιδάμας Ἀντηνορίδης etc. vt lib. I. τίς δ' ἄρα σφῶε θεῶν — respondet Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. Ven. B. monet, iungenda esse 231. Ἰφιδάμας — μέγας τε. ὅς τότε. (pro οὗτος) *hic, inquam, tum*. Pro Iphidamante apud Strabon. (lib. VII. Epit. p. 510. A.) laudatur Ἀμφιδάμας.

222. ὃς τράφη ἐν Θρήκῃ ἐριβώλακι μητέρι μήλων. „μητέρι θηρῶν Zenodotus." at, ait Ven. A. recte, ἐριβώλακι postulat multos *greges*, non *feras*. Vidimus μητέρα μήλων de aliis quoque terris B, 696. I, 475.

ἐν Θρήκῃ recte scripsit Barnes cum Cant. Ven. Lips. ex vsu Homerico. Edebatur Θράκῃ, et Θρᾴκῃ.

τράφη ἐνὶ erat in Lips. Ernesti putabat eum voluisse dare: τράφ' ἐνὶ, atqui sic Homerus nec scripsit, nec scribere potuit. v. sup. ad B, 661.

223. Κισσῆς, τόν γ' ἔθρεψε. Κισσεὺς legebatur, manifeste interpolatum, in edd. Flor. Aldd. At Rom. Κισσῆς, quod Turn. Steph. recte receperant; iterum reuocavit Κισσεὺς Barnes. Est sane hoc vulgare. At alterum antiquius: ductum vtrumque ab antiqua scriptura et pronuntiatione: Κισσες· vt syllaba longa declararetur, scriptum Κισσεες et ΚισσεϜς. Ex hoc factum Κισσεὺς, ex

illo Κισσῆς. Hoc habent Ven. vterque cum Sch. tum Sch. br. Euſt. (qui male a Κισσέας ducit) Townl. In Scholiis ſeriorum commenta habentur. Indoctum Scholion erat in mſ. Lipſ. Κισσῆς, ἡ τοῦ Κισσέως θυγάτηρ quod et ap. Euſt. reperitur: quaſi eſſet Κισσῆς ex Κισσηὶς, alienum ab h. l. — ἔνθρεψε Mori. Malim τόν γε θρέψε.

224. ὅς τίκτε. „γρ. ὅς ἔτικτε" Barnes.

225. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον. ἥβης μέτρον antiqua loquendi ratio, ad quam grammatici nil obſeruarunt; eſt tempus iuſtum, aetas iuuentae, pro pubertate et iuuenta ipſa. Seqniores εἰς ἡλικίαν ἔρχεσθαι.

ἐρικυδέος· ſup. Γ, 65 ait Erneſti: „ἐρικυδὴς eſt iuuentus, quia appetentiſſima eſt gloriae, et gloriae quaerendae aptiſſima." Atqui nihil amplius eſt quam *praeclara, eximia, decora*, vt Latona Ξ, 327. δαὶς Ω, 802 et al. idem quod κυδαλέος, κύδιστος. Bene Koeppen laudat e Mimnermo τιμήεσσα ἥβη.

226. δίδου δ' ὅγε θυγατέρα ἥν. ⟵ quod Iphidamas matris ſororem duxit, vt Diomedes Aegialeam (matris Deipyles ſororem). cf. Apollod. I, 8, 5. 6. Repetit eadem ex veteribus Euſtath. — αὐτοῦ μὲν Flor.

227. μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν. μετὰ κλέος. Φήμην ἀκούσας ὅτι ἐπεστράτευσαν οἱ Ἀχαιοὶ τῇ Τροίᾳ Sch. br. Similia Heſych. in μετὰ κλέος. *poſt* nuntium acceptum. *audita re.* μετὰ τὴν ἀκοὴν τῆς ἐπιστρατείας τῶν Ἑλλήνων. Similiter N, 364 πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει. vbi v. Obſſ. Bene autem compoſita narratio in ſingulis: quod et Ven. A. vidit.

228. νηυσὶ κορωνίσιν. De epitheto, quod inflexam puppium partem extremam denotat, v. ad B, 392. cum loco claſſico Arati Phaen. 342—347.

229. ἐν Περκώτῃ. Reduxi lectionem e Flor. et codd. optimis Veneto, Lipſ. Sch. br. Mori, Cant. Harlei. accedunt alii minoris momenti, vt Moſc. 3. duo Vindob. cui ſubſtituerat alteram Περκώπῃ Ald. 1. 2. et reliquae; mutaui id ea de cauſſa, quod Περκώτῃ legitur O, 548 et

sup. B, 835 vbi v. disputata; tum quia Homerus hinc duxit Περκώσιος, quod ex Περκώπη ductum esse nequit. Esse hoc *antiquius* vrbis nomen frustra pronuntiatur: Stephanus Byz. tantum ait Περκώτη, ἡ πάλαι Περκώπη h. *quae olim etiam Percope fuit pronuntiata.* Non igitur erat, quod Περκώπη defenderent viri docti inque his Ernesti. Variant codd. quoque ap. Herodot. V, 117.

233. *παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος.* non dubito etiam h. l. fuisse: *παρὰ δέ οἱ*, quod olim pronuntiatum est *παράδδε ϝοι*· obtinet tamen *παραὶ* grammaticorum commentum omnes libros. Obseruat Clarke vim vocis mediae *ἐτράπετο*, *auertit se.*

234. *κατὰ ζώνην, θώρηκος ἔνερθε.* ⟵ „quod *θώρηκος ἔνερθε* non est, intus, sub, thorace; sed in inferiore zonae, qua thorax cingitur, parte.“ Bonum Scholion A. B. *ὅτι οὐ λέγει, διὰ τοῦ θώρακος ἔνερθεν, ἐντὸς θώρακος,* (hoc dixerat *ὑπένερθε* Δ, 186) *ἀλλὰ κατὰ ζώνην θώρακος, τὴν θωρακοζώνην λεγομένην. τὸ δὲ ἔνερθεν, εἰς τὸ κάτω μέρος τῆς θωρακοζώνης.* simile illi quod inf. 252 *νύξε δέ μιν — ἀγκῶνος ἔνερθε*, h. e. *κατὰ τὸ ἔνερθε μέρος τοῦ ἀγκῶνος.* Sustuli itaque importunam interpunctionem *κατὰ ζώνην, θώρηκος ἔνερθε, νύξε.* Sunt enim iungenda *κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθε*, h. *κατὰ τὸ ἔνερθε τῆς ζώνης τοῦ θώρακος.*

236. *οὐ δ' ἔτορε ζωστῆρα παναίολον.* *ἔτορε*, *διέτρωσε.* Apollon. Lex. ad h. l. respiciens. *παναίολον*, variis seu figuris seu coloribus ornatum; dictum ad Δ, 186.

237. *ἀργύρῳ ἀντομένη, μόλιβος ὥς, ἐτράπετ' αἰχμή.* *μόλιβδος* non modo Flor. et Ald. 1. sed omnes edd. ante Turnebum, excepta Romana, e qua ille reposuit *μόλιβος*, vt quoque codd. Townl. Ven. cum duobus Vindob. legunt. Alii *μόλυβδος*, vt Vrat. A. Actum est de huius vocis scriptura ad fastidium a viris doctis ad Thucyd. Eurip. Lucian. post H. Stephanum. v. inprimis Pierf. ad Moer. Att. p. 257. De permutatione ι et υ vide Eustath. h. l. et ad Ω, 80. Etymol. h. v. Bernard ad

Theoph. Nonn. T. I. p. 34. Praeferam equidem μόλυβδος, consentiente Brunckio ad Apollon. IV, 1680.

ἐτράπετ' αἰχμή. ἐτράπετο, ἐκάμφθη, αἰχμή. — τῆς ἐπιδορατίδος ἡ ἀκμή. Apollon. Lex. p. 74. adscripto hoc versu et altero E, 293.

239. ἕλκ' ἐπί οἱ, μεμαὼς, ὥστε λῖς. Schol. A. B. scribere iubent ἕλκ' ἔπι οἵ. ὀρθοτονητέον τὴν οἱ, pro ἑαυτῷ, et iungenda ἐφεῖλκε." At alii οἶ scripserant ap. Eustath. potest etiam scribi ἕλκ' ἔπι οἱ. „γρ. εἶλκ'" Barnes.

λὶς scribebat Aristarchus, λῖς Aeschrion, docente Schol. A. vti est μῦς, ναῦς, et inf. 480 λῖν, ἐπὶ δὲ λῖν ἤγαγε δαίμων. At Aristarchus ad analogiam prouocabat in κὶς, θὶς, ῥὶς, καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις. Similia fere ex Apione et Herodoro sunt apud Eustath. et Etymol. Poterat tamen nec minus de his quaeri an recte scribantur; nam et ex ῥὶς fit ῥῖνα, ex θις, θῖνα. Certe ex λις fit λῖν, vt inf. 480. ad quem vs. vide. Probabile fit, primitus fuisse λιϊς, contracte λῖς. Nisi placeat cum R. Payne Knight suspicari, fuisse λιϝς. quod suspicari licet de omnibus similibus syllabis productis. Apud Theocr. X, 6 λῖν in carmine, λὶν in Scholiis editur, versu nostro laudato. Esse hoc productum, patet quoque ex Jl. P, 109 ὥςπερ λὶς ἠϋγένειος. Accedit, quod grammatici, et ipse Aristarchus, plura confundunt: diuersum enim est λὶς πέτρη, λεῖα Od. M, 64. iterum aliud λὶς textum, sup. Θ, 441. vbi λῖτα καταπετάσας. vt taceam etymologias absurdas in Schol. A. B. ad O, 275. In edd. est λὶς, praeter edit. Lips. in qua erat λῖς, quod repetii, vt consentiret scriptura cum O, 275. P, 109.

240. σπάσσατο. recte edidit Barnes pro vulgato σπάσατο, cuius prima breuis est, vt Δ, 530.

241. κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Laudatur in Schol. Sophocl. Ai. 843 (831) εὖ με κοιμίσαι, vbi et, perpetua permutatione edd. κοιμίσσατο exhibebant; emendatum a Brunckio.

242. ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου. ſcribitur et ἀπὸ, et ἄπο, pro ἄποθεν. nec refert. Interpunctionem accurate conſtituerunt Schol. A. B. cum Euſtath.

243. κουριδίης, ἧς οὔ τι χάριν ἴδε. h. e. εἶχε. „παρ' ἧς οὐδὲν αὐτῷ χαρίεν, οὐδὲ ἡδὺ, ἐγένετο." Sch. br. At haec rem parum illuſtrant. Melius Sch. B. et alii ap. Euſtath. οὐκ ἐχάρη ἐπὶ τῇ συμβιώσει αὐτῆς, οὐδ' ἐπὶ τῇ τεκνοποιήσει. Similia ſunt in Heſych. in ἧς οὔ τοι χάριν οἶδε. quod Scholion ad h. v. ſpectat. Koeppen nimis argute ἀνακαλυπτήρια huc aduocabat. Verbo: aut ad liberos nondum ex ea ſuſceptos aut ad maritalem eius vſum haec ſpectant.

244. πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν. ⊱ „quod pecudibus pararunt ſibi vxores; vt inde intelligatur, quae ſint ἀλφεσίβοιαι παρθένοι, (inf. Σ, 593. vbi v.) quod ſunt αἱ ἀλφαίνουσαι, εὑρίσκουσαι, βόας. Sch. A. Eadem fere Etymol. in ἀλφεσίβοιαι. res nunc nota. Conf. Schol. Pind. P. II, 32 qui locum hunc laudat, et Pauſan. IV, 36. p. 372 ad h. v. prouocat, vbi docet, armenta ea aetate diuitias hominum conſtituiſſe. Sunt autem munera parentibus data pro pretio filiae, quae ſane et ipſa interdum ἔδνα appellantur, proprie tamen diuerſa ſunt.

248. Κόων ἀριδείκετος ἀνδρῶν. ἀριδείκετος (κατ') ἀνδρῶν, vox grammaticis notata. Apollon. Lex. h. v. ὁ ἄγαν ἀσπαστός. παρὰ τὸ δεικανάασθαι, ὅ ἐστι, δεξιοῦσθαι. Adde eundem in δείδεκτο. Habent quoque eadem Heſych. et Etymol. Nec tamen video, cur non a δέκω, δείκω, vnde δεικνύω formatum, duxerint, et amplexi ſint alterum ὁ ἄγαν ἐμφανής. Schol. br. πάνυ ἔνδοξος. εὐπρεπέστατος. hoc enim ſenſu occurrit et h. l. et inf. Ξ, 320 et de Alcinoo Od. Θ, 401. Nihil ad h. v. notant Schol. A. at inf. ad T, 83. ἐνδείξομαι. ὅθεν, aiunt, καὶ ἀριδείκετος, πρὸς ὃν τις δι' ἀξίωμα τὸν λόγον ἀπερείδει. ſimilia ſunt ad e. l. in Euſtath. ſenſu admodum anguſto.

251. στῆ δ' εὐρὰξ σὺν δουρί. εὐρὰξ, πλαγίως. Apollon. Lex. h. v. ἐκ πλαγίου Schol. Euſtath. et al.

252. *νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν.* — quod *ἀγκῶνος ἔνερθε* non est, sub cubito, sed, in ima cubiti parte; cf. sup. ad 234 *κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθε.* Eustathius: „*ἀγκῶνος ἔνερθε. κατὰ δέ τινας, ὕπερθε.* est in his Townlei. Brachium sinistrum fuisse vulneratum, apud Eustath. colligunt ex Jl. Ψ, 887. quod ibi iterum hasta certare audet Agamemnon. Vulneratus ille videtur quoque exhibitus esse in Polygnoti tabula ap. Pausan. X, 30 p. 872. etsi ibi pictor potius ad caedem eius respexisse videri potest; versatur enim in inferis.

κατὰ χεῖρα esse pro *εἰς*, obseruat Apollon. Lex. p. 386. apud eundem p. 478 *νύξεν. ἐκ χειρὸς ἔπληξεν* etiam huc spectare videtur, et Hesych. *νύξεν. ἐκ χειρὸς ἔτρωσεν. νύξε δ' ἐμὴν χεῖρα μέσην,* corrupte. *ἐκ χειρὸς* est cominus, manu hastam regente, *οὐτάναι.*

253. *ἀντικρὺ δὲ διέσχε.* Bentl. et h. l. *ἀντικρὺς* malebat. cf. ad E, 100 vbi et *διέσχε, διεξῆλθε.*

255. *ἀλλ' οὐδ' ὥς* — Bentl. *οὐδϝώς.* sed v. Excurs. de digammo in *ὡς.*

256. *ἀλλ' ἐπόρουσε Κόωνι ἔχων ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος.* diserti sunt in epitheto grammatici Schol. A. B. Lips. breu. Etymol. in *ἀνεμοτρεφὲς κῦμα,* quod ad O, 625 spectat, vbi in Schol. A. idem hoc Scholion legitur; porro Suid. Eustath. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. Exponitur *τὸ εὔτονον, στεῤῥὸν, ἰσχυρόν*; et solent ea, quae a vento agitata crescunt, validiora esse. Est quod inf. P, 55 *ἔρνος* — *καλὸν τηλεθάον, τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι παντοίων ἀνέμων.* Patet ex iisdem, Apollonio et Ven. B. lectum quoque fuisse *ἀνεμοτρεπὲς, τὸ διὰ κουφότητος τῷ ἀνέμῳ τρεπόμενον.* Et *ἀνεμοστρεφὲς* alicubi fuisse colligas ex Schol. A. et Hesych. h. v. Iterum occurrit de fluctu inf. O, 625 vbi *κῦμα ἀνεμοτρεφὲς,* alii *ἀνεμοτραφές.* quod et h. l. est in Barocc. Eustathius ad e. l. laudat Simonidis *πύλας ἀνεμοτρεφέας* h. validas. Nisi is postes ex *validis arboribus* sic appellauit.

In Κόωνι ἔχων hiatus eſt, quem Bentl. explet vel per τ' vel Κόωνά δ'.

257. ἤτοι ὁ Ἰφιδάμαντα κασίγνητον καὶ ὄπατρον — ὄπατρον. Iterum M, 371. ὁμόπατρον, eſſe conſentiunt grammatici, at disſident in ſpiritu, alii ὅπατρος, alii ὄπατρος· Ven. A. br. Etymol. Apollon. Lex. Heſych. Euſtath. Verum in his non moramur. ἤτοι ὅγ' Ἰφιδ. mallit Erneſti; non norat eſſe ὁ ϝιφιδ. E Lipſ. ὁ exciderat.

258. ἕλκε ποδὸς, μεμαώς. „γρ. εἷλκε" Barnes. Expreſſa erat res in Arca Cypſeli ap. Pauſan. V, 19. p. 425. vbi adſcriptum Iphidamantis cadaueri: Ἰφιδάμας οὗτός τε· (f. οὗτός γε) Κόων περιμάρναται αὐτοῦ· Agamemnoni autem ſupra clipeum: οὗτος μὲν Φόβος ἐστι βροτῶν· ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων. In ipſo enim clipeo exhibitus erat Φόβος, Terror, et is quidem, quod memorabile eſt, *leonis caput habens.*

ἄϋτει πάντας ἀρίστους in vno Vindob. πάντας ἑταίρους.

260. οὔτησε eſſe ex οὐτάω; ex οὐτάζω eſſet οὔτασε media correpta notabat Clarke.

261. Τοῖο δ' ἐπ' Ἰφ. Corruptum hoc, quod iam Bentl. viderat; fuit enim τοῦ δ' ἐπὶ ϝιφιδάμαντι.

Pro κάρη vn. Vindob. κάρην.

262. ὑπ' Ἀτρείδῃ βασιλῆϊ πότμον ἀναπλήσαντες. ⊱ „quod ὑπ' Ἀτρείδῃ βασιλῆϊ eſt pro ὑπ' Ἀτρείδου." obſeruatio paſſim appicta.

263. ἔδυν δόμον Ἄϊδος εἴσω. ἔβαν. Cant. Lipſ. Townl. vn. Vindob.

265. Verſu hoc de obducto vulneribus Alexandri corpore vtitur Plutarch. de virt. Alex. II. p. 341 A.

266. ⊱ quod ὠτειλὴν proprie dixit ἀπὸ τοῦ οὐτάσαι, vulnus haſta cominus inflictum.

ἀνήνοθεν, vox antiquata, ſenſu aperto, ἀνεφέρετο, *exiluit, emicuit.* Od. P, 270 κνίσση μὲν ἀνήνοθεν. De etymo v. Obſſ. ſupra ad B, 219. ἀνηκόντιζε dixerat E, 113. alibi ἀνήϊξε. ἀνεκήκιε. ἀνέσσυτο inf. 458.

268. ὀξεῖαι ὀδύναι δῦνον· interſerto δ', ὀξεῖαι δ' ὀδύναι, Cant. Mori. Harl. Townl. et ipſe Venetus, etiam Euſt. vt ſolet in apodoſi δὲ apud Homerum occurrere. At lenior eſſet oratio, ſi cum Bentl. ſcriberemus Ὀξεῖαί ῥ' ὀδύναι.

269. ὡς δ', ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα. Locus nobilis propter ἐνάργειαν doloris deſcripti. Cumulauit ſynonyma ὀξὺ, δριμὺ, πικρὸν, quod notatum Sch. A. B. Hermog. de Eloqu. methodo c. 4. Dionyſ. Hal. in Arte ſ. 12. Porro declaratio ipſa doloris parturientium tam vera ad ſenſum eſſe viſa eſt, vt feminae apud Plutarchum de Amore prolis p. 496 D. non Homerum ſed feminam Ὁμηρίδα haec ſcripſiſſe videri cenſerent. Apud Apollon. I, 262 ὀξὺ δ' ἑκάστην Δῦνεν ἄχος cum h. vſ. comparatur. Poſſit quoque hinc defendi apud Pindar. Nem. I, 71 ἐκ δ' ἄρ ἄτλατον βέλος πλᾶξε γυναῖκας, quae lectio eſt, aut felix caſus, vnius, nec optimi cod. Bodlei. pro δέος. Enimuero *dolori*, *non* autem *metui*-ſeu *terrori*, βέλος conuenit, inprimis cum nude, ſine alio adiecto, poſitum ſit. Schol. Pindari Ol. VIII, 111. dum ὀξείας νόσους explicat, διὰ τὰς ἀλγηδόνας, hunc verſum apponit.

βέλος memorabile e priſco ſermone pro dolore quod inter plura et Heſychius habet cum Schol. br. et Tho. Mag. in βέλος, quatenus acutus eſſe et alte penetrare ad ſenſum videtur.

Nam an Ilithyias ſagittis inſtructas, et puellae parturienti ſagittam immittentes, poeta ante oculos habuerit, mihi nondum liquet. Quod Diana vel Hecate inſtructa eſt ſagittis, ad antiquiorem poetam non auſim retrahere. Ipſa mentis et ſermonis natura docet, in lingua rudi fuiſſe multa per rerum ſenſus et imagines expreſſa, ita quoque dolorem alte deſcendentem per ſagittam; arripuit hoc poetica vis et exornauit; ſerius id in artem fingendi migrauit.

Eſt in Ven. B. inſertum longum Scholion Porphyrii e Quaeſt. Homer. ſ. 6. ſuper comparationibus apud Ho-

merum; dicta in eo, ad certum ordinem redacta, fere huc redeunt: primo: esse eas modo explicitas ac disertas, modo vno verbo comprehensas, vt inf. 347 κυλίνδεται, quod plenius N, 137 sq. et Φ, 551. πόρφυρε plenius Ξ, 16 sq. secundo: audaciorem tropum molliri interdum comparatione apposita: vt κραδίη ὑλάκτει, dum subiicitur: ὡς δὲ κύων Od. Υ, 13. κλαγγῇ Jl. Γ, 2 sqq. H, 62. πεφρικυῖαι sequitur οἵη etc. tandem, vocabula propria inferri in comparationem, et ex hac impropria verba ad comparandum transferri, vti ἔθνεα μελισσάων B, 87. item N, 137. Δ, 422 sq. Σ, 219 sq. P, 424. 5. Nihil in his est, quod non in recentiorum quoque libris traditum sit; iuuat tamen haec etiam a vetere scriptore obseruata cognoscere.

ἔχῃ βέλος. Schol. Pind. Ol. VIII, 111 ἔχοι, male post ὅταν.

270. τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι. ⊱ „quod Εἰλείθυιαι Homero modo singulari, modo plurali dicuntur, vt Musae, nec nominibus, nec numero vnquam apposito." De etymo ex ἐλεύθειν multa cumulat Eustath. Enimuero de hac et de omnibus iis, quae de Ilithyia disputari possunt, maxima cum doctrinae copia actum est a Boettiger, viro doctissimo, in singulari libello. Itaque nec monebo de numero Ilithyiarum, cum alias vna tantum memoretur; qua ex re non magis aliquid certi colligi posse video, quod diuersitatem auctoris arguat, quam ex eo, quod modo vna Musa, modo plures, in Homericis carminibus memorantur.

τό τε προιεῖσι. Harl. Vrat. A. τό γε. nec hoc male.

προϊεῖσι Ionice, pro vulgari προϊᾶσι, quod et editur ap. Plutarch. l. l. p. 496. D. Vidimus iam Γ, 152 ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. Declarant id grammatici in Schol. A. Eustath. Etymol. sic, vt Iones assimulasse illud dicant tertio casui participii plurali: τιθεὶς, τιθέντες, τιθεῖσι. Melius constare rem putem, si sic natam vocem dixeris: quod τίθημι est, fuit primitus τιθέεμι, τιθέενσι, et sine ν τιθέεσι, τιθεῖσι. sic et ἵημι fuit, ἱέεμι, ἱέενσι, ἱέεσι,

ἱεῖσι. Pro dialecto potius habenda erat altera forma *ἵασι.*

μογοςτόκοι ſcribere iuſſit Ariſtarchus, non *μογόςτοκοι,* eſſe enim actiue dictum: *οὐ γὰρ αἱ Εἰλείθυιαι πάσχουσιν, ἀλλ' ἐνεργοῦσι κατὰ τῶν τικτουσῶν.* h. e. non ipſae tolerant partus dolores, ſed operam praeſtant, opitulantur parientibus. Voluit ille accentu discernere vim diuerſam in compoſitis: vt eſſet *ἀτόκος,* quae nondum peperit, *ἀωρότοκος,* qui immaturo partu eſt editus: etſi grammatici accentu haec confundunt. Conuenit adeo, quod Apollon. Lex. h. v. *μογοςτόκος* (laudantur loca Jl. Π, 187. et Τ, 103.) *ἡ μογοῦσα καὶ πονοῦσα περὶ τοὺς τόκους.* Paria in Heſych. et Euſtath. leguntur. Minus grammatice in Schol. B. et Lipſ. etymon conſtituitur: *αἱ ἐπὶ τῶν μόγις τικτουσῶν τεταγμέναι.* melius alterum: *αἱ μογοῦσαι ἐπὶ τοῖς τῶν γυναικῶν τόκοις.* Remotius eſt, quod in Schol. br. eſt, *αἱ τοὺς μόγους κουφίζουσαι τῶν τικτουσῶν* (fere vt Schol. B. ad Jl. Τ, 103 *ἡ παραιρουμένη τὸν μόγον τῶν τοκετῶν.*) „Male, ait Erneſti; non enim ſunt partuum praeſides, ſed dolorum creatrices, vt etymologia et h. l. contextus docent“ ſcilicet, quia ſequitur: *πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι·* at hoc non eſt, praebentes, ſed habentes, in ſua poteſtate, regentes, quatenus praeſunt partubus. Schol. B. ipſe ait: *ἔχουσαι,* aut *ἐπιμελείας ἀξιοῦσαι,* vt, *καί μοι κῆπον ἔχει.* Od. Δ, 736. aut *αἱ ἐπέχουσαι τὰς ὠδῖνας καὶ εἴργουσαι.* Tueri tamen poteſt Erneſtium Apollon. Dyſc. de Syntaxi lib. I. p. 11. vbi is ait *ἔχουσαι* eſſe in h. v. pro *παρέχουσαι.* Dicas, ſi immittunt deae dolores, quorſum a parientibus inuocantur? Refelli tamen videtur haec argumentatio per id quod vſ. 270 legitur *βέλος, τό τε,* h. e. *ὃ προιεῖσι μ. immittunt* Ilithyiae.

Secundum haec difficile eſt notionem vocis huius ex compoſitione accurate ſatis conſtituere; cum voces a *τόκος* ductas tam variis modis vſus hominum notauerit: *ἀριστοτόκος* eſt, quae fortiſſimum peperit, et ſimili modo *διδυμοτόκος, θεοτόκος, θηλυτόκος.* Dispar eſt *μογοςτόκος,* quae non eſſe poteſt: quae dolores peperit. Ergo *μο-*

γοςτόκος (pro μογοτόκος) erit femina, quae σὺν μόγῳ, μογοῦσα, τέτοκε. vt δυςτόκος, quae difficulter parit, εὐτόκος. ὀξυτόκος. At enim in poeta, non puella, fed ipfa Ilithyia eft μογοςτόκος. Itaque praeftare videtur antiquiorum interpretatio: αἱ μογοῦσαι περὶ τοὺς τόκους. Iam illae ἔχουσιν ὠδῖνας, in poteftate habent dolores, quatenus partui praefunt, ideoque dolores leuant vel augent, προιεῖσι βέλος. Epitheton μογοςτόκος hinc traductum in Hymn. in Apoll. 97. 115.

272. ὡς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο. In repetitione hac, cum vf. 268 eadem dicta fint, magnam vim ineffe cenfebat Dionyf. Hal. Art. rhet. cap. 11, 9. p. 120. Oxon. (p. 411. Reisk.) Melius Hermogenes de Eloqu. meth. 4. poetam laudat vocabulum proprium repetentem, cum aliud non haberet. In ὀξεῖ' elifio diphthongi male habebat Bentleium, qui refingebat: ὧς ὀξεῖ' ὀδύνη δῦνεν μένος. Sane inf. 398 ὀδύνη δὲ διὰ χροὸς ἦλθ' ἀλεγεινή. Noli tamen turbari. Multis exemplis de ifta elifione diphthongi liquet. v. Exc. ad Jl. P, 164.

274. νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσιν ἐλαυνέμεν. Ven. et al. ἐλαύνειν.

275. ἤϋσε δὲ διαπρύσιον. faepe repetitur, vt fup. Θ, 227. et totus verfus inf. 400.

277. νηυσὶν ἀμύνετε ποντοπόροισιν φύλοπιν ἀργαλέην, praeftat haec iungere; folenne enim eft ἀμύνειν λοιγὸν, πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα, vt Υ, 124 propulfare; quam interpungere ποντοπόροισι, Φ. vt expleatur κατὰ φύλοπιν.

281. τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην. Vulgo ἄκοντε. „quod οὐκ ἄκοντε eft pro ἑκόντε per contrarium" Schol. A. Atqui hoc iam aliquoties vidimus, vt E, 366. 768. Θ, 45. K, 330. cur nunc demum de eo monetur! ἄκοντε eft in ipfo Veneto, cum tamen Homero fit ἀϝεκων. vt aliquoties monitum eft, vt Δ, 43. et eft ἀέκοντε in Harlei. Lipf.

282. ἄφρεον δὲ στήθεα, ῥαίνοντο δὲ νέρθε κονίῃ Apollon. Lex. ἄφρεον, ἤφριζον. pronuntiatum ἄφρουν δὲ στήθη. Spectat ad h. v. gloffa Hefychii; ῥαίνοντο,

ἐβάλλοντο. κατηῤῥάσαντο. (a *ῥάζω.*) *δ' ἔνερθε* Cant. Townl.

283. *Φέροντε* ad *ἵππω.* at *Φέροντες* Barocc. Mori. Harl. Townl. Lipſ. Ven.

287. *ἀνέρες ἐστὲ, Φ.* verſus repetitus ex Θ, 174.

288. *οἴχετ' ἀνὴρ ὤριστος. οἴχετ'* explent *οἴχεται* Schol. br. et Euſtath. „*γρ. ὤχετ'*“ Barnes. Idem bene docet Ionicum eſſe *ὤριστος* pro *ὦ 'ριστος. ὁ ἄριστος.* Sic iam vidimus *ὠυτὸς* E, 396. *ὦλλοι* B, 1. vbi v.

290. *ἵν' ὑπέρτερον εὖχος ἄρεσθε. ὑπέρτεροι* Ariſtarchus ap. Schol A.

291. *καὶ θυμὸν ἑκάστου,* etſi aliquoties in Jliade repetitur, laborat metro. Parata eſt medicina iam a Bentleio *θυμον τε ϝεκαστου.*

293. *σεύῃ ἐπ' ἀγροτέρῳ συῒ καπρίῳ.* qui *σύαγρος* apud Comicum. Sch. br. *συῒ καπρίῳ* ex Rom. intulit Turneb. addicentibus codd. antea erat *συῒ κάπρῳ.* quod et codd. habent, Vrat. A. Moſc. 3. Verum eſt et *ὁ κάπρος,* et adiectiue *κάπριος ὁ σῦς* etiam ap. Apollon. Rhod.
σεύει vn. Vindob.

297. *ὑπεραέϊ ἶσος ἀέλλῃ.* ſ— quod *ὑπεραεΐ* eſt ex *ὑπεραής, ὀξυτόνως.* tum quod eſt *ventus deſuper ingruens.* cf. Euſtath. et ſequitur *καθαλλομένη.* Apollon. Lex. *ὑπεραέϊ, ὑπεράγοντι κατὰ τὴν πνοὴν,* ſic et Heſych. ſed puto fuiſſe *ὑπεράοντι.*

298. *ἥ τε καθαλλομένη ἰοειδέα πόντον ὀρίνει.* Townl. *ὀρίνοι.* ſcriptum fuit *ϝιοϝειδεα.* Monuit quoque Dawes p. 183. *μελανώδη* Etymol. h. l. laudato reddit. Eſt *μέλας* a viola nigra: *τὸ μέλαν ἴον* vel *μελάνιον,* ſi modo vna voce pronuntiatum fuit. Seriores multa inde duxere, quae nigra ſunt: *ἰοβόστρυχος* Pindarus. Euſtath. ineptit *ἀπὸ τοῦ ἰέναι.* Alias *πορφύρεον. κυάνεον.*

300. In Ven. eſt "*Ἕκτωρ Πριαμίδης, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ.*" repetitum ex v. 295.

301. *'Ασαῖον* Euſt. Harl. Townl. Ven. A. qui etiam *'Ασσαῖον* non *"Ασσαιον* ſcribendum eſſe, docet.

302. *καὶ Δόλοπα Κλυτίδην — ἠδ' Ἀγέλαον.* ⸓ „quod alius *Dolops* inter Troianos (O, 525.) et alius *Agelaus* inter procos. (Od. Υ, 231.) Ex h. v. Hefychium *κλυτίδη. παῖ.* emendat Bentl. *Κλυτίδην, Κλυτοῦ παῖδα.* a Clyto hoc diuerfus Clytius fup. Γ, 147 et al.

305. *πληθύν, ὡς ὁπότε Ζέφυρος — τύπτων.* Sic interpungunt Sch. Ven. B. et A. et Euftath. et comparationem quaerunt in eo quod Zephyrus nubes a noto coactas agitat ac dispellit, ita Hector multitudinem fternit. *ὡς γὰρ νέφη, φησὶ, διώκει ζέφυρος ἄνεμος ὑπὸ νότου συνηγμένα, οὕτως διώκων ἀνήρει τὸ πλῆθος ὁ Ἕκτωρ.* Hancque rationem fequi video interpretes: in qua nonnulla memorantur: *πληθὺν ἕλεν, ὡς ὁπότε ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ multitudinis ftragem edit vt ventus nubes agitat;* tumque iterum in fine otiofe adiicitur et diuerfum eft *ὡς ἄρα πυκνὰ καρήαθ' ὑφ' Ἕκτορι δάμνατο λαῶν, tam multi homines ab Hectore caedebantur.* Euftath. comparationem collocat in fpiffa multitudine qualis nubium eft p. 845, 58. Si quis aliis haud confultis verba legerit, vix aliter, puto, ea iunget quam fic: *αὐτὰρ ἔπειτα πληθύν. Ὡς, ὁπότε ζ. — τύπτων, πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται, — ὡς ἄρα πυκνὰ καρήαθ ὑφ' Ἕκτορι δάμνατο λαῶν. tam multa caedebantur ab Hectore, quam multi fluctus excitantur vento Zephyro agitante nubes a noto conftipatas.* Nec aliter fenfiffe videtur Bentleius, qui malit 305 *ὡς δ', ὁπότε.* qui follennis Homeri mos eft. Atque in eum fenfum interpunctionem conftitui. Fieri fane aliter nequit in modo Homerico ornandi comparanda, quam vt interdum ambiguum fit, quidnam illud fit cui maxime innitatur comparatio.

Ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ. διασείσῃ. πλήξῃ Sch. br. *διώκῃ* Ven. B. recte. v. de h. v. ad A, 581. ventus *agit, proturbat, fugat nubes* etiam apud poetas Romanos.

νέφεα Ζέφυρος Barocc. Mori. Ven. vn. Vindob. alias *στυφελίξει.*

306. *ἀργέσταο Νότοιο.* ⸓ *ἀργεστᾶο* fcriptum effe vult Ven. A. Diftinguit Ven. B. inter duo diuerfa: Si Eu-

rum designat, esse *ἀργέστης*, *ἀργέσταο*, sin Noti sit epitheton, *ἀργεστᾶο* (ex *ἀργεστὴς*) et esse sic idem quod *λευκὸν* vel *ταχύν*. Explicant quoque sic Sch. br. Priora quoque Eustath. habet. Partim iam sunt apud Apollon. Lex. h. v. *ἀργέσταο νότοιο. τινὲς, τοῦ λεγομένου λευκονότου.* (ita et in Sch. br. pro *λευκοτάτου* leg.) *ἔστι δὲ, ταχέος.* (non *ταχέως*) *τέσσαρας γὰρ μόνους οἶδεν Ὅμηρος ἀνέμους.* ideoque improbat *leuconotum* h. l. inferri. Exscripta haec ab Hesychio; Et similia leguntur iam ap. Strabonem. Scilicet de ventis apud Homerum olim quaesitum fuit, vt vel ex Strabonis disputatione contra Eratosthenem discas lib. 1. p. 50. 51. vbi et p. 52. vss. 306. 7. adscripsit. Eurum, Notum, Zephyrum et Boream ipse recitat Od. E, 295. Iam binis locis *ἀργέστην Νότον* si appellat, dubitatur, sitne merum epitheton Noti, an venti genus: quemadmodum Argesten postea constituerunt ventum ab occasu hiberno, inter Zephyrum et Boream, flantem, quem Caurum vel Corum, appellant, Euro ex aduerso flantem (v. Strabo l. c. Gell. II, 22. et diserte de his agentem Salmas. ad Solinum. p. 876. sq.) Atque hoc damnandum videtur, quia recedit a simplicitate antiquiorum aetatum. Est ergo probabilius, *ἀργέστην* esse epitheton Noti qui *candidum* reddit caelum h. serenat nubibus dispulsis. Potest per *leuconotum* reddi, quandoquidem hoc est synonymum noti, inprimis certis anni partibus constanter flantis; vti Horatius expressit; *albus vt obscuro deterget nubila caelo notus.* In accentu non obtemperatum est antiquis; nam praeter ed. Rom. in quo *ἀργεστᾶο* legitur, vbique editum h. l. et inf. Φ, 334 *ἀργέσταο*. Etymol. *ἀργεστάο νότοιο* scriptum habet. at *Ἀργέστης* ait *δηλοῖ τὸν ἀπηλιώτην ἄνεμον. ἀργεστὴς* pro *ἀργὸς, λευκὸς*, notatum est ex Aeschyl. VII in Th. 60. Vt *argesten* pro singulari vento haberent, eumque Euro substituerent, permouit forte Hesiodus Θ. 379 *Ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέαν — καὶ Νότον.* sed et ibi epitheton Zephyri est, quod apparet si conferas v. 870. et tres tantum ventos Hesiodus memorat ex

Aſtraeo et Eo editos, reliquos, tanquam inconſtantes et vehementiores, (quod forte pro Boeotiae ſitu dixit) ex Typhone natos: νόσφι Νότου, Βορέω τε καὶ ἀργέστεω Ζεφύροιο. Accurate ergo dixit Apollon. IV, 1628 αὐτίκα δὲ Ζέφυρος μὲν ἐλώφεεν, ἤλυθε δ' αὔρη ἀργέσταο Νότου. At II, 963 ἀργέσταο Νότου. Schol. τοῦ Ζεφύρου οὕτω λεγομένου. ἄρχεται δὲ πνεῖν ἀπὸ θερινῆς δύσεως.

307. πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται. „ quod τρόφι 'ex τρόφιμος factum eſſe voluit Herodianus." Schol. A. perindocte: repetunt tamen Heſych. Etymol. Euſt. Suidas. nam fuit antiqua forma, etiam ex Herodoto nota. adiectiuum τρόφις, ι. cf. Notam Heſych. In Etymol. Scholion alterum adiectum hoc ipſum firmat. In Apollonii Lex. Scholion turbatum eſt: τρόφι, τὸ εὐαξὲς, (εὐαυξὲς emendat Villoiſon) πολλὸν δὲ τρόφι κ. κ. Tum ſubiicitur aliud, puto alterius, Scholion, qui τροφί accepiſſe videtur pro tertio caſu, vt ὀπί, ab ὄψ, ſic τρὸψ, τροφὸς, τροφί. Habet autem τρέφειν notionem incrementi; itaque de fluctibus bene: κύματα τροφόεντα Od. Γ, 290 et inf. Jl. O, 621 h. e. εὐτραφῆ. Alibi τρέφειν cum deriuatis notionem habet τοῦ πηγνύειν. in quem ſenſum ap. Suidam redditur τεθραμμένον, συνιστάμενον.

πολλὸν Ven. B. ait eſſe non de numero, ſed de magnitudine; fere vt Euſtath. per μέγα reddit. poteſt etiam pro aduerbio eſſe.

308. σκίδναται ἐξ ἀνέμοιο πολυπλάγκτοιο ἰωῆς. Eſt ἰωὴ ἀνέμου. ἰωὴν τὴν πνοὴν dixit: Porphyr. Qu. Hom. 29. cf. ſup. ad Δ, 276. πολύπλαγκτος, ὁ πολὺ πλανώμενος, vt Od. P, 511. 425. Spectat ad h. l. forte Scholion Heſychii: πολυπλάγκτου. πολυπλανήτου. πανταχοῦ περιφερομένου. Accommodatius Ven. A. τοῦ τὰ κύματα πανταχοῦ περιάγοντος.

310. καὶ ἀμήχανα ἔργα γένοντο. Ait Sch. B. cum Sch. br. ἀρχαϊκῶς pluralem verbi iungi, cum ſollenne ſit neutri plurali verbum numero ſingulari iungere." Verſum iam vidimus Θ, 130. vbi ſimilia a grammaticis monita.

313. Τυδείδη, τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς. Est λελάσμεθα pro λελήσμεθα. Vnde in Ionico poeta τὸ α veniat, v. ad E, 834. Pro exemplo prudentis reprehensionis, dum culpam amici communicamus, versum laudat Plutarch. de adulat. p. 71 F.

314. ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον — ⊱ „Notant nonnulli, quod Vlyssis ἀριστείαν hic in medium producit (παράγει)" Schol. A. „Fuit in his Comanus apud Eusthath. p. 846, 49. Scilicet vt Jliadis pars Diomedis ἀριστεία erat, (Jl. E.) sic laudari solebat locus qui sequitur: ἡ Ὀδυσσέως ἀριστεία. πέπον. o bone. sup. ad B, 235.

315. δὴ γὰρ ἔλεγχος ἔσσεται sc. ἡμῖν. Ven. A. B. ἔλεγχος etiam h. l. αἰσχύνη. ὄνειδος. Mox εἴ κεν an εἴ κε νῆας ἕλῃ scriptum fuerit, pronuntiare haud ausim; vt nec 319 Τρωσὶν an Τρωσί. et sic sexcenties, extra caesuram. ἤ κεν edd. Plutarchi de aud. poet. p. 30 D. vbi vss. 313. 4. 5 excitantur; sed in codd. εἴγε. εἴκεν. In vno Vindob. ἕλοι. De subiunctiuo addito: εἴ κεν ἕλῃ v. Excurs. II. ad lib. V. p. 176. Mox pro τλήσομαι, in vno Vindob. στήσομαι.

318. ἀλλὰ μίνυνθα ἡμέων ἔσσεται ἦδος. ἦδος. ὠφέλεια. Sch. br. quod alibi ὄφελος. Et Hesych. ἡδονὴ καὶ ὄφελος. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. ὠφέλημα. laudato hoc versu. Ab ἥδω ductum fuit ἦδος et ἧδος vt ἄδος, de quo v. Excurs. I. ad E, 203. de illo autem v. ad A, 576. cf. Scholion MS. S. German. apud Villois. ad Apollon. Lex. l. c. p. 316. — Tum vero olim fuit ϝηδος, ϝηδομαι et sic porro. Bene Bentl. emendat: εσται ϝηδος.

319. Τρωσὶν δὴ βόλεται δοῦναι κράτος. ⊱ pro ἐθέλει, quod edd. habebant, βόλεται diserte legit Ven. A. cum diple: „ὅτι βόλεται ἀντὶ τοῦ βούλεται." Hoc βούλεται, nulla metri ratione habita, exhibent Harl. Townl. Lips. Vrat. A. b. adde Eusiath. p. 846, 59. p. 847, 14. 15. Qui vitium animaduerterant, corrigere voluerunt, non vna ratione; nam Τρωσὶ δὲ βούλεται ἂν ὁ. Mori. Barocc. Substituebat ἄρ pro ἂν Bentleius. Alii intulere Τρωσὶν δὴ ἐθέλει. hoc Sch. br. agnoscunt, et extat in edd. In

Homero tamen τὸ βόλεσθαι occurrit alio loco, de quo controuerſia eſſe nequit, niſi enſe vulnus recidere placeat. Od. Π, 386 εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βόλεσθε. Conuenit autem cum antiquo ſermone, qui vocales et diphthongos interdum promiſcue adhibuit: ſiue interpoſito ϝ ſiue υ. Quod antiqua ſcriptura, quae nota res eſt, vel ex Athen. XI, 5. pro ου ſcripſit ο, minus ad rem facit; nam id, quod nunc quaeritur, proſodicum eſt. Ceterum ne ἐθέλει quidem bene locum hic haberet, nam obſeruaui quidem formam loquendi βούλεσθαι, omiſſo μᾶλλον ἤ, non autem ἐθέλειν μᾶλλον ἤ.

322. τοῖο ἄνακτος pro αὐτοῦ, τοῦ ἄνακτος.

323. τοὺς μὲν ἔπειτ' εἴασαν. Lipſ. εἴασεν.

325. ἐν κυσὶ θυρευτῇσι. Dupliciter θηρευτῇσι et θηρευτῆρσι olim lectum fuit: notante Schol. Ven. A. πέσητον. vn. Vindob. πέσοιτον. Sed poſt ὡς ὅτε Subiunctiuus vſu Homerico firmatur; etſi cum perpetua lectionis varietate.

326. ὣς ὄλεκον Τρῶας πάλιν ὁρμένω. ⸐ quod παλινορμένω eſt ὄπισθεν ὁρμῶντες, vt παλιμπλαγχθέντες. (Α, 59. ad quem loc. v. Obſſ.) Sic quoque Euſtath. Voluerunt ſcilicet πάλιν eſſe εἰς τοὐμπίσω (v. ad Ν, 3) vt a fuga iterum reuerſi ſint: Etſi loco magis conuenire videtur notio, viciſſim; iterum adorti; antea enim ipſi Achivi retroceſſerant. Etiam ſic Schol. br. ἐκ τῆς φυγῆς ἐπιστραφέντες. Subiicitur tamen in iisdem etiam alterum. Porro Schol. B. memorat Tyrannionem binis vocibus ſcripſiſſe, et, puto, recte: πάλιν ὁρμένω. ſic quoque Vrat. b. A. Euſtath. et ed. Rom. At Hermapias et Ariſtarchus iunctim παλινορμένω, vt παλιμπλαγχθέντας. Eadem Etymol. in παλινορμένω. Quid de his polyſyndetis ſtatuam, expoſui Excurſu V. ad lib. I.

Ceterum hic iterum ambiguum eſt, vt ſup. 305 ſitne comparatio inſtituenda ſic: τὼ δ' ἀν' ὅμιλον ἰόντε κυδοίμεον. ὡς, ὅτε — πέσητον, ὣς ὄλεκον Τρῶας. an, vt vulgo interpungitur: τὼ — κυδοίμεον, ὡς ὅτε — πέσητον. ὣς ὄλεκον Τρώας. ita ſupplendum κυδοίμεον, ὡς κάπρω κυδοί-

μεον vel *κυδοιμοῦσιν, ὅτε.* tumque repetitur ſententia alio modo *ὡς ὄλεκον Τρῶας.* Poſteriorem rationem hic probo.

327. *ἀσπασίως φεύγοντες ἀνέπνεον Ἕκτορα δῖον.* Schol A. B. obſeruant hyperbaton *φεύγοντες Ἕκτορα.* Erneſti illuſtrat *ἀσπασίως* ex Heſychio: *ἡδέως. περιχαρῶς*, laudatque Apollon. Rh. II, 730 *ἀσπασίως ὅρμον ἵκοντο.* apud quem aliquoties hoc occurrit.

328. *ἔνθ' ἑλέτην δίφρον τε καὶ ἀνέρε, δήμου ἀρίστω.* „quod *ἑλέτην*, tanquam de duobus dixit, cum tamen vnum Diomedem mox narret vtrumque interfeciſſe vſ. 333.“ Schol. A. obſeruatio et ab aliis allata: v. c. a Schol. Sophocl. Electr. 182. Scilicet primo vniuerſe inſit: *vterque;* Diomedes quidem duo fratres, et 335 Vlyſſes duo alios.

ἀνέρε δήμου, ἀρίστω. et *ἀνέρε, δήμου ἀρίστω* iungi poſſe, notat Euſtath. Prius eſſe dictum, vt B, 198 *ὅν τ' ἂν ἰδή-μου ἄνδρα ἴδοι.* et M, 213 *δῆμον ἐόντα.*

329. *υἷε δύω.* ed. Steph. *δύο.*

330. *οὐδὲ οὓς παῖδας ἔασκε* — Erat metro claudicante *οὐδ' ἑοὺς* in Flor. Aldd. At in Rom. et ex ea Turnebus: *οὐδὲ ἑοὺς*, quod Henr. Steph. et alii ſequuti ſunt; idque, etſi metro infeſtum, Barnes ita defendit, vt anapaeſto poetam vſum eſſe pronuntiet. Recte Clarke repetiit ex B, 832 vnde hic locus traductus eſt, *οὐδὲ οὕς.* et ſic Cantabr. h. l. „*οὐδὲ σφοὺς* alii“ ait Barnes, neſcio qui. exemplum eſſet Δ, 302 *σφοὺς ἵππους.* In vitioſum *οὐδ' ἑοὺς* conſentiunt optimi codd. Harl. Townl. Vrat. A. Moſc. 3. Ven. et *οὐδὲ ἑοὺς* Mori. Vrat. b. Orta omnia ex ignorato digammo: *ουδε ϝους.* de quo v. ad B, 832. et Excurſ. VII ad lib. I. p. 186. De ceteris v. ad B, 831—834. ſunt quoque ibi nomina hominum, Adraſtus et Amphius.

331. *ἐς πόλεμον.* ita vbique ſcriptum et editum. *εἰς* intulit Turnebi editio, etſi ſequente conſona.

332. *Κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο.* Barocc. *μέλανες.* At alterum erat quoque B, 834 et legitur ſaepius.

333. τοὺς μὲν Τυδείδης δουρικλειτὸς Διομήδης ξ— appoſita ſtigme reſpectu ad vſ. 328. vbi dualis erat. δουρικλυτὸς contaminato metro editum erat ante Barnes, vt ſaepe peccatum, v. c. E, 55. In Ven. Vrat. b. et aliis eſt δουρὶ κλυτός. Cur hoc non in primis ſtatim locis monuere grammatici! nam diuiſim has voces melius ſcribi haud dubito.

334. θυμοῦ καὶ ψυχῆς κεκαδών. Apollon. Lex. h. v. κεκαδὼν, χωρίσας καὶ στερήσας. Sic quoque Heſych. Etymol. Schol. br. στερήσας, μᾶλλον δὲ, ὑποχωρῆσαι (χάζειν) ποιήσας Euſtath. addens: ex χάζω eſſe χαδὼν, et Ionice κεκαδών. In Apollonio autem male adiectum eſt: ἐστὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κεδάσαι καὶ κεδασθῆναι. At enim ſimpliciſſima ratio eſt ducere a χάζω, κέχαδα, et κέκαδα, nouam formam κεκάδω et κεκαδέω, ὑποχωρίζω, ſeiungo, ſeparo, tum etiam diſpergo. Od, Φ, 153. 4 πολλοὺς κεκαδήσει θυμοῦ καὶ ψυχῆς. cf. ad Δ, 497. Θ, 353. Potuit hinc duci διακεδᾶν et διασκεδᾶν. Conuenit Heſych. κεκαδεῖν, χωρίσαι. στερῆσαι. σκεδάσαι.

336. ἔνθα σφι κατὰ ἶσα μάχην ἐτάνυσσε Κρονίων. Poteſt forte iungi καταταvύσαι ἶσα, ἴσως, verum etiam κατὰ ἶσα, pro ἴσως. τανύειν μάχην petitum eſſe arbitror a fune, qui vtrinque intenditur, vt patet e N, 359. vbi v. Obſſ. τὼ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο πεῖραρ ἐπαλλάξαντες ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν. vnde ſaepe dictum occurrit τανύσαι μάχην, ἔριδα, πόνον. vt Ξ, 389. Π, 662. P, 401. 543. et ἴσον τείνειν πολέμου τέλος. et Υ, 101 ὡς μὲν τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο πόλεμός τε. Adde M, 436. O, 413. Simili modo hinc petitus eſt tropus in πολέμου πεῖραρ ἐπαλλάξαι v. inf. N, 359. cf. Σ, 501. et in verſu Horatii: *ne currente rota funis eat retro:* ſi nimium intenditur vtrinque funis, rumpi eum neceſſe eſt. Ductum forte hinc, quod omnino ea, quae maiora fieri, inualeſcere, dicenda erant, dicuntur τείνεσθαι, ἐντείνεσθαι, ἐντανύεσθαι, ἐπιτείνεσθαι, et ſic porro. Apud Pindar. P. IV, 230 Iaſon epulis excepit cognatos et πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν, pro

ἐποιήσατο εἶναι μεγίστην, hilaritatem conuiuii, quam maximam poterat, creauit. Koeppen ad libram, qua Iupiter fata pendere dicitur, reuocabat; verum τανύειν τὰ τάλαντα vix dicit Homerus, sed τιταίνειν. nec reliqua conueniunt. In Scholiis nil monitum est. At Eustath. bene: τὸ δὲ ἐτάνυσεν, ὡς ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται σχοινίου, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται, ὅπου πεῖραρ πολέμου ἐπαλλάσσεται κατά τινα πολέμου πέρατα.

337. οἱ δ' ἀλλήλους ἐνάριζον. Vrat. b. a m. sec. τοὶ δ'.

339. οὐδὲ γὰρ ἵπποι. Vulgatum erat οὐ γάρ οἱ ἵπποι. Laborabant haec: nam, articulus non habet locum; si οἱ est αὐτῷ, aduersatur metro οὐ γάρ ϝοι ἵπποι. Bentlei. emendabat οὐ δέ ϝοι ἵπποι. Sed succurrit Schol. A. qui ait: in alio legi οὐδὲ γὰρ ἵπποι.

340. ἀάσσατο δὲ μέγα θυμῷ. erat geminato sibilo scribendum ἀάσσατο pro ἀάσατο secundum ea, quae sunt disputata in Excursu II. ad I. (IX) cf. ad I, 116. et 533.

„δὴ μέγα" alii, ait Clarke. nescio qui.

341. ἀπάνευθ' ἔχεν. Lips. ἔχει. Mox 343. ὦρτο δ' ἐπ' αὐτοὺς est pro αὐτῷ.

345. τὸν δὲ ἰδὼν ῥίγησε. „γρ. ἐνόησε" Schol. A. Vrat. b. et Eustath. sicque legitur in Lips. et Townl. quod inhaeserat forte animo recitantis ex vs. 343. τόν δ' ἰδὼν ex Turnebo Ernesti memorat, sed nusquam reperitur.

347. νῶϊν δὴ τόδε πῆμα κυλίνδεται. Schol. B. ἐπιπέμπεται. Schol. br. ἐπιφέρεται, ἐπέρχεται. Scilicet petitum est a fluctibus vento commotis; sup. 307 πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται, et Od. E, 296 boreas μέγα κῦμα κυλίνδων. in Latinis volui sic sollenne. Inde malum dicitur κυλίνδεσθαι saepe: vt inf. 347. P, 688. Od. B, 163. Θ. 81. et inf. M, 99 τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη. Aliter interpretatur Sennachirim, cuius Scholion e Leid. ms. Valkenaer adscripsit in diss. de Scholiis p. 132. qui ἀπὸ τῶν ἀφ' ὕψους καταφερομένων σωμάτων ducit. Con-

venit Schol. Victor. Iterum alio modo dicitur *κυλινδεῖν κακότητα*, vt Virgil. Aen. I, 9 *tot voluere caſus.*

ὄβριμος Ἕκτωρ. „ *γρ. ὄμβριμος*“ Barnes. * Cur alterum praeferam, dixi ſup. ad Γ, 357. In Townl. erat *ὄβριμος ἄρης*, cum var. lect. *Ἕκτωρ.*

348. *ἀλλ' ἄγε δὴ στέωμεν καὶ ἀλεξώμεσθα μένοντες. στέομεν* eſt in Moſc. 3. et erat in edd. ante Barnes, qui edidit *στέωμεν*, binis ſyllabis pronuntiandum, vt eſt in verſu repetito X, 431. et exhibent hoc codd. Cant. Barocc. Mori. Ven. Lipſ. Vrat. Etymol. in *στήλη*, adde Schol. A. ad O, 497. vbi *στείομεν* videbimus. Vrat. A. *σταίωμεν.* Secundum haec putes fuiſſe formam verbi *στέω*, vnde *στέομεν* et *στέωμεν*, pro *στήσομεν.*

ἀλεξώμεσθα vi media dictum puta, propulſemus nobis, a nobis impetum, *κῦμα.* I, 251 *Φράζευ, ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ.*

μένοντε. Ven. *μένοντες.* Schol. A. „Zenodotus *μένοντε*“ hocque obtinuit locum in libris. Etymol. in *στήλη* ait *τὸ στῶ* eſſe *ὑπομένω* in h. l. ſcilicet cum adiuncto *μένοντε.*

350. *καὶ βάλεν, οὐδ'* — ⊱ deeſt Scholion, ad *βάλεν* haud dubie; eſſe hoc; eminus petere. Mutaui interpunctionem, quae erat: *καὶ βάλεν· οὐδ' ἀφάμαρτε τιτυσκόμενος κεφαλῆφι* contra grammaticam rationem. Etſi ſic iam Apollon. Lex. p. 343 peccauit: *ὅτε δέ φησι· τιτυσκόμενος κεφαλῆφι, γενική· θέλει γὰρ εἰπεῖν, καταστοχαζόμενος τῆς κεφαλῆς.* Enimuero, o bone, eſt, *ἔβαλεν αὐτὸν ἐν κεφαλῇ κατὰ κόρυθα ἄκρην.* Et ad *ἔβαλε* ſpectat *ἔβαλε τιτυσκόμενος, οὐδ' ἀφάμαρτε.* Suidas: *τιτυσκόμενος, στοχαζόμενος.*

351. *ἄκρην κὰκ κόρυθα* diuiſim melius ſcribi, notatum ad VIII, 441.

πλάγχθη δ' ἀπὸ χαλκόφι χαλκός. Schol. A. *ἀπεκρούσθη τὸ δόρυ. πλάχθη* Lipſ. vt ſolent librarii.

352. 3. *τρυφάλεια τρίπτυχος, αὐλῶπις. τρίπτυχος* per *τριπλῆ* etiam ab Heſychio redditur, vt *ἀσπὶς δίπτυχος* eſt *διπλῆ.* Neceſſe adeo eſt, fuiſſe galeam *trinis*

coriis seu laminis munitam. Eustathio est quasi τριθέλυμνος. comparatque is ἀσπίδα τετραθέλυμνον Il. O, 479. Posset quoque crista seu seta esse τρίπτυχος. at de ea nil adiectum.

αὐλῶπις. iam E, 182. memorata. In galeae vertice erat λόφος insertus φάλῳ, h. e. cono, qui, quatenus excauatus erat ad cristam recipiendam, erat quasi canalis, αὐλίσκος, αὐλὸς, vt adeo galea αὐλῶπις sit, ἔχουσα αὐλὸν, cuiusmodi esse debuit omnis galea cristata. v. ad Γ, 371. Videmus tamen in monimentis antiquis etiam galeas sine crista, cum vertice tamen in conum assurgente. Potuit et talis galea αὐλῶπις dici. Et hoc forte melius. Videtur etiam similem Eustathius speciem animo habuisse. Virgilius tamen et ipse prius sequutus esse videtur, si modo ex h. l. expressit: *apicem tamen incita summum Hasta tulit summasque excussit vertice cristas*, Aen. XII, 492. Audiamus nunc Schol A. ἡ τὸν ἐπ' αὐτῇ λόφον ἀνατεταμένον ἔχουσα (sc. in cono, αὐλῷ) ἢ αὐλοὺς ἔχουσα, εἰς οὓς οἱ λόφοι κατακλείονται. αὐλοὶ δέ εἰσι περόναι (canaliculi, quibus quid inseritur, h. l. crista) Apollon. Lex. h. v. etiam hemistichio laudato: εἶδος περικεφαλαίας τὸν ἀπ' (ἐπ') αὐτῆς λόφον ἀνατεταμένον ἔχουσα. Similia habet Hesych. adiicitur tamen aliud: παραμήκεις ἔχουσα τὰς τῶν ὀφθαλμῶν ὀπάς. plura admiscet Etymologus. maneamus in priore.

354. Ἕκτωρ δ' ὦκ' ἀπέλεθρον ἀνέδραμε. ⸗ vult dicere, quod metu Hector resiluit, ἀπὸ δέους μέγα ἥλατο. „Sch. A. et Sch. br. errat grammaticus. Hector non metu, sed graui capitis ictu vertigine arripiebatur. ἀπέλεθρον, ἀμέτρητον, ὃ οὐκ ἔστι μέτρῳ, οὐδὲ πελέθρῳ μετρῆσαι — Sch. B. ex Scholio Porphyrii ad h. l. in Victor. adde Hesych. Ita dicendum, πλέθρον pro quacunque mensura dictum esse. v. ad E, 245. Spectat ad h. v. Apollon. Lex. h. v. ἀπέλεθρον, ἀμέτρητον, πολύ. πέλεθρον γὰρ εἶδος μέτρου. Eustath. alia ineptit. — In Schol. br. est a Barnes. adiectum Excerptum Mſ.

ἄκα πέλεθρον, et eſſe per hyperbolen dictum. ἄκα πέλεθρον etiam Vrat b. inepte.

355. στῆ δὲ γνὺξ ἐριπών. Mirum eſt Scholion Ven. Sch. A. mentiri contendit poetam incredibilia. Melius Sch. B. σκότωσις αὐτῷ ἐγένετο. quod alter grammaticus non perceperat factum eſſe. Vidit quoque hoc Euſtath. Scilicet graui ictu accepto reſiluit, et ſaltu facto ſe recepit in ſuos ordines, tumque vertigine correptus in genua ſubſedit.

356. γαίης· ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψεν. ※— Verſus h. l. reiectus, et alibi melius poſitus (ſc. Jl. E, 309. 310 vbi de Aenea ſaxo a Diomede percuſſo) nec enim graue vulnus vt Aiacis (Αἴαντος. immo Αἰνείου) nec ipſi iunctura femoris et coxae fracta (vt in Aenea), vnde igitur vertigo! „Ita argumentatur Schol. A. additque, iam Ariſtophanem verſum damnaſſe, Zenodotum autem nec ſcriptum habuiſſe.“ Debuit ergo et antecedens verſus 355 haud ſcriptus eſſe. Concedam verſum eſſe ex Jl. E. translatum; at ſi grammaticus tali ictu capitis percuſſus fuiſſet, facile ſenſurus fuiſſet, quomodo vertigo inde naſci poſſet.

Adiecta in Sch. B. Porphyrii diſputatio ſuper voc. ὄσσε, dualis numeri. Perhibet ipſe eſſe pro ὄσσεε ex τὸ ὄσσος, ὄσσεα, ὄσσεε et per aphaereſin ὄσσε. quod ſequuntur plerumque grammatici, etiam Etymol. Euſtath. pluribus locis: it. Sch. Ven. ad A, 104. multo minus cum analogia, quam alterum, quod damnat, eſſe ὄσσε ductum ab ὄσς, vt a δμώς, δμῶε. nusquam enim hoc legi.“ Atqui antiquata non leguntur. Sed ex analogia repetuntur. ἀμφὶ δ' ἑ ὄσσε, et ἀμφί δ' οἱ ὄσσε tentat Barnes. Perperam. v. ad E, 310. At hiat metrum: ἀμφὶ δὲ ὄσσε. Bentl. inſerit ἄρ'. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὄσσε. malim ἀμφὶ δέ τ' ὄσσε. Potuit quoque eſſe ἀμφὶς δ' ὄσσε.

357. μετὰ δούρατος ᾤχετ' ἐρωήν. Schol. B. et br. τὴν ὁρμήν. Proprie erat μετῴχετο τὸ δόρυ, quo illud pervenerat iactu et impetu ſuo; hinc dixit μετὰ δούρατος ἐρωήν.

358. ὅθι οἱ κατεείσατο γαίης. Schol A. κατεείσατο ψιλωτέον. (fuit ergo ſcriptum ab aliis κατεεῖσατο.) ἀπὸ γὰρ τοῦ εἴδω βαρυτόνου ὁ σχηματισμός. ἢ, κατήχθη, παρὰ τὸ ἔω, τὸ δηλοῦν τὸ πορεύομαι. Etiam Schol. br. κατηνέχθη. Etymol. ἀντὶ τοῦ καθώρμησε, κατῆλθε. Heſych. κατέδυ καὶ κατεπλήγη ἐς τὴν γῆν. ἢ κατεφάνη. Vides erraſſe grammaticos inter duo verba: εἴσατο ab εἴδω, εἴδομαι et εἴσατο ab εἶμι. prius alienum eſt a loci ſententia, etſi hactenus conueniret, quod ſic hiatus tollitur, nam eſſet καταϝεισατο, quod etiam adſcripſerat Bentlei. Verum ſententia requirit: haſta defixa eſt in ſolo, κατεστηρίχθη, vel, vt in Suida, κατηνέχθη. Recte igitur alterum ab ἔω, εἶμι. At hoc nunquam fuit ϝεω. ϝεισατο. contra formata inde ſunt ἄπειμι, ἔπειμι, κάτειμι. Jl. N, 90 ῥεῖα μετεισάμενος. conf. P, 285. Ω, 462. Od. O, 213 δεῦρ' εἴσεται. Haeremus itaque in hiatu κατεείσατο, qui forte ferri poſſet in compoſitis cum praepoſitione: qua de re dictum eſt in Excurſu de Digammo. Sic ſtatim vſ. 367 occurrit ἐπιείσομαι. In Vrat. A. et in Veneto eſt κατὰ εἴσατο. ſic poſſit eſſe κατ' ἂρ εἴσατο. Verum eſt vitium in ſcriptura: ſcriptum fuit κατεείσατο. ſic enim ab εἶμι eſt εἴσατο, et ἐείσατο. v. ad Δ, 138.

Qui κατεείσατο ſcribebant, habebant et ipſi quod ſequerentur; nam ab ἕω, ſedeo, et ἕζω fuit εἰσάμην et ἑσσάμην.

γαίης. Heſych. κατεείσατο γαίῃ. Et praefixum hoc habet Schol. B. hic, et ad M, 103 κατεπορεύθη καὶ ἐν τῇ γῇ ἐπάγη, κατεστηρίχθη. ſicque videtur legiſſe Lipſ. e quo notatum eſt γαίῃ. At γαίης etiam Etymol. l. c. et Venetus cum aliis codd.

359. τόφρ' Ἕκτωρ ἄμπνυτο. De voc. vid. ad E, 697. vbi Ariſtarchus ἔμπνυτο repoſuerat. At noſtro in loco nulla nota eſt diuerſitas.

362 — 367. Iidem vſſ. inf. Υ, 449 ſq. leguntur ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες. Schol. ad Θ, 299 ἐξ οὗ νῦν. aperto

lapſu. ἦ τέ τοι ἄγχι. Mori ἦτε τίον ἄγχος. voluitne ἔναγχος? quae tamen vox Homerica non eſt.

363. νῦν αὖτε σ' ἐρύσατο. Ita editum erat ante Barnes, qui mutauit in ἐρύσσατο ab ἐρύω, cuius media breuis eſt. Atqui ſic verbum eſt digammum ϝερυω, et ſcribendum eſſet νῦν αὖ σε ϝερυσσατο. Enimuero nec ſenſus vocis eſt accommodatus; ϝερυειν eſt trahere; at h. l. requiritur ſeruare, hoc eſt ῥύεσθαι et ἐρύεσθαι, ſyllaba producta. Scribendum igitur cum edd. et codd. σ' ἐρύσατο, vel, quod malim, Ionice σὲ ῥύσατο. cf. N, 450. Vide Excurſ. IV ad lib. I. p. 178.

365. ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον. Monet Schol. A. non eſſe ſcribendum ἐξανυῶ (cf. ad O, 351) eſſe enim praeſens pro futuro; (Etiam Suid. ἐξανύω, κατεργάζομαι) et eſſe ſententiam, κατεργάσομαι δῆσαι (leg. δή σε.) καὶ ἀνελῶ, καὶ τέλος τῇ πράξει ἐπιθήσω (haec aliena a re) ἐξ ὑστέρου ἀπαντήσας. Apollon. h. v. et Heſych. ἐξανύω. ἐξανύσω. Schol. br. ἐπὶ τέλος ἄξω. Φονεύσω. Laudat verſum Schol. Sophocl. ad Oed. Tyr. 164 ἠνύσατε, ἐφθείρατε. ἀνύειν et Lat. conficere hoc ſenſu ſatis obuia ſunt.

καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας. Barnes; „γρ. ἀντιβολήσων" Apollon. Lex. ἀντιβολῆσαι adſcripſit verſu hoc laudato, et reddit συναντῆσαι, συντυχεῖν. καὶ ἔστιν οἷον ἀντιμολῆσαι, ἀντιμολεῖν, ὅ ἐστι, παραγίνεσθαι.

366. εἴπου τις Harlei. ἤ πον. non male ſi ἦ που. ἐπιτάῤῥοθος. v. ad E, 808.

367. νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι. Apollon. Lex. ἐπελεύσομαι. Et hoc voluit Heſych. in ἐπίσομαι. cf. Υ, 454 in iisdem vſſ.

In ἐπιείσομαι redit eadem moleſtia, quae ſupra tenebat, v. 458 in κατaείσατο, ingrato hiatu. Bentl. appinxerat ἐπιϝεισομαι. At ἔω. εἶμι non admittit digamma. Verſus per ſe eſt iners, et ſapit rhapſodi facundiam. Verſus idem Υ, 454 mouere nos non poteſt, nam eſt ille ex h. l. tranſcriptus. Φ, 424 καί ῥ' ἐπιεισαμένη eſt corruptum ex ἐπεεισαμένη. Itaque h. l. aut eſt ferendum, aut refingendum ἐπ' ἄρ εἴσομαι.

368. ἢ καὶ Παιονίδην — ἐξενάριξεν. ἐξ- „quod Zenodotus ſcribit ἐξενάριζε tanquam de re praeterita. Atqui in eo erat, vt ſpoliaret; nam mox in hoc ipſo faciendo vulneratur 373.“ Sch. A. Nec tamen aliter legitur in Cod. Ven. nec Scholiis aliud praefixum. Obſervatio tamen docta eſt; nam grammatice haud dubie emendandum eſt ἐξενάριζε.

370. Τυδείδῃ ἐπὶ τόξα τιταίνετο. Ait Ven. A. „οἱ ἀκριβέστερον ἀναγινώσκοντες ſcribunt ἔπι.“ praeſtat ad verbum referre, nam eſt ἐπιτιταίνετο Τυδείδῃ. Alias deb. eſſe Τυδείδην ἔπι.

371. στήλῃ κεκλιμένος. τὴν ἐπὶ τοῦ τάφου στήλην (hoc quoque Apollon. Lex. in στήλη) προβεβλημένος ἀντὶ ἀσπίδος. Ven. A. Schol. br. ſcilicet latuiſſe eum poſt columnam tumulo impoſitam volunt. Vnde et reddunt περιεχόμενος. καλυπτόμενος. κρυπτόμενος, vt ap. Euſtathium. Quod vero multo magis mireris, eſt quod hoc ipſum κεκλιμένος dictum eſſe voluere pro κεκλεισμένος. Hoc aperte traditum in Etymol. in κεκλίαται. De hoc cf. ſup. ad E, 356. Atqui κλίνεσθαι (ἐπὶ, πρὸς) στήλῃ eſt ſimpl. *acclinatum eſſe columnae*, ſiue tergo, ſiue latere. Sic Φ, 549 φηγῷ κεκλιμένος et Od. P, 340 Vlyſſes ſedet in limine κλινάμενος σταθμῷ. In ἀνδροκμήτῳ miris modis argutantur Sch. br. Sch. A. ipſe Apollonius Lex. h. v. Heſych. Etymol. Euſt. cum ſit ſimpl. *elaboratus*, ὑπ' ἀνδρῶν κατεσκευασμένος. καμεῖν pro ποιεῖσθαι ſaepe iam dixerat; v. c. E, 735 ὃν ποιήσατο καὶ κάμε χερσί.

372. Ἴλλου, vt 166. Cant. et alii; et edd. ante Turnebum excepta ed. Rom.

373. ἤτοι ὁ μὲν θώρηκα Ἀγαστρόφου. hiatum explebat Bentl. θώρηκ' ἄρ' Ἀγ. Equidem lenius putem θώρηκα τ' — et ſequitur ἀσπίδα τ'.

374. αἴνυτ' ἀπὸ στήθεσφι. poteſt eſſe et στήθεος et στήθεσι. v. Excurſ. II. ad VIII (Θ) p. 522.

375. ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνεῖλκε. pro τόξον dictum notant Schol. A. B. br. aiuntque duas arcus eſſe partes,

cornua, κέρατα, quibus ille conſtat, etiam πήχεις dictos. In Homero tamen πῆχυς media arcus pars eſſe videtur, quae vtrinque in duo cornua curuatur. Ita Vlyſſes arcum apprehendit, haud dubie media parte, et intendit neruum: Od. Φ, 419 τόν ῥ' ἐπὶ πήχει ἑλὼν, εἷλκε νευρὴν γλυφίδας τε. Alia argutantur grammatici ad N, 583 vbi hoc hemiſtichium iteratur. Debuere autem cornua appellari proprie τόξα, cum poeta pluralem frequentet.

ἀνεῖλε praefixum Schol. A. puto caſu.

376. καὶ βάλεν, οὐδ' ἄρα μιν ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός. ⊱ „quod βάλεν pro ἐπέτυχεν, et quod per figuram (ἐν σχήματι) dictum eſt" Sch. A. quidnam? quod dictum eſt μὶν χειρὸς pro τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Bentl. tentabat οὐδ' ἄρα ϝοι. Enimuero μιν nec caſu nec vſu inſolens eſt. ἔκπεσε vn. Vindob.

377. βάλε. — ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδός. Ad h. l. ſpectat ταρσὸς, τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς ap. Apoll. Lex. h. v. vbi v. Not.

378. κατέπηκτο. ὁ δὲ — hiatus, quem Homericus vſus refugit. Bentl. emendabat κατεπήγνυτ'. ὁ δὲ, voluit ſcribere κατεπήγνυϑ'. ὁ δὲ. Et conuenit O, 315 ἐν χροῒ πήγνυτ' ἀρηϊϑόων αἰζηῶν. Forte non minus conueniret κατέπηκϑ'. ὁ δὲ δὴ μ.

μάλα ἡδὺ (ϝηδὺ) γελάσσας. Ita conſtanter hic ſcriptum nec γελάσας eſt niſi in vno Barocc. Supra B, 290 οἱ δὲ, καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν.

380. βέβληαι, οὐδ' ἅλιον βέλος ἔκφυγεν. poteſt ferri βέβληαι et η corripi, vt in ἐπειὴ et aliis, probante Barneſio. Equidem cum Bentleio malim ſcribere: βεβλῆ', aut antiquo more in vnam ſyllabam contracte ηαι οὐδ' pronuntiatum βεβληαι οὐδ' binis ſyllabis. Quicquid eſt, forma primitiua fuit βέβλησαι (ex βλῆμι vel βλάω) et hinc βέβληαι.

ὡς ὄφελόν τοι. Vrat. A. ὡς ὄφελόν γε.

381. ἐς κενεῶνα. Barocc. εἰς perperam. ἐκ ϑυμὸν ἑλέσϑαι. pro var. lect. Euſtath. laudat ἐκ ϑυμὸν ὀλέσσαι,

et laudat Euripideum: "Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται ψυχή·" (Hecuba 21.) Sane nec minus Homero haec forma multis locis frequentata eſt, v. c. E, 250 vbi v. Obſſ. Θ, 358. 90. 270. et al. et eſt ὀλέσσαι quoque in vno Vindob.

383. οἵ τε σε πεφρίκασι „poteſt et iunctim cum antecedentibus, et abſolute dictum, accipi. Prius Alexion volebat" Schol. A. ſi recte percipio. οἵ γε σε vn. Vindob.

385. τοξότα, λωβητὴρ, κέρᾳ ἀγλαὲ, παρθενοπῖπα. „quod κέρᾳ non ſimpliciter pro crine, ſed pro certo cincinni genere poſitum eſt: οὐ τῇ τριχὶ ψιλῶς, ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος. εἰς κέρατος (adde γὰρ) τρόπον ἀνεπλέκοντο οἱ ἀρχαῖοι. Sophron: κορώνας ἀνδούμενοι. (puto a notatione, quod κορῶναι dicuntur τὰ κέρατα τοῦ τόξου) et Athenienſes τέττιγας ἀνεπλέκοντο (quae et apud Euſtath. leguntur) et apud Homerum: πλοχμοί θ' οἱ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. P, 52." Haec Schol. A. in quo plura Scholia confuſa ſunt. In ipſo contexto Veneti legitur κέρᾳ. hoc vterque Schol. A. B. Lipſ. Vrat. A. et Sch. br. Apollon. Euſtath. agnoſcunt, vt γήρᾳ. δέπᾳ. Ita quoque Ariſtarchus, et ἐκ παραδόσεως ita ſcribi, ſicque Alexionem praecipere, in Ven. A. narratur. κέρᾳ autem per τριχὶ vel τριχώσει iidem accepere omnes; etiam Apollonius p. 394. etſi ibi, vt in libris paſſim, etiam in Townl., ſcribitur vitioſe κέρ' ἀγλαέ. ſed voluit κέρᾳ, nam ſubiicitur: οἱ μὲν γλωσσογράφοι· ταῖς θριξὶν ἀγαλλόμενε. ſequitur: κέρα γὰρ τὴν τρίχα λέγεσθαι. emenda κέρας. Etiam de crine κέρᾳ interpretantur Sch. br. cum Suida, altero tamen adiecto: καλλωπιζόμενε τῇ τοξικῇ ἢ τῇ τριχώσει. Mirum vtique videtur, veteres eo deueniſſe, vt contra vſum loquendi et contorte κέρας abſolute pro *coma* aut *comae ornatu* dictum acciperent. Ita tamen res ſe habet, vt ex Scholiis, Apollonio, Etymol. Euſtathio, qui praeter Herodianum, cuius Scholion in Ven. A. contineri ſuſpicor, etiam Herodorum et Apionem laudat, Apollonii fere veſtigia ſequentes, diſcas. Sic Pollux quoque lib. II, 31. vbi de comae artificibus:

οἱ δὲ κεροπλάστας αὐτοὺς ἐκάλεσαν cornuum ſictores: ὅτι κέρας ἡ κόμη. ὃ καὶ Ὅμηρον δηλοῦν τινες ἔφασαν, εἰπόντα τὸν Πάριν κέρ' ἀγλαόν.

Extitit tamen Ariſtarchus, qui haec impugnaret, et contenderet, κέρας Homero non niſi de cornu dici: proprie quidem Ω, 81 vbi in piſcatione κέρας βοὸς, cui inditur funiculus, ἄγκιστρον. (etſi ibi quoque per τρίχα expoſuere nonnulli.) Interpretatur adeo Ariſtarchus κέρᾳ ἀγλαὲ, h. l. τόξῳ ἀγαλλόμενε. Expoſuit Ariſtarchi doctrinam Apollon. Lex. vbi ſub fin. Scholii vitioſe legitur κέρ' ἀγλαὲ, τόξῳ ἀγαλλόμενε, pro κέρᾳ. At quis non miretur, quod porro narrat Euſtathius Ariſtotelem, *vt aiunt*, κέρᾳ ἀγλαὸν accepiſſe ἀντὶ τοῦ· αἰδοίῳ σεμνυνόμενον. — καὶ ἔοικεν ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν Ἀρχίλοχος „ἁπαλὸν κέρας" τὸ αἰδοῖον εἰπὼν, ἐντεῦθεν τὴν λέξιν πορίσασθαι. Ariſtotelis nimis ſubtile in interpretando acumen cum alias ſaepe miratus ſum; tum maxime in h. l. In Heſychio hinc profectum: κέρας, θρὶξ, τόξον καὶ αἰδοῖον.

Interea edd. inſederat κέρα ἀγλαὲ, quod cur minus probatum ſit, difficile eſt dicere. nam etiam pluralis de coma accipi poſſet; etſi multo melius de arcu: cuius ſunt τὰ κέρα, ita vt pro ipſo arcu dicantur Od. Φ, 395 et ἀγλαός τι eſt Homericum. Dicas ita hiatum oriri: κέρα ἀγλαὲ, enimuero ſcribendum eſt κέρα' pro κέραα. Obtinuit tamen inter antiquos κέρᾳ ἀγλαὲ, vt ſit ἀγαλλόμενος, ἀγλαϊζόμενος τῷ τόξῳ. Eſtque ideo iis aſſentiendum.

Iam τοξότα. quomodo hoc opprobrio eſſe poſſit, quaeritur in Sch. B. et Euſtath. cum Apollo, Diana, Hercules, Eurytus, et ad Ilium Meriones, Philoctetes, Teucer, celebrentur arte ſagittandi. Scilicet, ait, non dedecori eſt, „ὅτι τοξότης, ἀλλ' ὅτι φαῦλος." At malus ſagittandi artifex Paris non fuit. Melius dixeris, conuicium hic quaerendum eſſe in oppoſito ὁπλίτῃ, qualis Diomedes erat; quomodo Menelaus conuiciatus Teucrum ap. Sophocl. Ai. 1120. (Br.) Et ſequitur:

εἰ μὲν δὴ ἀντίβιον σὺν τεύχεσι πειρηθείης. At alii iunxerunt τοξότα λωβητὴρ, quod iam veteres fecere: ap. Sch. A. et Euft. ficque Sch. br. et ex iis Hefych. Monuit quoque grammaticus in Sch. A. varie locum diftingui et verba iungi poffe.

λωβητὴρ quo fenfu dictum fit, quaeri poteft. Haud dubie eft ὑβριστὴς, vt intelligas aliis locis B, 275. adeoque fpectat ad h. l. gloffa Hefychii h. v. Sic faepe λώβη, λωβᾶσθαι pro ὕβρις.

Reftat παρθενοπῖπα. pro quo nonnulli παρθενοπῖπα legerunt, tefte Sch. Ven. A. παρθένοις ἐοικώς. per fe non male: ὁ παρθενίας, effet *muliebris.* Memorat quoque Euftath. et eo referas Sch. br. γυναικιζόμενε, ἐπὶ γυναιξὶ μαινόμενε. Habet tamen γυναικοπῖπα auctoritatem antiquam: ipfius Apollonii Lex. h. v. παρθένους ὀπιπεύων. οἷον περισκοπῶν. Similia repetit Hefych. in quo etiam ὀπίπας, ἀπατεών. add. Etymol. Suidas, Sch. br. et Euftath. qui γυναικοπίπης et ex Comico πυῤῥοπίπης laudat. — Sane equidem in Comico ferrem de *fpeculatore puellarum* dictum. At in epico, fi ita Homerus fcripfit, vix puto aliter accipi poffe, quam omnino pro *homine mulierofo.* Aliter res fe habet Od. T, 67 ὀπιπτεύσεις τε γυναῖκας. At γυναιμανὴς erat Paris fupra Γ, 39. Omnino totum verfum fic interpungam et accipiam: τοξότα λωβητὴρ, κέρᾳ ἀγλαὲ παρθενοπῖπα. *Sagittator improbe, arcu exultans effeminate homo!*

386. εἰ μὲν δὴ ἀντίβιον σὺν τεύχεσι πειρηθείης pronuntiandum effe δη' ντιβιον patet. πειρηθείεις Venetus, nefcio an operarum vitio.

387. οὐκ ἄν τοι χραίσμῃσι βιὸς καὶ ταρφέες ἰοί. ⸓ ad diplen Scholion excidit. Notatum forte χραίσμειν pro βοηθεῖν, vel ταρφέες ἰοὶ, quod funt πυκνοί, crebro aut continuo et fine intermiffione emiffae fagittae. Iuncta βιὸς καὶ ταρφέες ἰοὶ iterum inf. O, 472.

388. νῦν δὲ, μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, εὔχεαι οὕτως. νῦν δ' ἐμ' Mofc. 3 quod malim. Interpungo poft νῦν δὲ, — porro ἐπιγράψας, ἐπιξέσας, ἐμὲ κατὰ ταρσόν.

Sup. Δ, 139 ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός. Laudat Apollon. Lex. in verſu excitato, ταρσῷ. αὔτως Cant. vt aliis in locis alii.

389. ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι. ὡς εἰ ex Lipſ. petitum; ſic quoque Vrat. A. Moſc. 3. Apollon. Lex. vbi ἀλέγω, φροντίζω excidit, verſus tamen eſt adſcriptus p. 89. Suidas in ἀλέγω, φροντίζω, recitat ὡς εἴ με γυνὴ βάλῃ. Vulgo ſcribitur ὡσεί. Vellem alterum per totum Homerum ſeruari.

390. κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο. Ξ- „quod in κωφὸν βέλος a ſenſu aurium ad tactum notio eſt traducta: τὸ ἀνεπαίσθητον. Heſych. ἀναίσθητον, quod et in Apollon. Lex. eſſe potuit, ſed mutilum eſt Scholion. Suidas: ἄηχον. ἀσθενές. ἀμβλύ. De voce paſſim egerunt viri docti, in his Valken. ad Ammon. Poſſet κωφὸν βέλος proprie dictum accipi, et referri ad nerui ſtrepitum non auditum; vt contra Δ, 125 λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχε. Sed ſenſus requirit, eſſe telum imbelle, ſine viribus emiſſum. Euſtath. comparat quod ἵπποι dicuntur ἀΐειν πληγῆς pro αἰσθάνεσθαι. ἀμβλὺ eſt redditum in Schol. br. κουφὸν eſt vitium edit. Barnes. Ap. Apollon. Arg. IV, 1238 κωφὴ — ἐπιβλύει ὕδατος ἄχνη. de mari in Syrti ſabuloſa fluctus ſurdos agente, vt κῦμα κωφὸν in ipſo Homero Ξ, 16. et Orph. Arg. 1101. mutatum nunc in κούφη, quod cum ἄχνη conuenire viſum.

Recitat vſſ. 389. 390 Dio Or. LXVI, p. 357. R. Expreſſiſſe vſ. 390 videri poteſt Ariſtoph. Acharn. 681 γέροντας ἄνδρας — οὐδὲν ὄντας, ἀλλὰ κωφοὺς καὶ παρεξηυλημένους. (de quo v. Heſych.)

391. καὶ εἴ κ' ὀλίγον περ ἐπαύρῃ. Schol. A. „ἐλλείπει τὸ πρόςθεν. οὕτως καὶ διὰ τῶν ὑπομνημάτων“ (h. e. ita traditum eſt etiam in Commentariis ab Ariſtarcho) non aſſequor, vbinam πρόςθεν ſubſtituendum ſit. Suſpicor Scholion ad alium locum ſpectaſſe, v. c. inf. 572 πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν. Pergit Schol. A. ἔν τισι δὲ γρ. ἐπαύρω. ſcil. vt ipſe Diomedes ſubiectum ſit, non τὸ βέλος. De voc. ἐπαυρεῖν v. ad A, 356. alibi adiicitur

χρόα, vt inf. 572. N, 649. ἐπαύροι vn. Vindob. Verum recte post εἴ κεν — ἐπαύρῃ.

392. ἦ τ' ἄλλως ὑπ' ἐμεῖο — ὀξὺ βέλος πέλεται. Apud Eustath. p. 852, 34 πέτεται occurrit, etsi idem paullo ante πέλεται interpretabatur; et potest placere, tanquam significantius, et occurrit alibi: τοῦ γ' ἰθὺ βέλος πέτεται Υ, 99. cf. E, 282. N, 592. M, 287. cum alterum sit nimis tenue. Potest tamen merus casus aut lusus esse; et tenue illud πέλεται alibi quoque sic occurrit, vt aliud ornantius verbum desideres: vt Γ, 3 κλαγγὴ γεράνων πέλεται, exoritur. Et h. l. Schol. br. ἄλλως ὑπ' ἐμοῦ πέμπεται. aliter, hoc est, fortius, maiore vi, iactus teli, fit a me.

καὶ ἀκήριον αἶψα τίθησι. ἄψυχον. v. ad E, 812. „γρ. ἄνδρα pro αἶψα" Barnes. dubito an alibi hoc occurrat.

393. τοῦ δὲ γυναικὸς μέν τ'. Barnes edidit et h. l. τοῦδε.

394. παῖδες δ' ὀρφανικοί. Townl. παῖδές τ'.

395. „οἰωνοὶ δὲ πέρι πλέες ἠὲ γυναῖκες." Tyrannio περιπλέες vna voce. Ascalonita dirimebat supplendo περὶ αὐτὸν πλέες. sic et Alexion; inueniri enim simplicem vocem πλέες et alibi; vt, τόσσον ἐγώ φημι πλέας ἔμμεναι, pro πλέονας" (B, 129) Sic A. B. Puta fuisse olim πλής, πλεός, vnde πλέες. et πλέων. πλεῖστος. At Schol. br. Etymol. et al. contendunt πλέας esse contractum ex πλέονας. Verum in πλέες est supplendum μᾶλλον. In edd. seiunxit primus, si recte video, H. Stephanus.

397. βέλος ὠκύ. „ὀξὺ ἢ ὠκύ." Eustath.

399. ἡνιόχῳ ἐπέτελλε. ἐπέτελλε et ἐκέλευσε Harlei.

401. οὐδέ τις αὐτῶν. Turneb. ed. vitiose τι.

402. Ἀργείων παρέμεινεν, ἐπεὶ φόβος ἔλλαβε πάντας. ⸖ quod φόβος manifesto est fuga. „Aristarchea obseruatiuncula sexcenties repetita. cf. Apollon. Lex. p. 693. cum Nota. — „γρ. παρέμιμνεν" Eustath. ἔλαβε plerique, metri scilicet incuriosi; etsi antiquiores nec ipsi geminarunt.

403. ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. πρὸς ὃν μ. esset προς ϝον iugulato metro. Bentl. tentabat ϝειπεν ἑὸν μ. (potius ϝειπε ϝεὸν omisso πρὸς, vt solet in similibus: M, 60. 210 et al. Υ, 375 καὶ τότ' ἄρ' Ἕκτορα εἶπε παραστάς.) vel Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔφη ποτὶ ϝὸν μ. Dicas hunc versum aliquoties recurrere, vt P, 90. Σ, 5. Υ, 343. Φ, 53. 552 et al. Sed in simili versu intercalari, toties iterato, vt ita dicam, rhapsodi sibi tanto plus permittere potuere. In Od. E, 285 est κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν. at paullo post ibid. 298 Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μ. θ. Alibi tamen ἐέλπετο ὃν κατὰ θυμὸν pro ϝον.

404. ὤμοι ἐγὼ τί πάθω; μέγα μὲν κακόν, αἴ κε φέβωμαι. ⊱ Excidit Scholion, forte ad αἴ κε φέβωμαι pro ἐὰν φύγω, vel ad τὸ, τί πάθω; quid mihi eueniet? quid de me fiet? Contra in Sch. B. alieno loco inserta est disputatio Philoponi ad Aristot. de anima super τὸ παθεῖν et de πάθεσιν animi argutiis plena, quae etiam ap. Suidam extat in πάθος et διάθεσις, vna cum loco ex Diogene Laertio in Aristippo f. 86.

μέγα μὲν, et supra scripto κὲν Harl.

405. πληθὺν ταρβήσας. τὸ δὲ ῥίγιον, αἴ κεν ἁλώω μοῦνος. ⊱ „ἡ διπλῆ, ὅτι ἔξωθεν ἡ εἰς πρόθεσις· εἰς πληθύν." Sch. A. Voluitne iungi: φέβωμαι (εἰς) πληθύν? vt fugiat sic vt in turbam pugnantium se recipiat, cum adhuc inter promachos pugnasset. Tum Sch. B. dubitat, sitne ἁλῶναι h. l. ἀποθανεῖν an ζωγρηθῆναι." Immo μοῦνος adiectum declarat esse: *si solus, derelictus ab Achivis, deprehensus, oppressus fuero ab Troianis.* Recte Sch. br. ληφθῶ, συσχεθῶ. Scriptum olim fuit εἰ κε ϝαλωω. pro εἰ ἁλῶ ἄν.

406. λαοὺς, et pro var. lect. Δαναοὺς Harl.

407. Ἀλλὰ τίη. Aliquoties hoc versu vtitur poeta: P, 97. Φ, 562. X, 122. 385. vbique cum virtute aliqua, et subiecta graui sententia.

408. οἶδα γὰρ, ὅττι κακοὶ μὲν ἀποίχονται πολέμοιο. Vbique legitur; nec assequor, quid Barnesium induxerit,

vt tacite, sine auctoritate et necessitate, reponeret ἀποίχοντο πτολέμοιο. in nota autem subiiceret: γρ. ἀποίχονται πτολέμοιο. Hoc est interpolare poetam, non emendare. — ὅτι vna litera et veteres vsu scripsere, et seriores metri ignari. —

409. ὅς δέ κ' ἀριστεύησι μάχῃ ἔνι. &c. „quod καὶ abvndat (in ὅς δέ κ' ἀριστεύησι) et quod incerta est interpunctio: sitne interpungendum post ἀριστεύησι, an iungenda ἀριστεύησι μάχῃ ἐνί." Acumen grammaticum! Nicanoris suspicor περὶ στιγμῆς. Sensus vnumquemque docet, vulgatam interpunctionem esse probandam. At καὶ omnino non habet locum; est enim κε, ὅς ἀριστεύῃ κεν pro ἄν. — ὅς δὲ μὲν ἀρ. Lips. vitiose.

τόνδε μάλα χρεώ. τόνδε Alexion iungi volebat pro τοῦτον. at Tyrannio τὸν δὲ vt sit τοῦτον δὲ per ἀναφοράν. Et acquiescit Schol. A. in hoc altero." Scilicet perpetua in Homero haec est ambiguitas, quae tamen in multis ad idem fere redit, siue τὸν δὲ siue τόνδε scripseris, vt h. l.

410. ἠτ' ἔβλητ' ἠτ' ἔβαλ' ἄλλον. Schol. A. haeret in iunctura verborum. Si iungenda sunt omnia, ait, (vt editur) esse substituendam particulam εἰ loco τοῦ ἤτε· εἴτ' ἔβλητο εἴτε ἔβαλε. h. e. εἴτε βληθείη, εἴτε βάλλοι τινά. (Et εἴτ' — εἴτ' — erat in Harlei. et vno Vindob.) sin ἤτε sit seruandum: esse propositionem absolutam, quod et ipse probat: ἰσχυρῶς ἑστάναι δεῖ. ἢ γὰρ ἐβλήθη, ἢ ἔβαλεν ἄλλον." Bonus grammaticus non meminit, tertium suppetere modum ex Homerico more, quo plerumque εἰ omittitur: εἰ ἢ — ἢ — Quo ignorato etiam Eustathio durum visum ἤτε — ἤτε dici pro ἢ — ἤτε.

411. ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε. ἕως ὁ ταῦτ' pronuntiatum ὡς ὅτταυτ'. vt monitum A, 193. De τόφρα δ' v. ad A, 57. Bentl. em. ἕως ὅ γε. In Mori scriptum ὅρμαινε.

413. ἔλσαν δ' ἐν μέσσοισι, μετὰ σφίσι πῆμα τιθέντες. &c. „quod Zenodotus scripserat: μετὰ σφίσι, πῆμα δὲ ἔλσαν. (scripserat, puto: ἔλσαν δ' ἐν μέσσοισι, μετὰ σφίσι πῆμα δὲ ἔλσαν) Est tamen sic εὐτελὴς ἡ σύνθεσις,

vt recte iudicat Schol. A. at idem perperam interpungit ἔλσαν δ' ἐν μ. μετὰ σφίσιν, et ſtatuit, „non ſibi ſed Vlyſſi malum eſſe, πῆμα τιθέντες τῷ Ὀδυσσεῖ." Melius Sch. br. ἐπὶ τῷ ἰδίῳ κακῷ τοῦτο πράξαντες. Euſtath. ambiguam ait eſſe iuncturam.

ἔλσαι, aeolicum eſſe, ſine adſpiratione poſitum, notat idem Ven. A. et ſcribendum eſſe μετὰ σφίσι, non μετά σφισι. Quod ad prius attinet, nullam video neceſſitatem, qua ad aeolicam pronuntiationem confugiendum ſit, ſiquidem ſollenne fuit ϝελω. ϝειλω. ϝειλυω et hinc deducta. ϝελσαι vidimus Λ, 409. At grammatici, cum ignorarent digamma, cumque vel ab εἰλέω, vel, quod multo etiam deterius, ab ἐλάσαι, vocem deducerent, (vt quoque h. l. Euſtath. ἔλσαν, τουτέστιν ἤλασαν ἢ εἴλησαν συνέκλεισαν.) inciderunt in moleſtias, vt modo ἕλσαι, modo ἔλσαι ſcribendum eſſe dicerent. De his v. Excurſ. de digammo. Abiecto digammo ex ϝελω, *voluo*, factum eſt ἔλω, etſi paſſim ἕλω occurrat; aliud verbum eſt ἕλω, vnde ἑλεῖν. ἑλών. capere. At ἔλω pro ἐλάω fuiſſe, veſtigium non extat. Edd. quarum vix vlla in his eſt auctoritas, variant; ἕλσαι erat in Flor. Aldd. et hinc profectis. ἔλσαι e Rom. adſciuit Turnebus.

415. ὡς δ' ὅτε — σεύωνται. In edd. vulgatum σεύονται. nec hoc cum vitio ſit; ſed alterum, cum ſubiunctiuo in hac comparandi formula frequentius occurrit, et exhibent σεύωνται Cant. Townl. Vrat. b. vn. Vindob. Ven. cum Euſtath. et ed. Rom. Ita ſententiae ſequentes ὁ δέ τ' εἶσι — ſunt ſine regimine interpoſitae. v. de hoc vſu Homerico Exc. I. ad lib. I. (IX.)

416. θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένυσσιν. λευκὸν ὀδόντα. Illuſtrat hinc ἀργιόδοντα Apollon. h. v. p. 161. etſi Scholion turbatum eſt. Porro ſcribendum γένυσσιν nam media breuis eſt, ex γένυς, nec obſtat Od. Λ, 319 γένυν εὐανθέϊ λάχνῃ. Editum erat vbique, etiam in Euſtath. γέννσι, vel γέννσιν, vno ſibilo, vsque ad Barnes, qui recte mutauit, eique ſuffragatur Ven. A. Cant. Barocc. Mori. Harl. Nota Erneſti turbata eſt. Barnes ar-

gutatur tentando, poſſe etiam ſcribi *μετὰ γναμπτῇς γενύεσσι*. vt *νεκύεσσι*.

γναπτῇσι Townl. et *γναπτοῖσι* Barocc. perpetua varietate ſcripturae in hac voce. *γναμπτοῖσι* Mori Harl. a pr. m. Lipſ. vn. Vindob. Spectat ad h. v. Apollon. Lex. *γναμπτῇσι. κεκαμμέναις*. At Etymol. p. 226, 1. *γένυς. σημαίνει δὲ καὶ σιαγόνα. μετὰ γναπτῇσι γένυσιν*. Contra *κναμπτῇσι* Aelian. H. An. V, 45 vbi multis docet, Homerum naturam aprorum bene tenuiſſe et pluribus locis accurate declaraſſe.

Exornata eſt comparatio in Sc. Herc. 386 ſq. *Οἷος δ' ἐν βήσσῃς ὄρεος χαλεπὸς προϊδέσθαι Κάπρος χαυλιόδων Φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι Ἀνδράσι θηρευτῇς, θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα, Δοχμωθεὶς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι* (ſaltem eſſet *μαστιόωντι* ſcribendum; vt in Jl. Υ, 171. at hoc de leone dicitur, non de apro: cui conueniret *μαστάζοντι* *dentibus frendenti* eoque *mandibulis mandenti.*) *Λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην, Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρήν.*

417. *ἀμφὶ δέ τ' ἀΐσσονται.* Vitioſe *ἀμφί τε ἀΐσσονται* Barocc. et alii, et ipſe Venetus. *ὑπαὶ* etiam h. l. legitur vbique; commento puto grammatico pro *ὑπό*.

418. *γίγνεται, οἱ δὲ μένουσιν ἄφαρ δεινόν περ ἐόντα.* *γίνεται* et *γίγνεται* etiam h. l. variat. Notio τοῦ *ἄφαρ* h. l. obſcura mihi eſt; nam vulgaris ſignificatio, *continuo ſtatim*, (v. ſup. ad K, 537) vix locum habet. Ex pluribus notionibus apud Apollon. et Etymol. conueniret: *ἀντὶ τοῦ ἔπειτα.* Verum expectabam, *e longinquo.*

420. *Δηϊοπίτην. Δηϊοπήτην.* Barocc. Mori. Vrat. b. *Δηϊοπίστην* Suidas.

421. *οὔτασεν ὦμον ὕπερθεν ἐπάλμενος ὀξέϊ δουρί.* Ambigitur de interpunctione: vtrum ſit *ἐπάλμενος ὀξέϊ δουρί,* an *οὔτασεν ὀξέϊ δουρί.* tum, num *οὔτασεν ὦμον, ὕπερθεν ἐπάλμενος,* an *οὔτασεν ὦμον ὕπερθεν, ἐπάλμενος ὀξέϊ δουρί.* Ven. A. „Lectum quoque *ὕπερθε μετάλμενος.*" ibid. Hoc in Harlei. Vrat. b. Moſc. 3. vn. Vindob. et in ed. Ald. ac ſequacibus. Ad *ὕπερθεν ἐπάλμενος,* quod Flor.

Ald. 1. Rom. exhibuerant, rediit Turnebus et hinc ſeqq. Ἐπάλμενος iam vidimus H, 260.

422. ⊱ quod hic Ἔννομος idem nomen habet cum altero Ennomo ἐν τῷ διακόσμῳ (Jl. B, 858). Pro eo Ὄρμενον habet Lipſ. cum vno Vindob.

423. καθ' ἵππων ἀΐξαντα. „Legitur et ἀΐσσοντα“ Sch. A. Sicque Barocc. Lipſ. Mori. Townl. Vrat. b. A. Moſc. 2. vn. Vindob. vt inf. 484. At Moſc. 3. μεταλάξοντα (ex gloſſa μεταΐξαντα.)

424. δουρὶ κατὰ πρότμησιν ὑπ' ἀσπίδος. ⊱ „quod hoc vno loco πρότμησις memoratur, ideoque varie ad etymum exponitur.“ Omnia recenſere alienum eſſet a poeta; colligenda ſunt in Lexicis; ſufficit probabiliter de *vmbilico* in recens nato praecidi ſolito vocem eſſe accipiendam: in quo etiam Sch. br. acquieſcunt, et Heſych. in πρότμησιν. πρότμησις. et κατὰ πρότμησιν. κατὰ τὸν ὀμφαλόν. Docta ſunt ſuper hac voce ſed plus quam arguta, Scholia A. B. Apollonii h. v. adde Etymologum, Suidam et Euſtath. πρότμησιν et πρότμηστιν Townl.

425. ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. per ἀγκῶνι reddunt Sch. br. Ita ἕλε, ἔπληξε. Hanc interpretationem puta ſequutum eſſe Ennium in fragm. ap. Varron. de L. L. IV, p. 10, 1 *cubitis pinſibant humum.* Virgilius contra *fronte, calcibus*, tundere terram dixit cadentes. melius τῇ δρακὶ, *cauo manus*, Ven. B. et Victor. Plura ex etymo argutati ſunt veteres apud hunc ipſum et Apollon. h. v. vbi v. Not. in qua ceteri laudantur. Rem alibi poeta ſic expreſſit: κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης. Jl. N, 393. Π, 486. de ſpaſmo letifero.

427. εὐηγενέος Σώκοιο. Nihil amplius eſt εὐηγενὴς quam εὐγενὴς, agnoſcit quoque id Apollon. Lex. h. v. et reliqui; in Ven. B. τοῦ τῷ σώματι εὐφυοῦς. Vſu itaque mutata et deprauata eſt vox. Mihi tamen valde probabile ſit, grammaticis hoc deberi, et fuiſſe veram ſcripturam: αὐτοκασίγνητον ἐΰγενέος Σώκοιο. quidni enim υ produci tono potuerit?

430. ὦ Ὀδυσεῦ πολύαινε δόλων ἆτ' ἠδὲ πόνοιο. ⊱ „quod resciuerat Socus Vlyssem esse versutum et hoc nomine male notum.“ Sch. A. Laborant scilicet grammatici in exsculpendis conuiciis; itaque saltem per ironiam dicta esse volunt. Atqui in Homero laudes tales mutuo sibi ingerunt heroes, non tam eo, quem nos laudamus, sensu aliquo generosiore; sed morum et sermonis simplicitate.

Apollon. Lex. πολύαινε. Ἀρίσταρχος, πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιε. (hoc et Suidas habet) οἱ δὲ πολύμυθε. ex eo Hesych. h. v. cf. Eustath. h. l. In laudem Vlyssis dictum erat iam Jl. I, 669.

De ἆτος, ἄατος, v. ad E, 388. — δόλων αὖτ' erat in ed. Flor. et Ald. 1. Mosc. 3.

431. δοιοῖσιν — Ἱππασίδῃσιν. „γρ. Ἱππασίδηϊν. Sch. A. Si non est grammatici correctio, ad sensum nihil facit: vtroque Hippasi filio, et Charope et Soco. Ceterum ἐπεύχεσθαι casu adiuncto, et quidem tertio, hoc vno loco occurrit; L. B. de Locella, graece doctissimus, in Adnotat. ad Xenoph. Eph. p. 168 dubitat, sitne δοιοῖσιν Ἱππασίδῃσι iungendum cum verbo, an sint hi casus absoluti. Praeferam prius; subiecta sunt illa vs. 432 Τοιώδ' ἄνδρε κατακτείνας pleonastice adiecta, si modo vere Homerica sunt.

432. τοιώδ' ἄνδρε κατακτείνας καὶ τεύχε' ἀπούρας. ⊱ „quod hemistichium alieno loco est adiectum; vnde enim norat, ad spoliandum corpus suppetiturum esse tempus?“ Sch. A. Bona obseruatio. Enimuero totus versus est otiosus et, quod sensus facile docet, rhapsodis debitus. τεύχε' ἀπούρας, ἀφελόμενος. σκυλεύσας. De voce v. ad A, 356.

433. ἤ κεν ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς. „γρ. ἤ σύγ' ἐμῷ.“ Barnes e coni. ὀλέσσῃς, quod libri habent, reduxi. Barnes hoc immerito eiecerat et ὀλέσσεις induxerat, vt cum ἐπεύξεαι conueniret. Adscripserat illud in marg. Stephanus: γρ. ὀλέσσεις et laudat Barnes Cod. Cant. e quo tamen nil a Bentleio notatum video. At

facta mutatio eſt ignoratione vſus Homeri, cui futura indicatiui cum coniunctiuo adiecto κεν, vno eodemque loco habentur. Et ſic iuncta ſaepe reperias ambo, vt ſup. K, 449 εἰ μὲν γάρ κε σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν. ad quem loc. vide. De κεν cum futuro cf. ad A, 175. et Excurſ. III. ad A. p. 175. et Exc. II. ad lib. V.

434. ὣς εἰπὼν οὔτησε κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην. Variat et hic πάντοσε ἴσην. v. ad A, 468. οὔτησέ (μιν) κατ' ἀσπίδα *percuſſit eum in clipeo:* ſic et P, 43 vbi hic idem verſus, κατ' αἰγίδα Φ, 400. vt οὔτησε κατὰ δεξιὸν ὦμον Y, 452.

435. διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε. Videtur pronuntiatum fuiſſe διαμμενασπιδος. Bentleius refingebat διὰ μὲν ἄρ'. cui facile accedas. cf. ad Γ, 357. ὄμβριμον et h. l. alii.

437. πάντα δ' ἀπὸ πλευρῶν χρόα ἔργαθεν. Schol. A. „χροὸς exemplaria Ariſtarchea. χρόα Zenodotus.“ Scilicet, quod ſaepe iam vidimus, Ariſtarchus de Digammo non cogitabat: fuit χροα ϝεργαθε. nam ϝεργω. ϝειργω. ϝεργαθω et rel. Bentl. ſcribebat χρό' ἐϝεργαθεν. Eſt autem ἀπεχώρισε. nec tam vt Sch. A. οἷον διέστασε (leg. διέσπασε) τὰς σάρκας ἀπὸ τῶν ὀστῶν, cum ceteris, Sch. br. etiam gloſſa Heſychii in πάντα δ' ἀπὸ πλ. ἀπὸ δ' αὐχένος ὦμον ἀπέργαθεν. quam potius: ἀποέργαθε χρόα πλευρῶν, h. τὸν ἐπὶ ταῖς πλευραῖς χρῶτα ἀπεῖργε, ἐχώρισε, *deterſit.* E, 147 πλῆξ', ἀπὸ δ' αὐχένος ὦμον ἐέργαθεν ἠδ' ἀπὸ νώτου.

οὐδ' ἔτ' ἔασε Lipſ. Mox 438. Φωτὸς pro αὐτοῦ vt ἀνὴρ pro αὐτός.

439. γνῶ δ' Ὀδυσεὺς, ὅ οἱ οὔτι βέλος καταιαίριον ἦλθεν. „τέλος καταιαίριον legit Venetus, et Sch. A. αἱ Ἀριστάρχου οὕτως, τέλος. καὶ σχεδὸν ἅπασαι.“ Conſtituere ergo verba ſic debuere: ἔγνω, ὅτι (τὸ ἔγχος) οὔτι ἦλθεν οἱ (εἰς) τέλος καταιαίριον. At in Sch. A. pro interpretatione adiicitur; ἔγνω, ὅτι οὐ καταιαίριον τέλος (an κατὰ καίριον τέλος voluit?) ἦλθεν ἡ πληγὴ, οὐκ εἰς καίριον τόπον ἐτελεύτα.“ Etiam Apollon. καταιαίριον. εἰς καίριον τόπον. Contorta haec omnia, nec ex verbis fa-

cile elicienda. Τέλος abſolute pro vita non dicitur, ſed τέλος βιότοιο vel θανάτοιο et ſimilia. Ergo τέλος accepere pro loco, in quo haſta ſubſiiterat in vulnere.

Zenodoti lectio fuit, quae, recte puto, vulgo legitur, βέλος, quam propterea reiecerunt grammatici, quia οὐ βέβληται, ἀλλ' ἐκ χειρὸς ἐπλήγη (non πέπληγε, vt Sch. A.). Atqui βέλος eſt generale vocabulum, eoque nunc pro ἔγχος, οὔτι ἦλθέν οἱ καταχαίριον, οὐκ ἐγένετο αὐτῷ καίριον. (Sch. B. reddit οὐκ ἐτελεύτησεν εἰς καίριον ἡ βολή.) quod Δ, 185 οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος quod interpretatur Etymol. καίριον, ἀντὶ τοῦ· οὐκ ἐν ἐπικινδύνῳ τόπῳ, οὐδ' ἐν τῷ πρὸς ἀναίρεσιν ἐπιτηδείῳ τόπῳ τοῦ σώματος. fere vt Sch. br. Et Θ, 84 vulneratur in capite equus, ὅθι — μάλιστα τε καίριόν ἐστι. Sch. br. ἐπικίνδυνον. Poteſt ideo κατὰ καίριον ἦλθε ſcribi, vt eſt in ed. Rom. et Euſtath. at βέλος καταχαίριον ἦλθε eſt doctius.

Obſeruatur etiam h. l. quanta ſit animi virtus in Vlyſſe, quod ipſe vulneratus tamen pugnare pergit: v. Euſtath. cf. Iortin To. II, p. 73.

441. ἆ δεῖλ', ἦ μάλα δή σε — Sch. A. contendit, ἆ δειλὲ plene eſſe pronuntiandum et ſcribendum, quandoquidem in compellatione poſitum eſt; ſicque Ariſtarchum ſcripſiſſe, teſte Didymo. Nec metro id officere, quia ſcanſione aufertur iterum: vt in βουκόλε, ἐπεὶ (Od. Υ, 227.) et (Jl. O, 18) ἦ οὐ μέμνῃ. ὦ δεῖλ' duo Vindob. De ἆ disputat Euſtath. ad h. l.

442. ἤτοι μέν ῥ' ἔμ' ἔπαυσας. In Lipſ. deeſt ῥ' ante ἔμ', et abeſſe poſſe aiebat Erneſti. deficit quoque in Townl. Moſc. 2. 3. Veneto. Enimuero tuetur id vſus Homericus. vel potius grammaticorum.

444. ἐμῷ δ' ὑπὸ δουρὶ δαμέντα εὖχος ἐμοὶ δώσειν· Lipſ. δαμέντι. vt ad antecedens σοὶ referatur.

445. Ἄϊδι κλυτοπώλῳ. Commenta grammaticorum ſuper h. v. nolo repetere. Vide ad E, 654.

446. ὁ μὲν Φύγαδ' αὖτις — „Φύγαδε, ὡς οἴκαδε, εἰς Φυγὴν" — Ven. A. Dictum de hoc ad Θ, 157.

448. ὄμων μεσσηγὺς, διὰ δὲ στῆθεσφιν ἔλασσε. διὰ στήθεος. v. ſup. Exc. II ad VIII. μεσσηγὺ Townl.

451. φθῆ σε τέλος θανάτοιο. Etiam hic Zenodotus legerat: βέλος, vt ſup. 439 βέλος καταικαίριον, et obſervatur h. l. a Sch. A. refelli hoc quoque verſu Zenodotum." Immo dixeris, ex h. l. voc. τέλος illatum eſſe in v. 439. Alienum tamen βέλος ab h. l. eſt. Etſi enim βέλος κιχήμενόν τινα dicitur, vt E, 187 non tamen βέλος θανάτου frequentatur; at τέλος θανάτου ſaepe.

452. Plutarch. in Conſolat. ad Apollon. p. 445, T. VI. R. recitat: Δύςμορος, οὐ μὲν σοίγε.

453. ὄσσε καθαιρήσουσι. Diſertum Scholion eſt in Heſych. καμμύσουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ συγκλείσουσιν. ὑπὲρ τοῖς νεκροῖς γίνεται ὑπὸ τῶν οἰκείων περὶ τὸν τοῦ θανάτου καιρόν. Sch. br. τοὺς ὀφθαλμοὺς κατακαλύψουσι.

454. ἀλλ' οἰωνοὶ ὠμησταὶ ἐρύουσι. ὠμησταί. Digladiantur grammatici ſuper accentu. Ariſtarchus vt ἀθληταί. Tyrannio vt κομῆται, ὠμῆσται. Apio quoque voluit eſſe ὠμοέσται, ὠμοφάγοι, ab ἔδω. Alii pro vna voce, ab ὠμὸς, vt ὀρχηστὴς, ἑρπηστής. haud dubie vere. Argutias non repetam: v. h. l. Sch. A. Apollon. Lex. h. v. Etymol. Euſtath. add. Schol. ad Jl. X, 67.

(⸖) ὠμησταὶ ἐρύουσι ſcribit Ven. et Sch. A. addit, ita ſcribendum eſſe, ſicque ſcripſiſſe Ariſtarchum; eſſe enim praeſens pro futuro. Alexion ſcribebat ἐρυοῦσι, forma Attica, vt v. ſeq. κτεριοῦσι. Contra monet, formam hanc locum habere tantum in verbis Iota habentibus, vt κομιῶ." Repetitur hoc Scholion ad O, 351. X, 67. Etiam Apollonius Lex. ἐρύουσι. ἀντὶ τοῦ ἐρύσωσι (corr. ἐρύσουσι) σημαίνει δὲ τὸ ἕλκουσι, δι' οὗ δηλοῦται τὸ κατέδονται, ex natura vulturum; Add. Heſych. in ἐρύουσι. Multum ſibi in hoc verſu arrogauerat Barnes, ſcripſerat enim: ὠμησταί σ' ἐρύσουσι, quae iterum eiecta ſunt. Primo σ' de ſuo inſeruit, cum ignoraret digamma in ϝερυω et cognatis. Tum vbique ſcriptum et editum eſt ſine σ'. Porro ἐρύσουσι intulit, cum ἐρύουσι omnes fere vetuſtiores cum grammaticis, in quibus Ety-

mologus, legant, et editum ſit vbique: ὠμησταὶ ἐρύουσι. Prouocat quidem ad Cant. et Barocc. Addas Mori. Harlei. vnum Vindob. ſed ratio critica facile docet hoc grammaticum emendatorem ſapere. Verſus aliquoties repetitur, vt Il. O, 351. X, 67. vbique ὠμησταὶ ἐρύουσι.

455. αὐτὰρ, ἐπεί κε θάνω, κτεριοῦσί με δῖοι Ἀχαιοί. „Ariſtarchus: αὐτὰρ ἔμ' εἴ κε θάνω." Additur: „εἰ δὲ διὰ τοῦ π, ἐπεί κε θάνω, γραμματιστῶν." mancum videtur eſſe Scholion. Sed lectio Ariſtarchea notata quoque eſt ex Barocc. et vno Vindob. nec inelegans; eiiciendum tum erit altero loco με et ſcribendum κτεριοῦσι (— σιν) δῖοι Ἀ. — Mirum eſt, vocem κτερίζειν praeterire fere grammaticos, ſi excipias Heſych. et Euſtath. ad Odyſſ. Atqui τὰ κτέρεα debuere ducta eſſe a κτέρος, pro quo etiam κτέρας, κτέαρ, fuit, h. e. κτῆμα, h. e. omnino χρῆμα. Mirum itaque, vnde ſingularis vſus venerit, vt ſint τὰ ἐντάφια.

456. Σώκοιο — ἔγχος — ἔξω τε χροὸς εἷλκε — „propter ambiguitatem, ex Soci ne corpore, an ex ſuo, traxerit haſtam." Haud dubie alterum hoc; nam educta haſta ipſe doluit, et, quod rem facit apertam, Soci haſta per Vlyſſis *clipeum* penetrauerat, vnde ἔξω χροὸς καὶ ἀσπίδος. Haſtam autem in Soci tergum emiſſam in eius corpore reliquiſſe putandus eſt Vlyſſes.

457. ἔξω τε χροὸς εἷλκε καὶ ἀσπίδος. ἕλκε Ariſtarchus, vt alibi, Ionica forma; ſic ſup. 258. Si ſemel hoc ſequebantur, debuiſſent ii qui Ariſtarcheam lectionem reſtituere voluere, vbique ἕλκε edere. At nec Ariſtarchus vbique nec in hoc nec in aliis, ſibi conſtitiſſe videtur. Euſtathius dilectum in vſu imperfecti temporis quaerebat, vt difficultatem extrahendi deſignaret poeta. At Homerus εἷλξε non nouit, adeoque nec hic eo vti potuit. — Porro ἔξω δ' ἐκ χροὸς εἷλκε Ven. B.

458. αἷμα δέ οἱ σπασθέντος ἀνέσσυτο, κῆδε δὲ θυμόν. „Αἷμα δέ οἱ σπασθέντος. Sch. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, οἱ. αἷμα δέ οἱ, τῷ Ὀδυσσεῖ. Ζηνόδοτος δὲ γράφει· αἷμα δὲ αὐτῷ, οὗ σπασθέντος. γίνεται δὲ τὸ ἑαυτοῦ. ὁ οὐχ

ἁρμόζει." Turbata ſunt poſtrema. Zenodotus legerat: αἷμα δὲ οὗ σπασθέντος, vt eſſet pro αὐτοῦ ſc. τοῦ ἔγχεος σπασθέντος. mirum, cum non maluiſſe τοῦ ſcribere. Praeſtat vtique οἱ quod ſcriptum fuit αἷμα δὲ ϝοι. ἀπέσσυτο Barocc. male.

κῆδε δὲ θυμόν. v. ad E, 400. Male et h. l. Barnes interpolauit δ' ἕ.

459. Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ ἴδον αἷμ' Ὀδυσῆος. Barnes: „γρ. Τρῶες δή. Harlei. Vrat. b. Moſc. 3. Τρῶες δ' αὖ. hoc probem.

ὅπως ἴδον Mori, et pro var. lect. Vrat. b. item vn. Vindob. cum Veneto: at Schol. A. „γρ. καὶ, ἐπεὶ ἴδον. Nouare quid in his ac ſimilibus nolim. Barocc. ὅταν ἴδον. hoc male.

460. κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν. Iungi mauult Sch. A. κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον." Sequitur tamen mox quoque 469 ἀλλ' ἴομεν καθ' ὅμιλον.

461. ἀνεχάζετο, αὖε δ' ἑταίρους. Sch. A. monet, αὖε ſcribi: eſſe enim φωνεῖν. At ſi ſit ξηραίνειν vel ἅπτειν, ſcribi αὕειν· ἐστὶ γὰρ σύνθετον." Scilicet alterum hoc factum putarunt ex ὕειν, ἀΰειν, αὕειν. Res ipſa occurrit ap. Euſtath. Etymol. et Heſych. in αὖε. cf. Sch. ad Il. Υ, 51. Suboritur moleſtia ex hiatu: ἀνεχάζετο αὖε. Commode Bentl. emendabat: ἀνεχάζετ', αὖσε δ' ἑ. vel ἀνεχάζετό τ', αὖε θ' ἑταίρους. Dubitari nequit αὔω. ἀΰτω. ἀϋτέω leni aſpiratione fuiſſe perpetuo vſu ex ἄω, vnde factum αϝω, hinc αὔω. Verum et alterum, ſiue αὔω ſiue αὔω ſcriptum, *ſicco*, nullum digamma admittit. v. c. Ψ, 327 Ἕστηκε ξύλον αὖον. ἀναχάζετο Venetus; librarii an operarum vitio.

462. ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός. φωτὸς pro αὐτοῦ. Schol. B. Sic ſaepe v. c. Od. Ζ, 129. ὅσον κεφαλὴ χάδε proprie τὸ στόμα. ſed alterum plus phantaſmatis habet. Ductum autem a vaſe, quantum illud capit, χανδάνει, χάζει, h. χωρεῖ, *continere* poteſt; vociferatur quantum poteſt. Apollon. p. 704 ὅσον ἡ κεφαλὴ ἴσχυσε χωρῆσαι μέγεθος φωνῆς.

463. *τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος*. Fuit *αἶε ϝιάχοντος*. Itaque concidit nota Ernesti, poetam dedisse *ἄϊεν* pro *ἄϊε* ne nimis multae vocales concurrerent.

466. *ἵκετο φωνὴ* Lipſ. Cant. Mori. Barocc. Harl. Townl. Vrat. b. A. Moſc. 2. vn. Vindob. cum Veneto. etiam Euſtath. Tum ed. Flor. Mutauit in *ἵκετ' αὐτὴ* ſtatim Ald. 1. cum ed. Rom. Parendum hic erat codicum conſenſui.

467. *τῷ ἰκέλη, ὡς εἴ ἑ βιώατο. βιώσατο* Vrat. b. Moſc. 3.

468. *ἀποτμήξαντες. ἀποτεμνόμενοι. ἀποχωρίσαντες.* Apollon. Lex. h. v.

470. *μή τι πάθῃσιν ἐνὶ Τρώεσσι μονωθείς*. Schol. A. cum Euſtath. „*γρ. πάθῃσι μετὰ Τρώεσσι*" ſicque Barocc. Harl. Townl. Moſc. 3. vnus Vindob.

471. *μεγάλη δὲ ποθὴ Δαναοῖσι γένηται. ποθὴ* haud dubie *αὐτοῦ*. vt Ξ, 368 et alibi; etiam P, 690. Vt ipſe Vlyſſes ſit deſiderium, *ποθή*, lyricum puto eſſet.

474. *δαφοινοὶ θῶες, fului:* vt aliis locis: v. ad B, 308. Alioqui poſſet eſſe *φόνιοι*, *cruenti*. Qui *θῶες* ſint ex grammaticis haud diſces; niſi quod narrant hyaenae ſimiles eſſe et per ſaltus incedere. cf. Euſt. ad N, 103.

ἕπονθ', ὡς εἴ τε (nunc *ὡσείτε* ſcriptum). Videtur Euſtathius laudare *ἕπον* pro var. lect. ſed is haec cum v. 483 comparat: *τὸ δὲ, ἀμφὶ αὐτὸν ἕποντο, ἢ ἀντὶ τοῦ ἀμφηκολούθουν, ἢ, αὐτὸν ἀμφεῖπον, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ· ἀμφεπένοντο. διόπερ ὑποκαταβὰς ἔφη· ἀμφ' Ὀδυσῆα Τρῶες ἕπον, ἤγουν ἀμφεῖπον ἐκεῖνον.* Enimuero in Homero ſatis discreta vis eſt *τοῦ ἕπειν* et *τοῦ ἕπεσθαι*. hoc eſt *ſequi*, *ἕπεσθαί* (*ἅμα σύν*) *τινι*· illud, *ἕπειν τι, τινὰ*, *tractare*, *agitare*.

475. *ὂν τ' ἔβαλ' ἀνήρ. ὂν ῥ' ἔβαλ'* Barocc. Mori. vn. Vindob.

476. *ἰῷ ἀπὸ νευρῆς*. vbique legitur. Mutauerat in *ἀπαὶ* Barnes, quia inf. 665 ita legebatur in edd. Perperam. Dictum iam ſaepe de *ἀπαὶ, παραί*.

ἤλυξεν. ἐξέκλινεν. ἐξέφυγεν. Apollon. Lex. h. v.

477. Comparatio pluribus momentis instructa, et ad numerum adorientium, et ad superuenientem Aiacem. Haec sola tenenda ex Sch. A. B. — αἷμα λιαρὸν, χλιαρὸν, θερμὸν, recte Sch. br. et Hesych. ad quem v. Not. cf. inf. ad 829. et ad X, 149. Durius autem omissum ὄφρα ἐστίν. ἔνεστι. μένει.

καὶ γούνατ' ὀρώρῃ. Ap. Athen. II, p. 41 D. legitur ὀρώρει. De vsu subiunctiui cum ὄφρα v. Exc. III, ad lib. IV. Vidimus iam sup. I, 605. 6 εἰσόκ' ἀϋτμὴ ἐν στήθεσσι μένῃ καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ *moueant se.*

χλιαρὸν malebat Bentl. post αἷμα· vt sit αἷμα χλιαρόν. τόν γε δαμάσσεται.

478. ἐπειδή. In ed. Lips. erat ἐπειή. ἐπειδὰν vn. Vindob. male.

479. δαρδάπτουσι. κατεσθίουσι cum notione laniandi, vt Apollon. Lex. h. v. monet.

480. ἐν νέμεϊ σκιερῷ. — Zenodotus γλαφυρῷ. Verum hoc antro, non siluae conuenit, haec est σκιερά. Vox h. l. non variat, sed in fragmento Pindarico e Threnis ap. Plutarch. Consolat. ad Apoll. (Fragm. Pind. p. 31. 32.) variat σκιαρόν. nil tamen interest. Vocabulum τὸ νέμος minus vsitatum esse debuit, quandoquidem Apollon. Lex. explicat ὁ σύνδενδρος τόπος, καὶ νομὴν ἔχων. ἐν νέμεϊ σκιερῷ, σκιὰν μεγάλην ἔχοντι.

ἐπὶ δέ λῖν ἤγαγε δαίμων. λῖν circumflecti (vt scriptum quoque in Apollon. Lex. h. v.) docet Ven. A. vt omne monosyllabum in casu quarto; sicque tradere Herodianum libro XV τῆς καθόλου· at vulgo scribi λίν ait Aristarcho auctore (Ἀριστάρχῳ δὲ ἐπείσθη ἡ παράδοσις ὀξύνοντι.) etsi vel sic λίς producitur, vt vidimus sup. 239. Male autem Schol. br. Etymol. et Eustath. qui grammaticorum disputata recoxit, aiunt esse pro λῖνα, nam fuit λῖς, λιός, λιΐ, λίν, vnde λίεσσι laudatur e Callimacho: αἱ μὲν ἄρα λίεσσι.

481. Aristoteles ἐν τῷ περὶ ζώων notauit inter thoes et leones odia intercedere, cum eodem cibo vtantur. Te-

nuit adeo hoc Homerus ante Ariſtotelem. Sch. A. Euſtath. Eſt locus Hiſt. Anim. IX, 44.

λῖν σίντην. Male ſcribitur *σίντιν* ap. Etymol. Dictus *ὁ σίντης ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, βλαπτικὸς, κακοῦργος, βλαβερός.* Eſt eadem vox, vnde Sinis vel Sinnis dictus *ὁ πιτυοκάμπτης* a Theſeo occiſus.

διέτρεσαν, pro *διατρέουσι. μετὰ δέους φεύγουσι. ἡ γὰρ σκιὰ καὶ σκεδασμὸν δηλοῖ τῶν φυγόντων* Sch. c. Euſt.

482. *Ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλομήτην. „γρ. ποικιλόμητιν.“* margo edd. ſicque Moſc. 3.

483. *ὥς ῥα τότ' ἀμφ' Ὀδυσῆα — Τρῶες ἕπον πολλοί τε* — Aliter legitur in edd. quam Barnes ad h. v. tradit. Nam *Τρῶες ἕποντο πολλοί τε,* metro violato, habent edd. inde a Flor. Aldd. etiam Turneb. Steph. nec ſola Cantabrig. vt ille putabat. in Rom. ed. *ἕποντο πολοί τε* eſt emendatum. At *ἕπον πολλοί τε* ſola dederat ante Barnes ed. Schrevel. ex Schol. br. Idemque Barnes profert ex Cod. Cantabr. et ex Euſtath. p. 857, 9. (in verbis ſup. ad vſ. 474 adſcriptis) accedunt alii codd. cum Veneto. Vitioſam tamen lectionem, *ἕποντο πολλοί,* multi alii, in his etiam boni codd. ſequuntur, vti Mori. Townl. Debebant ſaltem refingere *Τρῶες ἕποντο πολεῖς τε.* vt 474 — *πολεῖς* autem occurrit inf. 707 *αὐτοί τε πολεῖς,* et alibi, vt Apollon. Rh. I, 261. II, 900. Sic quoque emendabat Bentleius; nec dubitarem in ipſo poeta reponere, niſi *ἕπον* codicum auctoritatem haberet, et ſenſu ſuo acceptum defendi poſſet, et niſi ſuſpicarer etiam priore loco 473. 474 fuiſſe *ἕπον,* cum pronuntiatum eſſet: *ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτὸν Τρῶες ἕπον θ'.* ita vt *δέ τε* vſu ſollenni iuncta eſſe vellent. Nam *ἕπειν* et *ἕπεσθαι* notatione diuerſa eſſe, conſtat. Primitiua vtriusque notio eſt, *πονεῖσθαι, ἐνεργεῖν· ἕπειν τι* cum actu, vel *περί τι. ἀμφί τι,* agere aliquid, tractare: quod docent lexica: v. ſup. Z, 321. O, 555. Sic quoque *ἀμφιέπειν, περιέπειν τι.* tractare aliquam rem, curare, in ea occupatum eſſe. Atque ita h. l. *Τρῶες ἀμφιεῖπον Ὀδυσῆα,* vel *ἕπον ἀμφὶ Ὀ.* eſt *ἐπόνουν περὶ αὐτὸν* (vt inf. 775. B, 525. E, 667.

ſane cum notatione infeſtandi, malum inferendi. Praeclare ap. Euſtath. p. 859, 4. Φέρεται οὖν ἐν παλαιῷ κατὰ στοιχεῖον Λεξικῷ ὅτι ἕπειν Ἴωνές Φασι τὸ κακοῦν καὶ περιελαύνειν, ὡς τό· Τρῶες ἕπον πολλοί τε. Vſitatius ita eſt ἐΦέπειν vt ſup. 177. et mox 496. Redditum adeo nunc aliter, quod paullo ante 473. 474 ἀμΦὶ αὐτὸν Τρῶες ἕποντο enuntiauerat: inſequuti eum ſunt, circa eum ſequentes. Niſi et ibi ἕπον ſcribas, vt paullo ante dixi. De ἕπεσθαι cf. ad N, 492. Similis diſputatio erat ſup. ad Δ, 202 λαῶν οἵ οἱ ἕποντο Τρίκης et ἕπον Τρίκης.

484. ἀΐσσων ᾧ ἔγχει ἀμύνετο — „ᾧ ἔγχει et antecedentibus et ſequentibus poteſt adiungi. Sch. A. alterum ſolum probat B. Male ſcribi ἔγχεϊ notant Barn. et Clarke.

Poſt 485. Baroccianus cum vno Vindob. inſeruerat verſum: χάλκεον ἑπταβόειον, ὅ οἱ κάμε Τύχιος ἀνήρ repetitus ex Θ, 220.

486. στῆ δὲ παρὲξ „pro παρέστη et abundat ἐξ“ ait Sch. A. At per ſe conſtare ſibi παρὲξ, παρεκτὸς, docet Apollon. Lex. h. v. add. Etymol. qui et πάρεξ et παρὲξ diuerſa eſſe tradit, et multa multis locis Euſtathius. Verbo: Aiax παρέστη, ſed ad latus, adeoque exterior Vlyſſi, ἐκτός.

488. χειρὸς ἔχων, εἵως θεράπων σχεδὸν ἤλασεν ἵππους. „θεράπων Menelai, non Vlyſſis: quippe qui ex inſula profectus nullum currum habuit.“ Sch. B. χειρὸς ἑλὼν malebat Bentl. vt 645. 777. ſicque Townl.

490. Πριαμίδην, νόθον υἱόν. Monent Sch. A. B. Πριαμίδην eſſe diſtinctione ſeparandum ab υἱόν· et hoc abundare, aiunt Sch. br. Quidni tamen Πριαμίδης υἱὸς pro Πριάμου υἱὸς, h. l. plenior eſſe poſſit oratio quam alibi? nam Πριαμίδης eſt propric adiectiuum.

492. ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι. ⊱ „quod πεδίονδε δίηται Zenodotus ſcripſerat.“ Sed, ait Sch. A. κάτεισι melius, quia de alto. Etiam Sch. B. ὁρμὴν agnoſcit, et vſ. 493 ὀπαζόμενος, ἐπειγόμενος.

Schol. Cant. *ἐλαυνόμενος*. Per *καταφέρεσθαι* declarat hoc versu laudato Etymol. et *πληρούμενος* Schol. br. ex contexto, vti Demetrius *ὁ πύκτης* vocabulum interpretatus erat, improbante Apollonio Lex. h. v. p. 504. Sup. E, 91 in simili comparatione: *ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος*. Mox *κατ' ὄρεσφι*, v. K, 185 et Exc. II. ad VIII.

494. *πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας* ꝛc. „dubitatur, sintne arbores arefactae, certo anni tempore, nuncque radicitus erutae; an ligna a lignatoribus caesa et in amnem missa, vt ab eo imbribus aucto deferantur.“ Haec Ven. A. et B. cum Eustath. cuius *ἀδολεσχία* intolerabilis est et hic et vbique. Quis hic dubitari potuisse credat! Impetus fluminis erat declarandus per stirpes ipsas erutas non per ligna auctis super ripam aquis auecta. Virgil. Aen. II, 307 in loco hinc expresso: *praecipitesque trahit siluas*. Bentleius vocem *σαρκωνίδας* recordatus, *δρῦς παλαιάς*, emendabat Hesychii *ἀρχωνίδας* vt et alii viri docti fecerunt.

495. *πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει. ἀφυσγετὸν* acuit Aristarchus. at Tyrannio *ἀφύσγετος*. disputata habet Sch. A. repetit Eustath. apud eund. et Etymol. est ductum *ἀπὸ τοῦ ἀφύω, ἀφύσσω*. At ap. Apollon. Lex. h. v. ab *ἄγαν φευκτός*. vbi cf. Not. Redditur vbique per *συρφετὸς*, iam in Apollon. h. v. et Hesych. vbi v. Not. *τὸ ἰλυῶδες* addit Etymol. et Sch. br. coeno limoque e molliore solo eruto, hausto. Fuit itaque vox Alexandrinorum aetate iam antiquata; vtitur tamen ea praeter Oppianum Nicander Alexiph. 342. vbi v. Schol.

496. *ὡς ἔφεπε κλονέων πεδίον τότε Φαίδιμος Αἴας. πεδίον τότε.* „*γρ. πεδίον κάτα*.“ Barnes. Est eius haec emendatio; ita scribere mallet, cum *κλονεῖν πεδίον* non sit Homericum. Vir doctus non meminerat Homericum esse, omitti *κατὰ* et esse idem ac *κατὰ πεδίον, διὰ πεδίου κλονέων τοὺς Τρῶας*, qui inf. 525. 6 *ὀρινόμενοι* sunt. *ἔφεπε* est infestabat, male habebat, vrgebat: vt modo vidimus ad vs. 483.

497. *δαΐζων ἵππους τε καὶ ἀνέρας.* In *δαΐζων* prima producitur, quae alias corripi ſolet. Scriptum dicas eſſe debuiſſe *δαϝιζω*. In *ἵππους* (qui ipſi currus ſunt) *καὶ ἀνέρας* nolim argutari: quaſi ſint copiae pedeſtres oppoſitae.

498. *οὐδέ πω Ἕκτωρ πεύθετο.* Accurate temporum ratio poſtulaſſet: *ἐπέπυστο*. — *μάχης πάσης*, non nunc *παντοίης*, vt B, 823 ſed totius aciei.

499. *ὄχθας πὰρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου.* Harlei. *Καμάνδρου.* vt ſup. B, 465 et al.

502. *Ἕκτωρ μὲν μετὰ τοῖσιν ὁμίλει μέρμερα ῥέζων.* ⊢ „quod *ὁμίλει* pro *ἐμάχετο.*" Schol. A. quaſi nunc primo occurreret hoc, quod iam vidimus E, 86 et 834. — *Ἕκτωρ γὰρ* vnus Vindob. — quae ſint *μέρμερα*, vide ad Θ, 453. — „*γρ ὁμίλεε.*" Barnes.

503. *ἔγχεΐ θ' ἱπποσύνῃ τε · νέων δ' ἀλάπαζε Φάλαγγας. νέων* plerique, ait Sch. A. At Ariſtarchus (teſte quoque Apollonio Lex. p. 474. Alexio et Aſcalonita) *νεῶν, ἵνα ἀπὸ τούτων νέες ὠκεῖαι* (leg. *ἵνα* ſc. *εἴη*, vt ductum ſit, *ἀπὸ τοῦ· „τῶν νέες ὠκεῖαι."* Od. H, 36) vt ſit: *τὰς πρὸ τῶν νεῶν τάξεις.* „Intulit gloſſam Heſychius in Lexicon. Videntur haec argute dicta, non vere, vt *Φάλαγγες νεῶν* ſint ordines *eorum qui pro nauibus pugnabant.* At *Φάλαγγες νέων* de viris militaribus dicitur et alibi. Legit quoque ſic Sch. br. et Apollon. Lex. l. c. *ἔνιοι δὲ βαρυτονοῦσι, νέων δ' ἀλάπαζε Φάλαγγας, τὰς τῶν νέων ἀνδρῶν τάξεις. ἀλάπαξε* vel *ἀλάπαζε* Harlei. *ἀλάπαξε — πορθῶν ἐκένου.* Suidas in *λάπαθον — λαπάξαι. κενῶσαι.* In principio verſus *ἔγχεΐ θ' ἱπποσύνῃ τε.* h. *τῇ ἐμπειρίᾳ ἱππικῇ* vt Etymol. *τῇ τοῦ ἱππεύειν ἀρετῇ* Euſtath. et *ἱπποσύνη, τὸ ἱππεύειν* Heſych. *ἱππασίαν* interpretatur Apollon. Lex. ſcil. curru irruendo, proſternendo, proſtratos obterendo.

504. *οὐ δ' ἄν πω χάζοντο κελεύθου.* poteſt eſſe illud interuallum quo pugnatur inter vtramque aciem, quod alias *γεΦύρας πολέμοιο* appellat. At Sch. B. *κελεύθου, τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ὁρμῆς* de impetu irruentium.

Sane κέλευθος etiam pro ipſo inceſſu et itinere dictum occurrit. Eſt tamen per ſe locus quo inceditur, qua iter patet, vnde M, 399 τεῖχος ἐγυμνώθη, πολέεσσι δὲ θῆκε κέλευθον, vt propius ſubire poſſent vallum; item vſ. 411. 418. add. O, 260 et 357.

χάζοντο κέλοντες δῖοι Ἀχαιοί. laudat verba Sch. A. inſ. ad Υ, 234. At Homero ſemper eſt κέλεσθαι. deberet eſſe κέλοντο δέ. ſic tamen nihil proficitur.

506. παῦσεν ἀριστεύοντα Μαχάονα. — „quod παῦσεν abſolute dixit: παῦσεν ἀριστεύοντα.“ (Scilicet, quia alias adiicitur μάχης, πολέμοιο aut ſimile) Referendum autem hoc (ἀριστεύοντα puta) ad B, 553. 4 τῷ οὔπω τις ὁμοῖος.„ (quid haec inter ſe communia habeant, non perſpicies, niſi inſpexeris Schol. v. Obſſ. ad eum locum p. 319.)

507. ἰῷ τριγλώχινι vidimus iam E, 303.

508. τῷ ῥα περίδδεισαν hic ſcripſere grammatici, quod alibi relictum erat pronuntiationi. Cur non aeque nunc ſcripſere: πέρι δεῖσαν.

509. μήπως μιν, πολέμοιο μετακλινθέντος, ἕλοιεν. πολέμοιο μετακλινθέντος. ἀντὶ τοῦ μεταβληθέντος (Sch. br. κλίσιν καὶ προτροπὴν λαβόντος) καὶ ἐπικρατεστέρων γενομένων τῶν Τρώων. Sch. A. et Sch. br. „ ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς ῥιπῆς γενομένης“ Sch. B. Videtur gloſſa ap. Heſych. μετακληθέντες hinc mutanda eſſe μετακλινθέντος μετατραπέντος ἢ μεταβαλλομένου. μετακλιθέντος Lipſ. et al. vitioſe, ex more in h. v.

512. ἄγρει, σῶν ὀχέων ἐπιβήσεο, πὰρ δὲ Μαχάων βαινέτω. Praeſtruit poeta id, quod futurum erat, vt Achilles curru praeteruectum Machaonem e longinquo proſpiceret, cumque eum non agnoſceret, Patroclum mitteret Λ, 598 ſq. ἄγρει, ἄγε. Sch. B.

ἐπιβήσεο ex ἐπιβήσομαι. v. ad 517. Mox ἔχε ἵππους, ἔπεχε. ἔλαυνε. Sic ſaepe.

514. ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Verſus nobiliſſimus et in laudem medicorum, cum a medicis, v. c. a Galeno, vtrum hygiene c. 32. tum ab aliis (in his iam a Platone Sympoſ. p. 214 B.) centies repetitus;

vna cum altero *ἰούς τ' ἐκτάμνειν* apud Stobaeum Serm. C. p. 551. e medicis adhuc in Paullo Aegineta *περὶ βελῶν ἐξαιρέσεως* (lib. VI. c. 88.) etsi poeta vix *γνωμικῶς* dixit, sed de suo Machaone sigillatim: *est enim ille* Machaon *medicus praestantissimus.* cf. Eustath. qui etiam ex Athenaeo alterum memorat non aeque medicis honorificum: *εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον.*

ἰατρὸς passim scribunt, qui versum memorant, ex vulgari vsu.

πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. non vno sensu accipi video: *multis aliis aequiparandus. prae multis aliis honore habendus.* Sch. br. *τοῦ σώζεσθαι ἄξιος ἀντὶ πολλῶν ἄλλων.* Atqui *τὸ ἀντάξιον* (v. c. I, 401 *οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον*) est quod pretio suo rependit aliud quid, vt aequae aestimationis sit; est adeo, *qui vnus pretio aequat multos,* vt adeo eum seruare idem sit ac multos seruare.

515. *ἰούς τ' ἐκτάμνειν ἐπί τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.* — „*ἀθετεῖται* versus, quod non necessaria est enumeratio; tum vero, quod etiam detrahit medici laudi, si haec duo tantum nouit, exsecare sagittas et inspergere herbarum succos vel puluerem. Aristophanes iam ante Aristarchum damnauerat, Zenodotus autem nec scripserat: (iudicione, an, quod in suo archetypo non repererat?)" Haec Sch. A. paria exscripsit Eustath. At Sch. B. multa affert, quibus alii grammatici locum defenderant. Locum habet saltem vnum hoc: quod heroum aeuo nulla alia fuit *ἰατρική*, quam *τῆς χειρουργίας*, adeoque non detraxit poeta; sed enumeratione ampliauit: multis ille vnus aequiparandus est *ἐν τῷ* f. *διὰ τὸ ἐκτάμνειν* etc. Hactenus omne iudicium paullo calidius refrigescet etiam in hoc. Ἰούς *τε τάμνειν* erat in edd. Maximi Tyr. diss. X p. 169. nunc correctum.

517. *αὐτίκα δ' ὧν ὀχέων ἐπεβήσετο.* Antiquitus esse debuit *αὐτίκα ϝων ὀχέων.* Pro *ἐπεβήσετο* rescripserat Clarke sine codd. *ἐπεβήσατο* perperam: v. ad B, 55. E,

109. Esse formam verbi ἐπιβήσομαι, constare poterat ex v. 512 τῶν ὀχέων ἐπιβήσεο. et tempus imperfectum locum habere, intelligere poterat ex adiecto πὰρ δὲ Μαχάων βαῖνε. Est quoque ἐπεβήσετο vbique scriptum et editum, excepta vna Argentina, vt quoque K, 513.

519. μάστιξέ δ' ἵππους, τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην. „γρ. μάστιξεν δ' ἐλάαν" Sch. A. Et hoc in suo habebat Sch. B. sicque Cant. Barocc. Townl. Vrat. b. Mosc. 2. Par. et codd. Vindob.

ἵππους iam aliis locis vidimus, E, 768. Θ, 117. K, 530 et al. at nec minus ἐλάαν E, 366. Θ, 45 et al. Nil refert, vtrum legatur. ἀέκοντε reposui: vt alibi. h. l. habet mſ. Lipſ. cf. ad 281.

520. νῆας ἐπὶ γλαφυράς. Barnes ἔπι scripsit, contra morem et vsum.

τῇ γὰρ φίλον ἔπλετο θυμῷ. proxime videtur ad equos spectare; potest tamen et ad Machaonem referri; vt fere plerumque in hoc versu toties repetito res se habet.

523. νῶϊ μὲν ἐνθάδ' ὁμιλέομεν Δαναοῖσι. ⊱ „quod ὁμιλέομεν nunc proprie dixit, ὁμοῦ τὰς ἴλας, turmas, συμβάλλομεν." Sch. A. Scilicet haec est etymologia vocis in grammaticis obuia. Mox 524. δυσηχέος propter οἰμωγὰς vulneratorum. v. ad B, 688.

525. ἐπιμὶξ, ἐπιμεμιγμένως. tanquam vocem notabilem, habet Apollon. Lex. h. v. quid mirum, si inde alii?

ἵπποι τε καὶ αὐτοί. vn. Vindob. καὶ ἄνδρες. alter καὶ ἄλλοι.

528. κεῖσ' ἵππους τε καὶ ἅρμ' ἰθύνομεν. ⊱ „quod Zenodotus κεῖθ'. at κεῖθι esset, *eo in loco*, ἐκεῖσε *eum in locum, eo.*" Sch. A. Etiam in Cod. Lipſ. legitur κεῖθ', etsi Ern. inde recitat καθ'. ἰθύνομεν iterum praesens pro futuro, vel pro coniunctiuo, vt Sch. br. ἐπ' εὐθείας ἐλαύνωμεν.

ἅρματ' ἰθύνομεν vitiato metro Cant. Mori. Vrat. A. vn. Vindob. alter ἅρμα.

529. *κακὴν ἔριδα προβαλόντες.* hoc vno loco occurrit. Sch. br. *Φιλονείκως ἐρίσαντες.* Propius ad verbum Eustath. *ἀντὶ τοῦ προῤῥίψαντες, προθέμενοι, ἐκφήναντες, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως προαγαγόντες εἰς ἐνέργειαν.* At vsum loquendi melius illustres si memineris *ἔριδα προφέρεσθαι* sup. Γ, 7. Od. Θ, 210. alias *μάχην, πόλεμον εἰςφέρειν.*

530. *βοὴ δ' ἄσβεστος ὄρωρεν. ὀρώρει* Lipſ. cum Townl. recte ait Ernesti. Immo, male. nam h. l. praesens perfectum requiritur; ipse quoque Ernesti sententiam mutasse videtur.

532. *τοὶ δὲ πληγῆς ἀΐοντες.* „quod in *πληγῆς ἀΐοντες* specie pro genere vsus est; *audientes* pro *sentientes*, *ἐπαισθόμενοι τῆς πληγῆς.*" Sch. A. cf. sup. ad K, 160. et Toll. ad Apollon. Lex. Exc. VIII. add. Schol. Pind. P. III, 48. Nem. II, 22. Suidas in *ἀκουάζεσθε.* In ipso Apollonio alieno loco est insertus versus in *Κλύειν* et Suidas in *ἀκουάζεσθε,* vterque *οἱ δὲ* laudant. Attamen poeta ad ipsum auditum rem retulisse videtur adiiciendo *λιγυρῆς,* quod a voce aut sono petitum est; *μάστιξ λιγὺ κλάζουσα.* vt bene Eustath. h. *ὀξέως·* vnde et Virgilius petiit: *insonuitque flagello. verbera insonuit.* In Ven. est expressum *λιγρῇ,* operarum puto vitio; non pro *λυγρῇ.*

534. *στείβοντες νέκυάς τε.* Sch. B. obseruat magnam rerum speciem obiici animo dum effectus declaratur; quantus caesorum numerus adeoque quanta caedes facta esse debuerit, patere ex incessu per cadauera, sanguine curru et equis adspersis. Bene hoc! et melius, quam quod Eustath. habet *σχῆμά ἐστι συλλογισμός.* Simile est, cum vulnus alte adactum declarat per verba *πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος.* Π, 333. Υ, 476. — Comparandus autem locus Jl. Υ, 498 sq. vbi versus 534 — 7 repetuntur.

535. *αἵματι δ' ἄξων νέρθεν ἅπαξ πεπάλακτο.* De voce *παλάσσειν* v. sup. ad 98. De voc. *ἄντυξ* ad E, 262. 728. *ἄντυγες αἱ περὶ δίφρον. αἱ παρὰ δίφρον* Mori.

536. *ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὀπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον* Monent Sch. A. B. iungenda eſſe *αἱ ῥαθάμιγγες, ῥανίδες, αἱ ἀπό τε τῶν ὁπλῶν ἱππείων, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἐπισώτρων.* At nihil monent de vſu vocis *βάλλειν. αἱ ῥαθάμιγγες ἔβαλλον τὰς ἄντυγας*, pro *προςέβαλον* quod ſup. H, 421 erat de ſolis radiis et *ἐπιβάλλειν* ap. Apollon. Rh. I, 365 de mari alluente; ita eſt idem quod *ἔῤῥαινον.* Etiam ſic inf. Ψ, 502 *αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.* quibus locis defenditur a viris doctis Hymn. in Cer. 50 *οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς.* Ordo autem: *ἃς ἄρα ἄντυγας ῥαθάμιγγες ἔβαλλον, (αἵ τε) ἀφ' ἱππείων ὁπλέων, αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων.* Ita nec deſideres *αἱ δ' ἀπ' ἐ.* Eſt autem *αἵ τε* quod vulgari modo per *ἠδὲ, καὶ*, efferretur. *ῥαθάμιγγες, σταγόνες.* Apollon. Lex. fuit ergo iam tum vox antiquata. Ducta eſſe debuit vox (contra quam Etymol. ſtatuit) *ἀπὸ τοῦ ῥάζω, ῥαίνω* et ſcripta *ῥαδάμιγξ.*

„537. *αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων. οὕτως κατὰ συναλοιφὴν ἐν τοῖς 'Αριστάρχου.*" Sch. A. Quaeres: quomodo ergo alii legerunt? Scilicet *ἐπισσοότρων.* Nam volunt hoc vocabulum eſſe ductum ab *σοῶ*, *moueo.* Apollon. Lex. ad h. v. *ἐπισσώτρων. τῶν τοῦ ἅρματος τροχῶν κύκλων σιδηρῶν. οἷον, τῶν ἐπὶ τὴν γῆν σοουμένων.* De voc. v. ſup. ad E, 725.

„538. *ὁ δὲ ἵετο δῦναι ὅμιλον ἀδρόμεον ῥῆξαι τε. ῥῆξαί τε.* ſic per *τε* Ariſtarchus." Ergo alii *ῥῆξαι δέ.* An fuit *ῥῆξεν δὲ μετάλμενος?*

539. *μίνυνθα δὲ χάζετο δουρός.* Grammatici, etiam Heſych. apud quem *μίνυνθα δ' ἐχάζ.* ſcriptum, interpretati per *ὀλίγον* ſententiam loco contrariam conſtituerant: Hectorem paullulum ceſſaſſe a pugna, aut paullulum euitaſſe haſtam Aiacis: quae aliena ab h. l. eſſe, monuit iam Clarke. Manifeſtum eſt eſſe h. l. *omnino non ceſſauit*, ſine intermiſſione pugnauit haſta, *οὐδ' ὅλως.* Recte Schol. A. *οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον, ἀλλ' ἀεὶ ἐμάχετο.* Sic ſaepe *parum. raro.* pro, *omnino non.*

540. *αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων* ſimpliciter eſt *καὶ τῶν ἀ.* nam eſt idem Aiax. *ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν.* nunc *in-*

ſeſto animo, vt experiretur qua parte irruere poſſet. Aliter ac ſup. Γ, 196 et Δ, 231. Waſſe, virum doctiſſimum, vſſ. 541. 542 otioſos eſſe putaſſe video; Ita vero nec minus vſ. 540 erat damnandus. Poſſunt tamen ferri, ſi modo animaduerteris *αὐτὰρ ὁ* nihil aliud eſſe quam *καί*.

542. Poſt hunc vſ. *Αἴαντος δ' ἀ.* recitatum Ariſtot. Rhet. II, 9. vbi *νεμεσητὸν* eſſe docet, ſi deterior cum praeſtantiore contendere auſit, alium ſubiicit: *Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσασχ', ὅτ' ἀμείνονι Φωτὶ μάχοιτο.* Verſum in codd. lectum eſſe ab Ariſtotele dubitare nolim; memorat quoque eum Plutarchus, binis quidem locis, de aud. poet. p. 24 C. vbi deo recte ait tribui ea, quae fiant cum ratione, *ὅπου κατὰ λόγον καὶ εἰκός ἐστι*, quod fit; tum recitat vſſ. 540 et 542 (medio omiſſo) et ſubiungit iſtum: *Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσα, ἂν ἀνείμονι Φωτὶ μάχοιτο.* In eodem libello p. 36 A. inter bonas poetarum ſententias refertur: *Ζεὺς γάρ τοι νεμεσᾷ, ὅτ' ἀμείνονι Φωτὶ μάχοιο.* A Wyttenbachio nihil video notatum. Vtroque loco verſus ſaltem eſt interpolatus; poſteriore loco in ſententiam verſus; in priore contra grammaticam Homericam, quae poſtulabat *ἂν* (pro *ἐὰν*) *μάχηται.* Recitantur quoque duo verſus in Vita et poeſi Homeri Plutarcho tributa ſ. 15 ſub f. *Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο, Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ', ὅτ' ἀμείνονι Φωτὶ μάχοιτο.* Ex Ariſtotele itaque verior lectio eſt petenda; enimuero vel ſic verſus ſententia a loco eſt aliena; ſi enim Hector *euitauit* Aiacis occurſum, quomodo ſubiungas: Iouem *noluiſſe* Hectorem in Aiacem incidere, ne cum fortiore pugnaret? Ita contrarium debebat antecedere, Hectorem cupiiſſe hoc, vt occurreret Aiaci, ſed Iouem hoc vetuiſſe. Barnes tamen verſum hunc hoc quidem loco non admiſit, ſed inf. Ρ, 99 inſeruit poſt *ὅν κε θεὸς τιμᾷ*, — *Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσησ', ὃς ἀμείνονι Φωτὶ μάχοιτο.* Atqui hoc eſt ludere, non, criticam ſerio exercere.

543. *Ζεὺς δὲ πατὴρ Αἴανθ' ὑψίζυγος ἐν Φόβον ὦρσε.* ⊱ excidit Scholion, quod ad *Φόβον* ſpectaſſe ſuſpicor, quia iterum eſt pro *Φυγή*.

ὑψίζυγος idem quod *ὑψίθρονος*· v. ad Δ, 166 quandoquidem *τὰ ζυγὰ* nauium vniuerſe pro ſedibus dicta ſunt. Male a lancibus repetitur ab aliis, vt ab Euſtath.

ἐν Φόβον ὦρσε: vn. Vindob. *ἐς*. indocte.

Verſus 543. 4. 5. ad Pompeium ſcite transtulit Plutarchus in Pompeio p. 657 D. poſt pugnam ad Pharſalum; mutuatus hoc ex Appiano Ciu. II, 81.

544. *στῆ δὲ ταφών, ὄπιθεν δὲ σάκος βάλεν ἑπταβόειον.* — „quod clipeos loro ſeu balteo ſuſpenſos fuiſſe e collo hinc apparet; alias non potuiſſent in tergum reiici.“ Schol. A. quaſi rem nouam narraret!

βάλεν σάκος vulgatus eſt ordo. Concinniorem poſitum quem repoſui, exhibent Euſtath. Harlei. Mori. Vrat. b. Moſc. 3. Townl. Venetus. De *ταφών* v. ad I, 193.

545. *τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου θηρὶ ἐοικώς.* — „*τὸ ἐφ' ὁμίλου βέλτιον τοῖς ἐπάνω προςδιδόναι.*“ Schol. A. vix aſſequaris, quomodo aliter iungi potuerit. Additur: Ariſtophanem legere *δι' ὁμίλου*· quod vtique pro interpretatione haberi poteſt. Alias dicitur *παπταίνειν κατὰ*, vt P, 84 vel *ἀνὰ*, *ἀνὰ πύργον.* et nudo accuſatiuo P, 115 *παπταίνων Αἴαντα.* Apud Plutarch. in Pompeio l. c. vitioſe vulgatum *ἀφ' ὁμίλου.* Ex ſphalmate ed. Barnes *ἐφ' ὁμίλῳ* illatum erat in edd. recentiores.

τρέσσε. τρέειν h. l. ſimiliter vt Il. O, 586. 589. P, 603. proprie eſt trepidare, animo perturbato; tum avertere ſe, retrocedere; tandem fugere. Quae omnia cum ad metum ſpectent, coeptum eſt haberi idem quod *τρέμειν, τρομεῖν.* Haec fere teneri poſſunt ex virorum doctorum diſputatione qui in etymo nimis haererent, et ex Euſtathio; cf. ad N, 515.

546. *ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.* De *ἐντροπαλίζεσθαι* v. ad Z, 496. Dictum quoque ſuaviter de Andromache in diſceſſu a marito. cf. P, 109. De leone notus eſt Plinii locus VIII, 16 ſ. 19. vbi *contemtim reſiitansque* cedit. Schol. B. et Victor. „*εἰς ἑκάτερα μεταστρεφόμενος, καὶ τὸ φεύγειν καὶ τὸ ὁρμᾷν.*“ hoc tamen ſubiicitur non niſi vſ. 565. 566. nunc eſt ſim-

pliciter, conuertens se retro; *κατ' ὀλίγον καὶ συνεχῶς ἐπιστρεφόμενος*, vt Etymol.

Ad alteram versus partem spectat Hesychii Scholion: *ὀλίγον γόνυ — ἠρέμα ἀναποδίζων*, (*προϊὼν*) *καὶ οὐ προτροπάδην φεύγων*. cf. Eustath. Imitatus est locum Eurip. Phoen. 1409. 1410. vbi v. Schol. et eo vtitur, ad declarandam diuersam metûs naturam in fortis et in ignaui hominis pectore, Plutarch. de virt. mor. p. 449 D. E.

547. *ὡς δ' αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσσαύλοιο.* ,,quod Zenodotus *ἀθετεῖ* versus 547 — 556. numero decem; ,,forte, ait Schol. A. quia duas, alteram post alteram, comparationes damnauit." Inest subtilitas aliqua iudicii. Malebam tamen audire, an Zenodotus libris aliis locum abesse viderit, qui a rhapsodis huc reuocari potuit ex P, 657 sq. vbi iidem versus habentur, etsi nonnullis mutatis. Mireris vtique duas comparationes, easque tam diuersas, etsi per se pulcerrimas, continuo se excipere: quarum altera infringit speciem animo obiectam per alteram. Etsi concedendum est, diuersis comparationibus diuersas res declarari; primo loco discessum inuito factum, altero a vs. 557 hostium insequentium incursationem. Duplex haec comparatio a diuersis rerum generibus petita exponitur quoque in Scholio Porphyrii Schol. A. B. adsuto, et in Schol. br. excerpto: vix tamen digno quod repeteretur. Ceterum comparatio nobilitata quoque est imitatione Virgiliana Aen. IX, 792 sq.

αἴθωνα λέοντα. De voce *αἴθων* dictum est ad B, 839. Schol. B. ,,*πρὸς τὴν τόλμην ὁ λόγος. αἴθωνα δὲ, ὅτι μόνος ὁρᾷ καὶ γεννώμενος καὶ κοιμώμενος.*" haec nemo intelliget, nisi comparet Eustathium p. 862, 29. nam sunt male ex antiquiore excerpta. Apollon. Lex. *αἴθων ποτὲ μὲν τὸν πυρώδη καὶ ὀξὺν*, versu hoc adscripto. Est hoc etiam inter plures notationes ap. Etymol. h. v. et veteres id sequi, *αἴθων, διάπυρος*, testatur Eustathius. Mira haec; cum de colore id accipiendum esse in promtu sit,

et Latini *fuluum leonem* reddant, et ſatis conſtet qualis is color ſit; vt in *aquila fulua*, et αἰετὸς αἴθων O, 690. vnde et epitheton πυρσὸς occurrit. Probat quoque Geſner de Quadrup. p. 665 cf. ſup. ad K, 23.

ἀπὸ μεσσαύλοιο. vox iterum P, 112. 657. Ω, 29. Od. K, 435 obuia, notata iam Apollonio in Lex. ἡ ἐπ' ἀγρῶν οἴκησις, et inde ap. Heſych. idem quod alias Homero σταθμός. Eadem eſt αὖλις. μάνδρα. v. Euſtath. Eſt quoque αὐλὴ, ſub aedium ingreſſum, apud Apollon. III, 234. vbi Schol. μέσσαυλος. τὸ μέσον τῆς αὐλῆς ὅπου τῶν βοῶν αἱ στάσεις. μέσαυλον δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὴν Φέρουσαν εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν. quae eadem leguntur in Schol. A. ad P, 112. At Apollon. Lex. κυρίως δὲ ἡ μέση θύρα τῆς αὐλῆς. Add. Euſtath. et Porphyr. ad E, 137. Nec mirum verba in vita vulgo frequentata cum ipſa rerum viciſſitudine nouos ſignificatus accepiſſe.

549. οἵ τε μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι. Veteteres haec ita accipiunt, ac ſi τὸ πῖαρ ſit ἡ βοῦς ἡ πιοτάτη. et ἐξελέσθαι ſit ἐκλέξεσθαι. Ita Schol. B. et Schol. br. ἐξαρπάσαι τὴν λιπαρωτάτην καὶ καλλίστην τῶν βοῶν. Aiunt enim leones pinguiſſimum bouem oculis deſignare et abducere. Eo ſpectat, quod in Heſychio eſt, πῖαρ, τὸ κράτιστον, et in Apollon. Lex. πῖαρ, τὸ λιπαρὸν καὶ πιότατον. Conſentit in id Euſtath. Idem ad τὸ, ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι, excitat ex alio loco: μήλων αἱρούμενος. Locus eſt Π, 353 ὡς λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον — ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι. ſurripientes; et conſentit P, 62 ὡς ὅτε τίς τε λέων — βοσκομένης ἀγέλης βοῦν ἁρπάσῃ ἥτις ἀρίστη. Grammatica tamen, ratio, vſus et res, non alio ducunt, quam vt τὸ πῖαρ ſit ipſum pingue carnis, adeps, ἡ πιμελὴ, τὸ λίπος, quod leo lambere ſolet cum viſceribus, quae adipe ſunt obducta, vt ille αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει ſup. Λ, 176 et Σ, 583 vbi ſimilis comparatio a leone ducta. ἐξελέσθαι πῖαρ autem non aliter dictum eſſe poteſt, quam ἐξελέσθαι θυμόν. ψυχήν.

550. πάννυχοι ἐγρήσσοντες. Mori πάννυχον· ſed πάννυχοι etiam P, 660. Ad h. v. ſpectat Heſychii gloſſa ἐγρήσσοντες, ἐγρηγορότες.

ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων. ἐπιθυμῶν. notauit iam Apollon. Lex. in ἐρατίζων, Heſych. Etymol. Schol. br. idem quod πεινῶν.

551. οὔ τι πρήσσει. Vrat. b. πρήσει, eraſo ſibilo altero.

552. ἀντίοι ἀΐσσουσι. „Ariſtarchus ἀντίον." Schol. A. ſicque Schol. br. Mori. Harl. Vrat. b. vn. Vindob. edd. Flor. Aldd. et hinc deductae. Intulit ἀντίοι Turneb. ex ed. Rom.

553. καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ. Ariſtot. H. An. IX, 44 recitat memoriter καιόμεναι δᾷδες τάς τε τρομεῖ. et δαιόμεναι Schol. Ariſtoph. Veſp. 1352. δεταὶ, λαμπάδες Heſych. et δαιταὶ corrupte. Euſtath. ex antiquioribus accurate δεταὶ, δεσμοὶ δᾴδων — συνδεδεμέναι Φρυγανίδες. fere vt Schol. B. ad P, 663 δεταὶ, αἱ συνδεδεμέναι ἐκ δᾴδων λαμπάδες. Notata quoque vox δεταὶ tanquam Homerica, pro λαμπάδες ab Athenaeo XV, p. 701 A.

Clarke in numeris verſus deprehendere ſibi videtur curſum leonis impeditum.

τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ. Homericum erat τάς τε τρέει.

Leonem ignibus terreri paſſim narratur ab Ariſtot. l. c. Plin. VIII, 16. et a multis recentioribus, qui loca Africae peragrarunt. Etiam vociferatione magna et ſtrepitu inſolito ac repentino eum extimeſcere aiunt. Et eſt antiqua narratio de leone Galli tympano et clamore territo et fugato, expoſita quoque carmine quod Simonidi tribuitur num. CXII. p. 147. Analector. To. I. inde ab aliis: v. Iacobs Animaduerſſ. I, p. 271.

554. ἠῶθεν δ' ἀπὸ νόσφιν ἔβη τετιηότι θυμῷ. Schol. br. λελυπημένῳ, quod iam vidimus I, 13. In codd. deterioribus et in edd. Flor. Aldd. et hinc ductis erat τετιηκότι. emendauit Turnebus ex ed. Rom.

556. ʆ— excidit Scholion, quod fuſpicor ſpectaſſe ad περὶ γὰρ δίε, vt notaretur πέρι eſſe περισσῶς etiam h. l.

557. ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας. Multa molitur Schol. B. ſupér comparationis cardine; fruſtra. Verſatur res in cunctatione et tarditate Aiacis in recedendo a pugna; vt aſellus a ſegete, quam depaſcit, aegre ſe abſtrahi patitur. At poeta, more ſuo, ipſo ornatu comparationis abreptus, mox ad rem adiunctam deflectit; comparatque inanem Troianorum operam in Aiace perſequendo cum puerorum ſtudio abigendi aſinum e ſegete. Hoc eſt illud, quod Koeppen quoque ſenſerat; ſubiungitur enim vſ. 565 Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν ſq. Commendat quoque comparationem auctor libri de Homerica poeſi ſ. 10.

558. νωθής, ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγῃ. ʆ— „quod nunc non de puerorum, quibus tantae vires non ſunt, fuſtibus agi poteſt, ſed de ſuperiore tempore, quo multa ei verbera inflicta erant, ὥστε ἐκτριβῆ αὐτὸν εἶναι πληγῶν." Schol. A. et B.

νωθὴς Apollon. Lex. ὁ νωθρός, κατὰ στέρησιν τοῦ θέειν. quod et Heſych. habet et Etymol. Verbo, eſt βραθύς.

ἀμφὶς ἐάγῃ. Bentl. ἀμφὶ ϝεαγη vel ἀμφὶς εϝαγη. hoc verius v. ad Γ, 367.

559. βαθὺ λήϊον iam vidimus B, 147. In fine οἱ δέ τε παῖδες τύπτουσι. Moſc. 3. παῖδας, dignus librarius qui et ipſe vapulet!

560. βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν. Scripſiſſem ſic, etiamſi nullus codex hoc praebuiſſet, pro vulgato δέ τι. verum ſubueniunt codices Mori. Harlei. Moſc. 3. vn. Vindob. Lipſ. Ven. cum Euſtathio. Nam etſi τι pro κατά τι dictum putes, aliquantum, moleſtum tamen eſt. Saltem ſcribendum erat βίη δ' ἔτι.

561. σπουδῇ τ' ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς. ʆ— „quod σπουδῇ eſt μόλις καὶ μετὰ πολλῆς κακοπαθείας." Schol. A. Vidimus tamen vocem iam B, 99. E, 893. add. Erotian. Lex. Hippocrat. h. v. Pergit Schol. A. „et

quod ἐκορέσσατο ἀντὶ τοῦ ἐκορέσθη" quod vulgari vſu frequentatur. Malim Ionicum: ἐπεί τε κορέσσατο.

563. τηλέκλητοί τ' ἐπίκουροι. Legitur τηλέκλειτοι inde a Turnebo e Romana, cum optimis codd. etiam Veneto. Eſſent hi celebres ſocii: quod alienum; etſi ſupra iam vſ. 220 κλειτοὺς ἐπικούρους vidimus, quod me nimis timidum reliquiſſe piget, cum κλητοὺς et ibi et alibi ſcribendum eſſet. τηλέκλητοι, quod iam E, 491. Z, 111. vidimus, firmatur noſtro loco a Cant. Mori. Townl. a m. ſec. nec aliter ed. Flor. Ald. 1. At Ald. 2. aberrauit in aliud vitium τηλέκλυτοι.

564. μέσον σάκος. Flor. ed. μέγας pro μέγα.

566. αὖτις ὑποστρεφθείς. Lipſ. et alii αὖθις perpetua varietate. ὑποστρεφθεὶς pro μεταστρεφθεὶς dictum; obſeruat quoque Euſtath. ὑποστραφεὶς indocte vn. Vindob. Alteri, ex infimo codd. ordine.

567. ὁτὲ δὲ τρωπάσκετο φεύγειν. ⊱ „πρὸς τὸ τρωπάσκετο." Schol. A. ſcil. quod noua forma eſt τρωπᾶσθαι, τρωπάσκεσθαι. Etiam Apollon. in Lex. notauit eam: ἀντὶ τοῦ ἐτρέπετο καὶ μετεβάλλετο. Barnes ait: „γρ. τροπαάσκετο φεύγων apud Euſtathium." In eo tamen p. 863, 6 eſt tantum hoc: τρωπάσκετο φεύγειν ἢ φεύγων. Nec eſt apud Homerum niſi τρωπᾶσθαι, vt Il. Π, 95. At φεύγων eſt in Townl. idque placere poteſt.

568. πάντας δὲ προέεργε Schol. A. „ἤτοι ἐκώλυε τοὺς Τρῶας ἐμπίπτειν ταῖς ναυσίν." Haec bene, etiam Schol. br. at mox in Schol. A. ſubiicitur alia interpretatio, vt ſubiectum ſit πάντας Achiuos, ἢ προετρέπετο τοὺς Ἕλληνας ἀναχωρεῖν. hoc minus bene. Saltem deberet eſſe μὴ ἀναχωρεῖν.

571. δοῦρα — ἄλλα μὲν ἐν σάκεϊ μεγάλῳ πάγεν, ὄρμενα πρόσσω. ⊱ „quod verſus facit ad interpretationem verborum: ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη. Δ, 535 et al. iniectis ſcilicet in clipeum telis percuſſus de ſtatu mouetur, labat." Vide ea de re ad ipſum locum.

ὄρμενα Barnes repoſuit, cum in edd. eſſet ὅρμενα. quod et expreſſum ex Veneto. Sed ὄρμενα recte, vt ali-

bi P, 738. Φ, 14. Eſt ductum ab ὄρω, ὀρόμενος; aut, quod malim, ab ὄρμι. ὄρμαι, ὄρμενος.

572. πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν. Apud Euſtath. „γρ. πάρος χρόα χαλκὸν ἐπαυρεῖν. cum in vulgato ſubintelligendum ſit, πάρος αὐτὰ, τὰ δοῦρα, ἐπαυρεῖν. Inf. N, 649 notante quoque Bentleio, eſt: μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ. Nec tamen videtur quicquam intereſſe, vtro modo efferatur. ἐπαυρεῖν eſt idem quod γεύσασθαι ſimilibus locis. Apollon. Lex. ἀπόνασθαι, ἀπολαύειν reddit. Reſpondent inter ſe ἐπαυρεῖν et ἆσαι. Tropo abiecto eſt ἐπιτυχεῖν, aut, vt Schol. br. ἐφάψασθαι, ἐπιθίγειν. Structura autem eſt proprie ἐπαυρεῖν χρόα et ἐπαυρεῖσθαι χροός. vt A, 410 ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος. add. O, 17. Itaque Od. Σ, 106 μήπου τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαύρῃς leg. ἐπαύρῃ. Occurrit quoque ἐπαυρεῖν cum ſecundo caſu, vt Ψ, 340. λίθου. Σ, 302. Niſi dixeris hoc vnum recte fieri, vt ἐπαυρεῖν τινος dicatur, ſuppleri autem ἐπαυρεῖν (αὐτοῦ κατὰ) χρόα.

χρόα λευκὸν, etiam in Schol. Pind. legitur ad Nem. VI, 85. Inf. O, 316 hic verſus cum binis ceteris repetitur, ſed legitur χρόα καλόν. et ſic Moſc. 3. vn. Vindob. et pro var. lect. Harlei. Bentl. obſeruat, Homerum ſic ſaepe dicere, nusquam χρόα λευκόν.

573. λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι. ⊱ „quod ab animatis translata ſunt vocabula.“ Schol. A. Addit Schol. B. ἆσαι eſſe pro ἄσασθαι. Ponitur vtrumque, etiam in tropico vſu, pro κορέσαι et κορέσασθαι, ſeu κορεσθῆναι, de telis humanum corpus quaſi appetentibus: ſic O, 317 vbi v. Sch. br. A. B. Φ, 168 et 70. Similia paſſim, vt E, 661 αἰχμὴ μαιμώωσα. et iam Δ, 126. Obſeruatio iam ap. Ariſtot. Rhetor. lib. III, 11 reperitur; add. Plutarch. Sympoſ. IX, probl. 15.

574. Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. Εὐδαίμονος Lipſ.

575. πυκινοῖσι. πυκνοῖσι Cant.

577. Φαυσιάδην. Φασιάδην vn. Vindob. Barocc. Townl.

578. ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων. Ad h. l. Scholion bonum antiquum habemus in Veneto A. excerptum in Sch. B. et in Sch. br. auctum in Euſtath. Nam in Apollon. Lex. hoc ſolum notatum eſt: πραπίδες, φρένες. καὶ τὸν τόπον (ὅπου αἱ φρένες, ex Heſych. explet Villoiſ.) ἔοικεν ὁμωνύμως σημαίνειν· διό φησι· ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων. At ex Scholio iſto laudato intelliges eſſe πραπίδας idem quod poſtea διάφραγμα, *ſeptum transuerſum*, dictum eſt: νευρώδης ὑμὴν διεζωκὼς τὰ σπλάγχνα — ἔχον συμπάσχοντα τὸν ἐγκέφαλον. Latinis etiam ſunt *praecordia*. Nomen τὸ διάφραγμα Platonem primum protuliſſe Euſtath. ex veteribus notauit. In Timaei Lex. Plat. nihil de hoc aut ſimilibus occurrit. — ὑπογούνατ' Vrat. b. adeo procliues ſunt librarii ad verba compoſita procudenda.

579. Εὐρύπυλος δ' ἐπόρουσε. Townl. ἀπόρουσε.

582. τόξον — εἷλκεν ἐπ' Εὐρυπύλῳ, καί μιν βάλε μηρὸν ὀϊστῷ. ⸐ „quod καί μιν βάλεν, ἀντὶ τοῦ· καὶ αὐτοῦ τὸν μηρὸν ἔτρωσε." Sch. A.

In Ven. erat ἕλκε ἐπ' Εὐρυπύλῳ. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· εἷλκεν ἐπ' E." ſed ſuſpicor olim fuiſſe ἕλκε τ' ἐπ' E. καί μιν βάλε. vt eſſet ἕλκε τε καί. et iam ſupra ἕλκε pro εἷλκε vidimus Λ, 258 et alibi. εἷλκε τ' ἐπ' Vrat. b. Moſc. 3. Legit tamen et Euſtath. εἷλκετ' ἐπ'. et Cant. Vrat. A. vn. Vindob. ἕλκετ' ἐπ'.

583. ἐκλάσθη δὲ δόναξ. ⸐ „ὅτι δόναξ ὁ τοῦ βέλους κάλαμος" Sch. A. ἄτρακτος. κῆλον. v. Euſtath.

587. στῆτ' ἐλελιχθέντες. Apollon. Lex. συστραφέντες, μεταβαλλόμενοι. Dawes et Bentl. στητε Ϝελιχθ. v. ad A, 530.

καὶ ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ. ἀμύνατε Harl.

588. Αἴανθ', ὃς βελέεσσι βιάζεται. ⸐ „quod Zenodotus ediderat: Αἴαντος βελέεσσι. Subiicit grammaticus A. caſum ſecundum ita non addi, ſed tertium, nec recte eum feciſſe, ſi voluerit per ſynaloephen legi: Αἴαντ' ὅς. (Enimuero Zenodotus interpungi voluit: καὶ ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ Αἴαντος. βελέεσσι βιάζεται, (ſc. ille) οὐδέ ἕ φ. Ceterum ex Schol. apparet, quod per ſe nobis con-

ſtare poteſt, litteris et vocibus continuis Zenodoteum librum exaratum fuiſſe.)

589. οὐδὲ ἑ φημὶ φεύξεσθ' ἐκ πολέμοιο δυςηχέος. Lipſ. Moſc. 3. φεύξασθ'. πόλεμον δυςηχῆ modo vidimus vſ. 524.

592. πλησίοι ἔστησαν, σάκε' ὤμοισι κλίναντες. Primo, ἔστησαν. recte hoc Barnes e Cant. add. Ven. Euſt. Lipſ. Harl. et rationem grammaticam: at ea aduerſante ἔστασαν, edd. Flor. Aldd. etiam Townl. Moſc. 3. ἔστασαν Turn. Steph. media breui.

Porro σάκε' ὤμοισι κλίναντες. κλίναντες ἀντὶ τοῦ ἐγκλίναντες. ἐρείσαντες et ἀνασχόμενοι pro ἀνασχόντες, ἀνατείναντες. vt bene Euſtath. ἐρείσαντες τοὺς ὤμους τοῖς ἀσπίσι Sch. br. At Apollon. Lex. p. 593 exponit τὸ λεγόμενον κεραμιδῶσαι. Eſt ſcilicet συνασπισμοῦ genus. Apud Suid. κεραμωτὸν, τακτικὴ διάταξις. Quod tamen addit Romanos per ludum id feciſſe vix verum: videtur eſſe quae teſtudo dicebatur. Idem verſus inf. N, 488 add. X, 4. cum Nota.

593. τῶν δ' ἀντίος ἤλυθεν Αἴας. „ἐν ἄλλῳ· τῶν δὲ σχεδὸν ἤλυθεν Αἴας" Sch. A.

595. δέμας πυρὸς αἰθ. Apollon. Lex. ἐλέλειπτο, ὡς τρόπον (pro ὡς εἰς, κατὰ, τρόπον) πυρὸς καιομένου, διὰ τὴν ἀγωνίαν. cf. ibi Notas. Conſentiunt Sch. br. ad P, 366. Σ, 1. Heſych. ex Apollonio. Primo hic vſus τοῦ δέμας nunc occurrit, deinceps aliquoties. Caſus quartus abſolute poſitus, vt δίκην, τρόπον ſc. κατὰ δ. Ponitur autem δέμας pro εἶδος, corporis *ſpecies*, hinc ad inſtar. Male grammatici h. l. et inf. ad Σ, 1. etiam Euſtath. ſic accipiunt, vt δέμας πυρὸς ſit pro πῦρ. Sic quoque Suidas: λείπει τὸ ὡς. ἵν' ᾖ, ὡς πῦρ. κατὰ τὸ πῦρ, ὡς πῦρ, reddit Gregor. Cor. p. 11. Comparationem pugnae cum flamma plene inſtruxerat ſup. Λ, 155 ſq. Comparationis autem vis, de qua multa moliuntur Sch. A. et B., ſpectanda eſt in ſtrage circumcirca facta, et a progreſſu facto ab vno caeſo ad alterum caedendum.

596. Νέστορα φέρον Νηλήϊαι ἵπποι. Sch. A. annos computat et monet, non ſupereſſe potuiſſe tum Nelei equos; ſed eſſe prognatos ex patris armentis. Fuit Scholion Porphyrii ad h. v. quod eſt in Victor. ex eoque aut aliis Euſtath. ſua habet. Sic Τρώϊοι ἵπποι ſup. E, 222. e ſtirpe earum, quas Tros aluerat. Νηλήϊοι. Townl. a pr. m.

597. ἱδρῶσαι. pro ἱδρόουσαι, ἱδροῦσαι. Doricum eſſe aiunt; etiam Etymol. Praeſtat dicere, antiquum ſermonem admiſiſſe plures formas: ἱδρόοσα. ἱδροῦσα. ἱδρώοσα. ἱδρῶσα. ἱδριώωσα. ἱδρώουσα. (hoc ſup. 119). Sicque in aliis verbis in οω.

ἦγον δὲ Μαχάονα. Sch. B. bene dictum ait ἔφερον de Neſtore, ἦγον de Machaone propter graue vulnus. Immo vero, vel hinc apparet ἄγειν et φέρειν eſſe vnum idemque; ſic et Euſtath. obſeruat.

599. ἑστήκει γὰρ ἐπὶ πρύμνῃ μεγακήτεϊ νηΐ. ∼ „quod caſu mutato ἐπὶ πρύμνῃ νηῒ dixit pro ἐπὶ πρύμνης τῆς νηός.“ εἱστήκει erat vulgatum. Ionica forma eſt ἑστήκει. v. ad Δ, 329. „Ariſtarchus ἑστήκει.“ Sch. A. ἐνὶ πρ. Townl.

μεγακήτεϊ. de voce v. ad Θ, 222.

600. εἰςορόων πόνον αἰπὺν, ἰῶκά τε δακρυόεσσαν. ∼ quod nonnulli ſcribunt ἰῶ καταδακρυόεσσαν. (an potius ἰῶ κατὰ δακρυόεσσαν?) At, inquit Sch. A. Homerus ἰῶκα dixit τὴν ἰωκὴν, δίωξιν, vt Heſiodus κρόκα τὴν κρόκην.“ (Ἔργ. 538) Ita emendandum Scholion A. Alia addit Euſtath. Eadem habet Etymol. quibus facile adſtipuleris. ἰὼξ, ἰωκὸς, ἰῶκα. vnde ἰωκὴ E, 521. 740. ἴωξις. pro quo dici coeptum διώκω. δίωξις. Haec eadem innuere voluit Apollon. Lex. in ἰωκὴ, emendatus a Tollio. Add. Suidas h. v. Suboritur alia moleſtia: Iam E, 521 vidimus ουτε ϝιωκας et 740 εν δε κρυοεσσα ϝιωκη. debebat ergo et h. l. eſſe ϝιωκα. at antecedit πονον αιπυν ϝιωκα! Bene hoc vidit Bentleius, qui etiam tentabat εἰςορόων πόλεμον τε ϝιωκήν τε κρυόεσσαν. Lenior, puto, foret medicina: εἰςορόων πόλεμόν τε ϝιωκα τε δακρυόεσσαν. Equidem ſuſpicor

versum esse antiqui rhapsodi quem digamma fugiebat. δακρυόεσσαν v. ad E, 737.

602. παρὰ νηός. ἀντὶ τοῦ· παρὰ νηΐ, (ἢ) ἀπὸ τῆς νηός. Sch. A. alterum hoc recte: v. 599 εἱστήκει γὰρ ἐπὶ πρύμνῃ. quod et ibi Sch. br. male reddunt παρὰ τῇ πρύμνῃ.

603. ἔκμολεν ἶσος Ἄρηϊ. κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή. „Obseruant (ad verba κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή) nonnulli, ὅτι οὐ πόῤῥωθεν ἡ προαναφώνησις. (h. quod non multo ante ipsum euentum sit denuntiatio, praedictio.) Subiicit Schol. A. „itaque nec illa ad valde remotum tempus spectabant: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. „Melius Sch. B. inter cetera: ἀναπτεροῖ τὸν ἀκροατὴν ἡ ἀναφώνησις ἐπειγόμενον μαθεῖν, τί τὸ κακόν. Alia philosophatur Eustath. satis acute p. 865, 33 sq. — ἔκμολεν. ἐξέδραμεν. ἐξεπήδησεν Apollon. Lex. — Pro ἔκμολεν ἶσος Ἄρηϊ „γρ. ἐξέμολ' ἶσος." ait Barnes. At Homericum erat εκμολε ϝισος. Etiam ἴσος et ἶσος variat.

605. τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο. „casu permutato, σὲ positum est pro σοί" ait Sch. A. Ita non vidit, quae sit ratio explendae formulae. v. ad I, 75.

Versus in spondeos exiisse videtur, τί δέ σε χρειὸ' μεῖο potius quam vt χρεὼ sit correptum. Etsi comparari possunt alia nonnulla vt inf. 620 ἱδρῶ ἀπεψύχοντο.

606. τὸν δ' ἀπαμειβόμενος. Mori. Barocc. vn. Vindob. τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

607. τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ. „γρ. τῷ ἐμῷ" verum τῷ 'μῷ, vt I, 650 τῇ 'μῇ probat Apollon. de Syntaxi p. 131.

608. νῦν οἴω περὶ γούνατ' ἐμὰ στήσεσθαι Ἀχαιούς. De ἱκετείᾳ cogitandum esse, manifestum fit. Cum autem in ea sollenne sit τὸ ἕζεσθαι, haerent viri docti in voce στήσεσθαι, etiam Damm. et Koeppen, qui etiam suspicatur locum esse corruptum. Laudo acumen. Res tamen minus impedita est, si memineris, primo, vocem ἱκετείας latius patere, ad preces quascunque translatam; tum, morem et gestum ἱκετείας fuisse varium, vt etiam

precantes ſtarent et e longinquo manus protenderent, ſic etiam ad genua eius, cui ſupplicabant, manus extendebant ſubmiſſi in terram. Denique in voce στήσεσθαι non eſt haerendum; ita etiam in Oedipi Regis princ. de ſupplicibus ſedentibus verba ſunt: τίνι τρόπῳ καθέστατε.

609. χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός. Verſus iam eſt lectus K, 118. ἀνεκτὸς et ἀνεκτὴ, Townl. ἀνεκτὴ a m. ſec. Vrat. b. cum duobus Vindob. Vocem iam vidimus A, 573.

610. ἀλλ' ἴθι νῦν, Πάτροκλε. Fuit olim ζήτησις, repetita in Schol. A. et B. cur Achilles Patroclum mittat. Parata reſponſio, fieri κατ' οἰκονομίαν carminis; cum enim legatio ad Achillem ſucceſſum non habuiſſet, machinandum erat poetae aliquid, quo Achilles adduceretur, vt partes belli iterum ſuſciperet. Erat quoque per ſe probabile, Achillem e caſtris ſuis proſpicere pugnam ante caſtra habitam. Verum grammatici addunt aliud quid auctius: Legatione Jl. I. quae conſilio Neſtoris decreta erat, ſpreta ab Achille, nunc eiusdem Neſtoris facundia Patroclus paullo poſt adducitur, vt Achillis flectendi primas molitiones recipiat.

Νέστορ' ἔρειο. Lipſ. Vrat. A. cum al. et edd. ante Stephan. ἐρεῖο. ita ab ἐρέομαι erit ductum, ex ἐρέεο, ἐρέου et ἐροῦ. At ex Rom. ed. et Euſtath. Stephanus ἔρειο induxit, ex ἔρομαι, ἔρεο, poſtea ἔρου. interroga, vt εἴρομαι, εἴρεο Od. A, 284. Apud Ammon. in ἐρωτᾷν eſt ἔροιο.

611. ὅντινα τοῦτον ἄγει βεβλημένον ἐκ πολέμοιο. ⸖ „quod βεβλημένον omnino dixit pro τετρωμένον. Nam eminus miſſo telo vulneratum eſſe Eurypylum Achilles noſſe non poterat" Schol. A. et Euſtath.

614. ἵπποι γάρ με. Verſus abeſt a Townl. a pr. m.

616. βῆ δὲ θέειν. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· βῆ δ' ἰέναι." καὶ νῆας 'Αχαιῶν. Lipſ. et Ven. B. νῆας ἐΐσας.

619. ἵππους δ' Εὐρυμέδων θεράπων λύε. ⸖ „quod Eurymedon fuit Agamemnonis auriga (Jl. Δ, 227. 8.) nunc eodem nomine alius Neſtoris." Neceſſe autem eſſe,

ait Schol. B. hunc peditem iuxta currum inceſſiſſe, cui Neſtor et Machaon inſiſtebant; nam tres eodem curru inuehi haud potuere." Reſtat, cenſeo, tertium, potuit relictus eſſe Eurymedon in caſtris et nunc accurrere.

τοῖο γέροντος. αὐτοῦ τοῦ γέροντος.

620. οἱ δ' ἱδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων. ⊱ „quod ψύχειν vento, τέρσεσθαι ſole dicit poeta: εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ Od. Z, 98." Sch. A. et Euſtath. Heſych. ἀπεψύχοντο, ἐξήραινον τὸν ἱδρῶτα ἀνέμῳ. quod iterum videbimus X, 2 ἱδρῶ ἀπεψύχοντο· vbi v. — τοὶ δ' Harlei. Moſc. 3 et ipſe Venetus.

621. στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός. ⊱ „ὅτι σαφῶς οὗτοι πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκήκασι." Sch. A. Quorſum hoc monitum dices? an, priore ad mare ordine Neſtoris naues ſtetiſſe, cum aliae paullo altius in littore ſtarent? στάν τε Ven. et addit Sch. A. „οὕτως διὰ τοῦ τε, στάν τε." vt ſit pro ἔστησάν τε. στὰν δὲ alii, vt duo Vindob. nec male.

623. τοῖσι δὲ τεῦχε κυκειῶ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη. Longum eſt Scholion B. et ζήτημα Porphyrii (alia de ſuo acumine adſuere videtur Euſtath. p. 872, 22 ſq.) ſuper hac potione, ex vino rubro auſtero et adſtringente, caſeo et farina parata, quae contra artis medicae praecepta vulnerato apponi videtur. „Scilicet non ad medendum ea apponitur; ſed ad recreandum et ad vires reficiendas; itaque apponitur quoque mola cum melle et cepa. Nec mirum eſſe poteſt, viribus pugnando exhauſtis ita proſpectum eſſe. Sic quoque Il. X, 2 ὡς οἱ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες — ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, πίον τ' ἀκέοντό τε δίψαν. Etiam Plato de Rep. III, p. 405 D. 7. 8. non ex diaetetices dictatis haec eſſe adhibita monet, verum corporibus mollitie nondum fractis haud nocuiſſe; quippe vbi temperantia adeſt, morbis minus obnoxia ſunt corpora; itaque nec ante Aſclepiadas fuit medicina. Alius vſus κυκεῶνος fuit medicus, haud dubie etiam cum certa ratione miſcendi: de quo v. Coray ad Theophraſt. Charact. IV, 1. ex Hippocrate. Ab eo diuer-

ſas κυκεών ruſticorum et tenuioris ſortis hominum, cuiusmodi eſt ille, qui in ipſo Theophraſto memoratur, cui thymum intritum fuiſſe bene vidit Schneider. et in Ariſtoph. Pac. 1169. haud dubie plus quam vna ratio miſcendi eſſe potuit.

Illuſtrant τὸν κυκεῶ Apollon. h. v. Heſych. Etymol. et quis non? Aiunt per apocopen dictum eſſe κυκεῶ pro κυκεῶνα. Verum forma ex more variat, κυκεῶνα, κυκεῶα, κυκεῶ, κυκειῶ.

Ἑκαμίδη Lipſ. Bentl. ſuſpicatur fuiſſe Ϝεκαμηδη. Nam fuit Ϝεκας.

623. Totus locus vsque ad 640. extat per particulas ap. Athenaeum lib. XI, p. 492. 3. 485 F. ſine memorabili tamen varietate.

624. ὅτε πέρσεν Harl. Moſc. 3. ὅτ' ἔπερσεν.

627. ἥ σφῶϊν πρῶτον μὲν ἐπιπροΐηλε τράπεζαν. Duplici modo ſcriptum fuit ἐπιπροΐηλε et ἐπὶ προΐηλε. Inde ap. Apollon. Lex. p. 569 προΐηλε, ἐπὶ μὲν τοῦ, προσέφερε, καὶ προεξέτεινε, verſu noſtro appoſito. Eum exſcripſit cum Etymologo Heſychius hinc emendandus: προΐηλε, προετιμήθη. (leg. προετίθη) καὶ προεξέτεινε. Schol. br. ἐπ' αὐτῷ παρέθηκε. quod Barnes corrigit αὐτοῖς. forte ἐπ' αὐτὼ vel αὐτοῖν, ante vtrumque. Apud Heſychium tamen eſt quoque alterum, ἐπιπροΐηλε, etſi corrupte ſcriptum: ἐπιπροῆλθεν, ἐξέτεινε. παρέτεινε. v. ad Apollon. Lex. l. c. Scilicet tenendum eſt, ἰάλλειν eſſe idem quod βάλλειν, πέμπειν, τιθέναι. Itaque pro παραθεῖναι eſt ἐπιάλλειν, et πρὸ eſt ἔμπροσθεν.

628. τράπεζαν — κυανόπεζαν. non ad pedes menſae reuocandum eſſe, ſed πέζαν oram quoque, τὸ ἄκρον declarare; eſſe ergo menſam τὴν ἀπὸ κυάνου ἔχουσαν τὸν ἔξωθεν κύκλον, orbe orae nigro notant veteres in Schol. B. Victor. et Euſtath. Hoc vero eſt argutari in minutiis. πέζα eſt ποῦς, et κυανόπεζα eſt μελάμπους. vt recte Heſych. κυανόπεζον vn. Vindob. ſed eſt quoque ἀργυρόπεζα Θέτις.

αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ. Lipſ. et Ven. cum duob. Vindob. ἐπ' αὐτῆς. Schol. A. tamen addit „γρ. ἐπ' αὐτῇ."

629. ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον. ⊱ „quod πᾶν τὸ μετὰ ἄρτου ἐσθιόμενον ὄψον καλεῖται. Schol. A. προσφάγιον Schol. br. Contra Apionem id eſt monitum, qui ὄψον per κρέας reddiderat: Apollon. Lex. in ὄψον. Alia affert Euſtath. De cepae vſu ad vini hauſtum v. Heſych. in κρόμμυον et ibi Not.

ἐπὶ δὲ. Plato l. c. recitat παρὰ δὲ —

ποτοῦ ὄψον eſt ap. Plutarch. Sympoſ. Qu. IV, 4. p. 669.

630. ἠδὲ μέλι χλωρόν. „πρόσφατον, νέον, vt etiamnum χλωρὸς τυρὸς dicitur. Schol. B. et ἤτοι νέον, ἢ ἀπὸ τοῦ χρώματος Apollon. Lex. p. 712.

πάρα δ' ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν. primo nunc loco hoc occurrit; parum tamen diſerte exponitur a grammaticis, praeterquam quod Sch. br. et Apollon. Lex. ἀλφίτου ἀκτὴν dictum aiunt pro ἄλφιτα atque haec pro ἄλευρον — ἀπὸ τοῦ κατάγνυσθαι καὶ ἀλεῖσθαι τὸν σῖτον, ſcilicet frangendo grana et pinſendo in mola manuaria. At idem Apollon. et ex eo Heſych. cum Sch. br. addunt, ἀλφίτου ἀκτὴν eſſe quoque τὸ βέλτιστον — τῆς κριθῆς; hoc autem ſeriorum eſt aetatum, vt ſit farina λεπτοτέρα. Ap. Etymol. p. 73, 26 τὸ ἔσχατον τοῦ ἀλεύρου, et τὸ τελευταῖον τοῦ ἀλφίτου κάταγμα, neſcio an eodem referendum ſit. Alia cumulat Euſtath. hic, et aliis locis, inprimis ad N, 322. inepta alia Sch. B. ad Φ, 76. quae rem multo minus expediunt.

Tenendum eſt ante omnia hordei vſum memorari in Graecia antiquiſſimum; hordea autem toſta, tum fractis pinſendo granis aqua mollita, nulla furſuris facta ſecretione, *pultis* more apponi ſolita fuiſſe. Eadem puls, vbi exſiccata induruerat, placentae ſpeciem prae ſe ferens, quoties prandendi tempus erat, iterum aqua mollita aut ſorbebatur aut manducabatur. Itaque ἄλφιτα modo ſunt hordei *grana tuſa*, modo *puls*, modo *panis ſiccus*, vt h. l. et paſſim in Odyſſea. Plerumque tamen ἄλφιτον

eſt puls hordacea. (v. Opuſc. noſtra To. I. p. 371. et, ſi auctoritatem deſideras, Etymol. in ἄλφιτον.)

At quid dicemus eſſe ἀκτὴν ἀλφίτου? Euſtathius per κλάσμα *fragmentum panis* reddit: quaſi eſſet ἀκτὴ μερὶς, *fracta pars.* nam ab ἄγω h. e. καταγνύω, κατάγνυμι eſt ἀκτὸς, ἡ, ὀν, quod frangitur, pinſitur, minuitur. Neque de etymo dubitare licet; ſed *frangi* videri poſſunt fruges et triturando et molendo: Etymol. in Δημήτερος ἀκτὴ, διὰ τὸ κατάγνυσθαι ἐν τῷ ἅλῳ τὸν στάχυν τὸν εὐαγῆ, ἢ αὐτὸν τὸν σῖτον ἐν τῷ μύλῳ θραύεσθαι. In hoc altero ſubſtitit communis opinio. Cum aliquoties legamus Δημήτερος ἀκτὴν, vt N, 322. Φ, 76. bene licet ſubſtituere, κριθήν. Vulgo δωρεὰν ſupplent; at in ἀλφίτου ἀκτὴν locum hoc vix habet; ſupplent τροφὴν, quod Homerus non nouit, itaque ſaltem ἐδωδὴν vel ἐδητὺν ſubſtituere licebit. Forte tamen ἀκτὴ a primo ſignificatu (cum eſſet κριθὴ ἀκτὴ) poſtea in generalem ſignificatum transiit, vt eſſet omnino quod Latinorum *fruges*, vel *frumentum*, adeo vt diceretur ἀκτὴ ἀλφίτου, vt fruges hordei.

Apud Euſtath. alii legebant ἱερὸν ἀκτὴν, (quod alii τὴν, alii τὸν ἀκτὴν interpretabantur, hi male, illi recte) et eſt ἱερὸν ἀκτὴν in Harlei. quod ipſe praeferam, vt eſt quoque ap. Heſiod. Ἔργ. 466 Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν, *almam Cereris frugem.*

πάρα δ' ἀλφ. edd. vsque ad Turnebum, in quem caſu et ſphalmate irrepſerat πὰρ δ', atqui apocopes nulla cauſſa adeſt. Itaque hoc eieci, et repoſui παρὰ, quod codd. Mori. Cant. Ven. Lipſ. Vrat. b. Moſc. 3. et Euſtath. habent.

631. πὰρ δὲ δέπας περικαλλὲς, ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιός. ⟊ Scholion A. apponit Ariſtarchi deſcriptionem poculi; fere eo modo quo in Nota ad h. l. appoſui. Lectum ab eo duplici modo: ἦγ' ὁ γ. et εἶχ' ὁ γεραιός.

Vſſ. 631—636. recitat Athen. XI, p. 487 F. vbi eſt πὰρ δέπας ἦν. quaeritur ibi accurate, qui ſint ἧλοι, ὦτα, πυθμένες.

632. *χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον.* non, clauis infixis, et adactis; sed eminentibus, *προέχουσιν* in superficie: vt in ipso Athenaeo declaratur. An *ϝήλοισι* scriptum fuerit, v. in Excursu de Digammo.

οὔατα δ' αὐτοῦ τέσσαρ' ἔσαν. Aurium, seu ansarum, formam similem fuisse litterae *ω* duplici, notat Schol. B. Aliter Eustath. p. 869, 29 „*οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον αὐτὸ τὸ ποτήριον ῶ μέγα εἶναί φασιν*" (Ω). Copiose de his auribus et de tota poculi forma egerat Asclepiades Myrleanus *ἐν τῷ περὶ Νεστορίδος* ap. Athen. XI, p. 488 D. Ibidem mox de duplici fundo, et p. 491 F. de columbis, ex eodem Asclepiade. Ex Athenaeo multa transscripsit Eustathius. Magnitudinem poculi his ansis declarari docet Toup. ad Theocr. II. p. 340.

633. *δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον.* Apud Apollon. Lex. l. c. est *δύο.* *ἀμφὶς* ante *ϝεκαστον* est corruptum; leg. *ἀμφὶ ἕκαστον.*

634. *χρύσειαι νεμέθοντο, δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν.* ⊱ „propter et fabricam poculi quodque duplicata in eo, duo *πυθμένες* et quatuor aures. Aristarchus autem iungebat, *ὑπῆσαν.* Ita quoque Alexio." Schol. A. et Apollon. Lex. in *ὑπὸ.* p. 680. Scilicet, vt e Schol. B. et Eustath. discas, fuere qui *ὑποπυθμένες* iungerent, vt esset epitheton *τῶν πελειάδων.* quod scribi debuisse *ὑποπύθμενας*, et pro eo locum habuisse *ὑπὸ πυθμένεσ'* (pro *ὑπὸ πυθμένεσι*) notat Eustathius. Ad duplicem *πυθμένα*, seu fundum seu basin offenderunt multi, et multa argutati sunt, quae v. ap. Athenaeum ex Asclepiade l. c. p. 487. quod maxime probabile sit, apposui in nota. Schol. B. qualem formam ante oculos habuerit, non assequor: *διπλοῦς ἦν ὁ πυθμὴν, ἥσσων ὑπὸ μείζονος περιεχόμενος.* Etiam recentiores varia amplexi sunt. Dammius cum aliis ex Eustathio adsciuit hoc, quod columbae *ὑποπυθμένες* erant, h. e. vt duae columbae pro pedibus fuerint, quibus poculum insisterent. Ita tamen parum firmus status poculi fuisse videtur. Cum *πυθμὴν* botanicis sit palmes, (ap. Dioscor. et Theophrastum) W. Clarke

(on Coins p. 218. 222) contendebat, palmites duo ſub columbis exſculptos fuiſſe. Contra eum diſputaſſe ſuſpicor Wartonum ad Schol. Theocr. VI, 69. To. I. p. 202. Sane πυθμὴν ἐλαίης eſt in ipſo Homero Od. N, 122. Ψ, 204. non vero abſolute πυθμήν. Etiam πελειάδας non columbas fuiſſe, ſed declaratas Pleiades, Πλειάδας cenſuere, ap. Athen. l. c. p. 489 F. vbi quoque ead. pag. B. narratur Capuae in Dianae aede oſtentatum eſſe Neſtoris poculum Homericis verſibus inſcriptum.

νεμέθοντο. Heſych. ἐνέμοντο, ἀπὸ τῆς νεμήσεως. quod eſt obſcurum per obſcurius reddere. De paſtione νεμέθειν et alibi occurrit, itidem vt νέμειν. nec video cur, eo damnato, vir doctus contendat eſſe: aſſignatae erant.

635. ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης. Ascalonita, et ante eum, Ariſtarchus, acceperant ἄλλος, ἄλλος τις. ἄλλοι. vt oppoſitum ſit Neſtori. Et recte. Paria memorantur ap. Athen. p. 493 B. At grammatici ineptierunt miram in modum, referendo ἄλλος ad Machaonem, vt eſſet pro ἕτερος. Itaque alii ſcripſere ἆλλος pro ὁ ἄλλος. quod refellit Schol. A. talem enim craſin apud Homerum haud occurrere; debere quoque hoc ipſum ſcribi ὤλλος, vel ὦλλος, vt ſup. B, 1. cf. Λ, 288. Pergit idem narrare, alios ſcripſiſſe, „ἀλλ' ὣς“ an, vt ſit: verum vel ſic? niſi legerant alii ἀλλ' ὅς, vt eſſet pro ἀλλ' οὗτος ſcil. Machaon; quod ferri poſſet; repugnat tamen alius grammaticus ibid. ap. Athen. p. 493 A. Alias argutias videre licet et ibi, et inde in Euſtath. p. 870, 31. alia in Schol. B. quod e Cod. Leid. iam vulgauit Valken. ad Ammon. p. 244. add. Diſſ. de Scholiis p. 145. 6. ex quibus, qui ſeuera ſtudia tractat, parum frugis tollere poteſt. Ita Soſibius ὁ λυτικὸς ad ἄλλος μὲν retraxerat γέρων, vt comparatio inter ſenes fiat: alius quilibet ſenex mouere non poterat; at Neſtor ille ſenex ſuſtulit facile. Porro ad vim ac vigorem ſenis, et recte quidem, Steſimbrotus hoc retulit, quod Neſtor nullo negotio poculum tollebat; at dexteritatem Neſtoris Glaucus in hoc perſpexerat, quod mediis anſis poculum capere.

ac docte et callide tenere norat. Quis neget hos homines saepe multumque de poculo tollendo cogitasse! Amplexus quoque haec est Schol. Victor.

ἄλλος μὲν Bentl. mutat in *ἄλλος κεν*, nec inscite.

636. *ἀμογητὶ ἄειρεν.* plus quam probabile sit, Bentleio quoque iudice, fuisse *ἀμογητεὶ ἄειρεν.* sine hiatu. In Vrat. b. *τ'* interpositum erat a m. sec. docti vtique hominis.

Color orationis est, qualis Jl. *Ω*, 454. 5. 6.

638. *οἴνῳ Πραμνείῳ.* Iterum hoc vinum memoratur Od. K, 235. Varia etyma afferunt grammatici in Sch. A. B. br. Eustath. Etymol. et primo loco, in Apollon. Lex. h. v. et Hesychio, apud quem in altero loco, *παραμνείσω*, nihil aliud latere quam corruptum *πραμνείῳ* vidit Bentlei. acquiesco equidem in hoc, quod collis Pramneus alicubi vino fertilis fuit. Schol. A. „*Πράμνη δὲ ὄρος ἐν τῇ Καρίᾳ οἰνοφόρου*“ leg. *Ἰκαρίᾳ νήσῳ*, vt est quoque in Schol. br. et Eustath. Etsi fuere (ap. Eustath. p. 871, 24) qui vicum apud Ephesum hoc vinum generasse dicerent, alii agrum Thraciae. Plinius adhuc sua aetate vinum Pramneum in agro Smyrnae natum narrat XIV, 4 s. 6. Quod igitur in aliis vitibus factum esse constat, vt non vno loco sererentur, aut vt nomina communicarentur aliis similem laudem habentibus, idem in Pramneo euenire potuit. Euenit itaque, vt nomen commune fieret vinorum generosiorum austeri quidem gustus. Hactenus forte recte contendere potuit Perizon. ad Aelian. H. V. XII, 31. non loci, sed generis, fuisse nomen; serius tamen hoc, et post Homerum. Vini Pramnei vsum medicum, cum *φλεγμοναῖς ἐναντίωτον* sit, praedicat Athen. in epitome lib. I, p. 10 A. B.

ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν. Nonnullas ex Aristarcheis editionibus *κνέε* habuisse, ex Heraclide Alexandrino notat Eustath. p. 872, 28. *κνεῖ* est ap. Hesych. ex *ἔκνει.* nisi scriptum fuit et ibi *κνῆ.* hoc vtique Etymol. exhibet, et duci docet a *κνῆμι*, vnde *ἔκνην.* Harpocration in

γναφεὺς· — τὸ κνῶ, ὃ σημαίνει τὸ ξύω, adſcriptis his verſibus.

639. κνήστι χαλκείῃ. Schol. A. κνήστει χαλκείῳ, τουτέστι μαχαιριδίῳ τυροτόμῳ. v. Apollon. Lex. Heſych. Etymol. in quo eſt κνήστει. quod in κνήστιϊ mutat Barnes. vt ex hoc contracte ſit κνήστι. ſed κνήστει etiam vn. Vindob. κνήστῃ vn. Vindob. et ſic laudat Schol. Ariſtoph. Plut. 166. κνῆστιν eſſe vocem Atticam, (Athenis vſu ſeruatam) Laconum ξυήλην, ſeu potius ξυάλην, docet Suidas in h. v. add. in κνῆ. κνῆστις. κναφεύς.

ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε. Venetus cum vno Vindob. λεύκ' ἐπάλυνε. δὲ excidit in ed. Turnebi. Plato in Ione p. 538 C. memoriter laudat: κνήστι χαλκείῃ, παρὰ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον ex vſ. 629.

640. πινέμεναι δ' ἐκέλευσεν. Nusquam Ionicum video: δὲ κέλευσεν.

641. τὼ δ' ἐπεὶ οὖν πίνοντ' ἀφέτην πολυκαγκέα δίψαν. Schol. B. πολλὴν ἔχουσαν ξηρότητα. ὅθεν καὶ κάγκανα ξύλα. Schol. br. ξηραντικὴν, cum Heſych. Euſtath. et Etymol. vbi acuitur πολυκάγκης, ex καίω. κάω. κάγχω. καγχάνω. vnde κάγκανος.

ἀφέτην δίψαν. eſt Latinorum *depellere ſitim*. Ap. Heſych. ἀφέτην, ἀφήκασι huc ſpectat. ἀφίημι, puta ex ἕω, quod vim habuit τοῦ ἕλω, vt vidimus in ἐξ ἔρον ἕντο. ἐξέντο. ἀφέντο. v. ad A, 469. cf. Euſtath. p. 871, 5. De δίψα v. ad T, 166.

642. μύθοισι τέρποντο. verſus recitatur a Plutarcho de adulat. p. 54 F.

647. οὐχ ἕδος ἐστὶ, γεραιέ. ἕδος. Apollon. Lex. ἕδος, ἕδρα — (hoc vnum adiicit Etymol.) ποτὲ δὲ ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ἑδραστέον (h. e. poteſt per aduerbium commode reddi) οὐχ ἕδος. εἶμι γὰρ αὖθις etc. Jl. Ψ, 205. Sch. br. et Heſych. οὐχ ἕδος. οὐ καιρὸς τοῦ καθέζεσθαι. οὐ καθέδρας φροντίς. alia dat Barnes. Vno verbo, ἕδος eſt non modo, *ſedes* et *ſedendi actus*, ſed et *ſedendi tempus* et otium. Ex Schol. Pindari Nem. 114 intelligo fuiſſe qui οὐχ ἕδος dorice dictum acciperent pro οὐχ ἕδους,

non sedendi locus vel tempus est. In fragmento Bacchylidis ap. Dionys. Hal. de Composit. verb. 25. p. 55 Huds. est, οὐχ ἕδρας ἔργον, οὔτ' ἀμβολᾶς.

οὐδέ με πείσεις. Townl. πείσῃς.

648. αἰδοῖος, νεμεσσητὸς, ὅ με προέηκε πυθέσθαι. νεμεσητός. (vitiose edd. νεμεσσητὸς vsque ad Turnebum, excepta Romana) ex communi vsu est μεμπτὸς, vt Γ, 410 νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη. *indignandum, reprehendendum.* quod ab h. l. alienum. Iam Sch. br. φιλομεμφὴς, μεμψίμοιρος. ἀκριβαστὴς ἐν τῷ κολάζειν. quod firmatur v. 652. 653. Sic et Eustath. qui et monet, νεμεσητὴς potius scriptum esse debere, ὁ νεμεσῶν. Est ideo actiue dictum, ὁ νεμεσῶν. Damm. malit esse *reuerendus;* quia iungitur cum αἰδοῖος. modo docuisset, qua analogia id fieret. Eam forte hoc modo elicias: νέμεσις est non modo indignatio; sed et reuerentia, αἰδὼς καὶ νέμεσις iungitur N, 122. ita et νέμεσις θεῶν. potuit itaque etiam νεμεσᾷν esse αἰδεῖσθαι, ideoque νεμεσητὸς idem qui αἰδοῖος. Sic accipiam νεμεσσηθείς. Jl. O, 211 νεμεσσηθεὶς ὑποείξω. Simili modo νεμεσίζεσθαι, reuereri, deos Od. A, 263 et de pudore, Jl. P, 254. 255.

649. ὅντινα τοῦτον ἄγεις βεβλημένον. Scholion excidit quod tamen Eustath. ante oculos habuit; spectavit ad frequentatum illud βεβλημένον, quod differt ab οὐτάμενος. alter eminus, hic cominus: vt mox 659. 660.

651. Νῦν δὲ, ἔπος ἐρέων, πάλιν ἄγγελος εἶμ' Ἀχιλῆϊ. Sch. A. „κατ' ἰδίαν τὸ πάλιν. Sic Aristarchus, Alexio et Ascalonita.“ Scil. fuere qui ἐρέων πάλιν iungerent, vt facit quoque Ed. Rom. et al. νῦν δ' ἔπος ἐξερέων vn. Vindob. interpolate.

653. δεινὸς ἀνήρ· siue metuendus et *verendus.* v. ad Γ, 172. Od. Δ, 22. siue vehemens, asper, irae impatiens. Iungenda autem οἷος ἐστὶν ἀνὴρ ἐκεῖνος δεινὸς, non οἷος δεινὸς, quasi esset οἷον, ὡς δεινός. etsi ad iracundiam Achillis referendum est. Vtitur hoc versu Cicero ad Att. XIII, 25 et Plutarch. de adulat. p. 67 A.

656. Ὅσσοι δὴ βελέεσσι βεβλήαται. οὐδέ τι οἶδε, πένθεος ὅσσον ὄρωρε κατὰ στρατόν. „Varia interpungendi eſt ratio. Poteſt ὅσσοι δὴ nouam ſententiam facere, cum exclamatione, et poſſunt ſeqq. interpungi: οὐδέ τι οἶδε, πένθεος ὅσσον et οἶδε πένθεος, h. περὶ πένθεος, vt Ἕκτωρ χωόμενος Σαρπηδόνος.“ Haec Sch. B. Poteſt etiam haec ſententia per exclamationem vel interrogationem efferri.

Iam οὐδέ τι οἶδε repoſui ex Euſtath. Cant. Mori. Harlei. Townl. Vrat. b. Moſc. 3. Ven. A. B. vulgo τοι legitur, quod metro repugnat. ουδε τι ϝοιδε eſſe neceſſe eſt.

„γρ. βέλεσιν βεβλήαται.“ Barnes. forte de ſuo. Eſt tamen βέλεσιν in Harlei.

658. ἐν νηυσὶ κέαται βεβλημένοι οὐτάμενοί τε. — quod ſylleptice dictum βεβλημένοι οὐτάμενοί τε. nam non iidem vtrumque experti ſunt. Sch. A. quam nugax obſervatio! Sexcenties iunguntur quae ſunt accipienda ἢ — ἤ. Porro haerent grammatici in οὐτάμενοι, inprimis cum mox 660 οὔτασται ſubiiciatur; debebat adeo eſſe οὐτασμένοι, vt eſt quoque Od. Λ, 535 αὐτοσχεδίην οὐτασμένος ὀξέϊ χαλκῷ. Ariſtarchus οὐτάμενοι, vt ἱστάμενοι ſcribebat; at Pamphilus οὐταμένοι.“ Sch. A. Non norant homines, varias eſſe formas οὐτάω, οὐτάζω, οὔτημι, vnde οὔταμαι. Idem in ἀκαχήμενος ab ἀκάχημι ex Herodiano bene docuit Etymol. p. 45. 46.

660. οὔτασται. οὔταται Vrat. b. male. v. modo ad 658.

Ad docendum discrimen inter βάλλειν et οὐτᾷν his vſſ. vti ſolent. Sic Schol. Eurip. Androm. 616.

661. Aberat verſus Veneto; dicas forte propter ſimilitudinem ſuperioris verſus primae vocis. Aberat tamen etiam ab Euſtathii libro, et a Lipſ. mſ. Quod vero manifeſto docet ſpurium eſſe, hoc eſt, quod Neſtor nondum noſſe poterat, Eurypylum vulneratum eſſe; euenerat enim hoc poſt eius diſceſſum. 516 ſq. 574 ſq. Bene haec vidit Erneſti. Eſt autem verſus huc traductus ex Π, 27. vbi ſuum locum recte habet.

663. *ἰῷ ἀπὸ νευρῆς.* quod codd. habent, quantum video, omnes (Ven. Lipſ. Euſt. Mori. Cant. Vrat. A. b.) corruptum in *ἀπαὶ* in edd. recte reſtituit Wolf. Saepe iam monitum eſt. cf. ſup. 476. Θ, 300.

665. *ἦ μένει, εἰςόκε δὴ* — „γρ. *ἦ μενεῖ.*" Barnes. *ἦ μένει* Townl. ſed hic vt alii perpetuo *ἦ* ſcribit, nusquam *ἦ*.

666. *Ἀργείων ἀέκητι, πυρὸς δηΐοιο θέρωνται.* — excidit Scholion: forte ad *Ἀργείων ἀέκητι*, quod eſt, non modo inuitis, ſed *fruſtra repugnantibus.* de *ἀέκητι* v. ad M, 8. tum *πυρὸς* pro *διὰ πυρὸς, πυρὶ, καίωνται. δηοῖο* Lipſ. et *δῃοῖο* Moſc. 3.

667. *αὐτοί τε κτεινώμεθ' ἐπισχερώ. ἐφεξῆς ἅπαντες* Schol. B. et inf. Schol. A. B. ad Σ, 68. Apollon. Lex. h. v. et Heſych. apud quem etiam *ἰσχερῷ* occurrit, corrupte ex *ἐπισχερώ.* Fuit *σχερὸς* continuus; vnde vera et antiqua ſcriptura fuit *ἐπὶ σχερῷ.* vt *ἐν σχερῷ* adhuc legitur in Pindaro Nem. XI, 50. Iſthm. VI, 32. *ἐπὶ σχερῷ* Vrat. B.

668. *οὐ γὰρ ἐμὴ ἲς ἐσθ' οἵη πάρος ἔσκεν.* Barocc. et Mori cum vno Vindob. *οὐ γὰρ ἐμοὶ ἲς.* haud male! placebat quoque Waſſio.

ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι. γναπτοῖσι Vrat. cum al. ex more in hac voce.

669. *εἴθ' ὣς ἡβώοιμι.* Eadem formula iteratur ſup. H, 132. 133. et inf. Ψ, 629.

670. *ὡς ὁπότ' Ἠλείοισι.* Narrat ex h. l. rem inter Pylios et Epeos geſtam Strabo VIII, p. 540. vt inde efficiat, Pylum Neſtoris non eſſe Meſſeniae, ſed Triphyliae. Narrationem ex Pherecyde repetunt Schol. br. et Schol. A.

671. *ἀμφὶ βοηλασίην* erat in Flor. et Ald. 1. Correxit hoc Ald. 2. *ἀμφὶ βοηλασίην.* et hanc correctionem pro lectione vulgata in edd. habuimus. At in codd. eſt *ἀμφὶ βοηλασίῃ.* Sic quoque ed. Rom. et Euſtathius, eſtque is vſus Homericus pro *διά.* v. c. N, 382 *ἀλλ' ἕπου, ὄφρα συνώμεθα ἀμφὶ γάμῳ.* h. e. *περὶ γάμου.* Ψ,

88 ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθεὶς, et ſup. I, 544 exorta iurgia ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ καὶ δέρματι λαχνήεντι. Hoc loco laudato firmabat Bentleius lectionem e Cantabrigienſi memoratam. Ait Schol. A. „βοηλασίῃ. οὕτως ἐνικῶς Ἀρίσταρχος, βοηλασίῃ." lectum itaque eſſe debuit ab aliis βοηλασίης, quod habet quoque vn. Vindob. At βοηλασίης erat in Schol. br. (non in Cantabrig. vt Barnes memorat) Vrat. b. et A. Praeferebat hoc Waſſe. Euſtath. ἀμφὶ βοηλασίῃ, ἀντὶ τοῦ, περὶ βοηλασίης.

672. ἐσθλὸν Ὑπειροχίδην. Lipſ. Ὑπεροχίδην. Et ſic veteres haud dubie ſcripſere, ſyllabamque produxere geminando ρρ. et debetur grammaticis quod ſcribimus ει.

673. ῥύσι' ἐλαυνόμενος ad Neſtorem ſpectat. Schol. br. ἀντὶ τοῦ ῥυσιάζων, ἐνέχυρα λαμβάνων. Schol. A. ἀντενεχυραζόμενος. Schol. B. τὰ ἀντί τινων ἑλκόμενα, οἱονεὶ ἃ ἀντὶ τῶν ἡρπασμένων ἡρπάζομεν. primoque loco Apollon. Lex. ῥύσια, τὰ ἐνεχυράσματα. Similia Heſych. in ῥύσια et ῥύσιον, vbi. v. Notas, et Weſſeling ad Diodor. To. II, p. 549. ab Erneſtio laudatum. Proprio ſenſu pro pignore dixit Apollon. Arg. I, 1351. firmandi promiſſi cauſſa. At h. l. eſt, abigere praedas ad redimenda ea quae nobis erepta ſunt; genus ληλασίας. Omnino inde eſt pro ἀμοιβῇ, compenſatio, τίμημα· vt in Sophocle Philoct. 959. (982) Φόνου Φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας. vbi Schol. Homerico verſu laudato, ἐνέχυρον, ἀμοιβὴν ἐκτίσω. vnde ſunt τὰ ῥύσια, τὰ δῶρα σωτήρια diis appoſita ap. Dionyſ. Perieg. 527. vbi cf. Euſtath. In Etymologo ambigitur, vt et in Euſtathio, apponitur τὸ ἑλκυστὸν (vt ab ἐρύω ductum ſit) et τὸ κατεχόμενον (παρὰ τὸ ῥύεσθαι, ſeruare, cuſtodire.) Enimuero prima in ῥύσιον producta ſatis docet, non niſi alteram hanc rationem locum habere; in ἐρύω media eſt breuis. v. Excurſ. IV. ad A, 141.

ῥύσει' ſola Ald. 2. cum vno Vindob.

ἀμύνων ᾗσι βόεσσι. Mori οἷσι β.

675. κὰδ δ' ἔπεσε, λαοὶ δὲ περίτρεσαν. Alii κάδδ' ἔπεσεν. Niſi fuit Ionicum: κὰδ δὲ πέσε.

περίτρεσαν. τρέειν nunc manifeste, fugam circumspicere, fugam capere, et *περιτρέειν*, quaquauersum. cf. sup. ad vs. 545. Schol. br. *οἱ περὶ αὐτὸν διὰ δέος ἔφυγον.* Legerat ergo *λαοὶ δὲ πέρι τρέσαν.*

676. *ληΐδα δ' ἐκ πεδίου συνελάσσαμεν ἤλιθα πολλήν.* Acuebat *ληΐδα* Aristarchus. *ληΐδα* Menecrates. Schol. A. vbi ex Analogia haec declarantur. Obtinuit Aristarchea praeceptio. In Hesychio *ἀήδα* esse corrigendum *ληΐδα, λείαν, λάφυρον,* viderat quoque Bentl.

ἐκ πεδίου. „*γρ. πολέμου.*" Vrat. b. In Schol. Sophol. Ai. 26 scriptum erat *ἐκ Πελίου.* docet ibi ex h. v. *λείαν* esse *τὰ βοσκήματα.* Sic et Suidas in *λείας.*

ἤλιθα πολλήν. Schol. A. B. *λίαν ἠθροισμένην — παρὰ τὸ ἀλίσαι, ἀθροῖσαι.* Apollon. Lex. *ἀθρόως καὶ χύδην. μάλα, πάνυ, πολλή.* Schol. br. et Etymol. qui ab *ἅλις* ducit et scribit *ἤλιθα* ex *ἄλισθα.* Ita digamma ab eo exulasse dicendum est, si a *ϝαλις* ductum est: de quo v. ad I, 137. Serius *ἤλιθα* fuit idem quod *μάτην*, cf. Hesych. vt apud Apollon. Arg. II, 283 *ἐπέχραον ἤλιθα χερσίν.* cf. Etymol. Hactenus videri potest vox ducta esse ab eadem stirpe, e qua prouenerunt *ἀλᾶσθαι. ἠλεός. ἠλίθιος.*

677. *τόσα πώεα οἰῶν.* Duo sunt quae hic offendunt; primo hiatus; tum quod antiquum fuit *οϝιων*, vt sup. 245 *αἶγες ὁμοῦ καὶ ὄϊς, οϝις.* Hoc tamen alterum facile expeditur exemplis aliis, quibus patet, *οιων*, quod alibi *οϝιων* est trinis syllabis, v. c. Γ, 198 *ὅς τ' οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται*, etiam binis syllabis pronuntiatum fuisse, et *πῶϋ μέγ' οἰῶν* aliquoties occurrit, vt inf. 697. O, 323 et in Odyss. saepe. Etiam *πόκον ἄρσενος οἰὸς* vidimus M, 451. Erit ergo et h. l. *οἰῶν* dissyllabum. Manet tamen alterum, hiatus in *πώεα οἰῶν* quae et ap. Strabon. VIII, p. 540 B. leguntur, et Od. Ξ, 100 vbi hi duo versus quoque extant. At Strabo, qui alterum hunc locum excitat lib. X p. 695 *πώεα μήλων* recitat. Sicque legendum arbitror etiam hoc Jliadis loco: est etiam *πώεα μήλων* in Vrat. b. cum gl. *γρ. οἰῶν*, et in vno Vindob.

οἰῶν eſt ſcriptura Ariſtarchi et Aſcalonitae, quaſi a contracto *οἶς οἰός*, contra rationem grammaticam; ex *ὄϊς*, *ὀΐων*, debebat eſſe *οἴων*. ſicque Etymologus ſcribendum eſſe cenſuit quem v. in *οἴων* p. 620, 23.

678. *τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.* Etiam ap Apollon. Lex. ſcriptum *συβόσια, τὰ συφόρβια*, laudato Od. Ξ, 101. vbi Barnes edidit *συβόσεια*, ſine auctoritate; at h. l. reliquit alterum. Fit tamen probabile, grammaticos metri peritiores *συβόσεια* praetuliſſe, et exhibet id h. l. Townl.

τόσ' αἰπόλια. ita ſcriptum inde ab Ald. 2. Antea in Flor. et Ald. 1. *τόσσ'* quod repetierat Clarke et Glasg. vt in *συβόσια* in vnam ſyllabam contraheretur — *σια*. dura ratio! recte eiecit Erneſti; praeſtat enim aut *ι* in *συβόσια* producere, aut, quod melius erat, *συβόσεια* ſcribere.

680. *πολλῇσι δὲ πῶλοι ὑπῆσαν.* *ἐπῆσαν* Edd. non modo Flor. et Ald. 1. ſed Ald. 2 et omnes, donec Turnebus emendauit *ὑπῆσαν* ex ed. Rom. quod ſollenne de lactentibus.

681. *καὶ τὰ μὲν ἠλασάμεσθα Πύλον Νηλήϊον εἴσω*. Recitat Strabo l. l. VIII, p. 540 B. Et eſt locus, e quo clariſſime apparet, ſi expeditionis ordinem conſideres, Pylum Neſtoris non eſſe poſſe Meſſeniae, ſed Triphyliae: quae eſt praeclara eo loco disputatio Strabonis. v. ſup. ad B, 591. p. 332.

682. *γεγήθει δὲ φρένα Νηλεύς.* ⊱ „quod recentiores Neleum ab Hercule caeſum tradunt; apud Homerum autem ille ſuperſtes fuit filiorum ſtragi." Schol. A. Recte haec: diſceſſerunt vtique poetae ab Homero, et Neleum ab Hercule irato, quod ſe luſtrare recuſauerat, cum filiis XI caeſum, tradiderunt, vno Neſtore natu minimo ſeruato, qui Gerenis nutriebatur: v. Apollod. I, 9, 9. II, 6, 2. II, 7, 3. et Not. ad ea loca. Videntur haec diuerſis modis tractata in Heracliis. Diſceſſerat ab Homero iam Heſiodus *ἐν Καταλόγοις*, quod intelligo ex auctore Schol. br. ad Il. B, 336, et E, 395.

Ad eundem locum Hesiodeum spectarunt fragmenta in Schol. Apollonii I, 156 de Periclymeno, tum locus ex Hesiodo ἐν πρώτῳ Καταλόγων ap. Stephan. Byz. in Γερηνία, item ap. Eustath. ad Il. B. p. 231.

προτι ϝαστυ. Etiam h. l. variat ποτὶ et προτί.

683. νέῳ πόλεμόνδε κιόντι. Si v. 718 conferas, videntur haec ad prima rei militaris tirocinia Nestoris esse referenda; serius itaque gesta esse debuere ea, quae etiam a se adolescente gesta esse narrabat sup. VII, (H) 132 de interemto a se Ereuthalione in pugna inter Pylios et Arcades facta. Maturiore autem aetate esse debuit, cum ad pugnam cum Centauris euocatus fuit a Lapithis A, 688. sq.

684. κήρυκες δὲ λίγαινον, legerant Schol. br. λίγαινον, ἐβόων, ὀξέως ἐκήρυσσον. sic quoque Eustath. et Hesych. λίγαινον, ἐκήρυσσον. At edd. et codd. deserta Ionica ratione δ' ἐλίγαινον. Vidimus κήρυκας λιγυφθόγγους B, 50 et al.

ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι. posse haec et cum antecedentibus et cum sequentibus recte iungi, obseruat Schol. A.

685. τοὺς ἴμεν, οἷσι χρεῖος ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ. Est haec Aristophanea lectio, quam et Ven. B. exhibuerat; at Ven. A. οἷσι χρεὼς ὠφείλετο. quam Aristarcheam lectionem esse, docet Sch. A. Conuenit fere cum hoc χρέος ὤφείλετ' in Mosc. 3 et edd. Flor. Ald. 1. 2. Ad aurem hoc suauius esse bene monet Ernesti. Quod nunc legitur, induxit Turnebus e Romana. Favet quod mox sequitur χρεῖος ὄφειλον et 697 χρεῖος μέγ' ὀφείλετο At in Od. Γ, 367 est ἔνθα χρεῖός μοι ὀφέλλεται pro quo Strabo p. 526. habet ὀφείλεται.

Grauius est, quod χρέος τὸ δάνειον h. l. designat ea, quae vi capta et abducta sunt, quaeque ideo aut reddi aut pretio aequo redimi debent. Non igitur satisfaciunt grammatici, qui, vt Apollon. Lex. et Hesych. ex eo reddunt χρεῖος, ὀφείλημα· vel vt Sch. br. Sch. B. δάνειον. Sed sunt res repetendae seu repetitae, vt antiquo Romanorum verbo vtar.

ἐν Ἤλιδι δίῃ. propter Iouis honorem, aiunt Sch. A. B. in quibus etiam male bis ſcribitur: τριετῆ γὰρ χρόνον ἤγετο τὰ Ὀλύμπια. leg τετραετῆ, quod et Sch. br. habent. Melius tamen δῖα dicetur ſimpliciter eſſe, praeclara.

687. 688. πόλεσι γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος ὄφειλον. χρεῖος ὄφειλον, Ariſtarchea eſt lectio. Alii ὄφελλον, quod et Ven. B. et Barocc. in ſuo habebat et Euſtath. etiam norat. — Porro alii verſum hunc a ſequente diſtinguebant, vt illa: ὡς ἡμεῖς παῦροι, eſſent θαυμαστικῶς dicta, h. e. per exclamationem. Alii iunxere vtrumque verſum, vt ſit: ὄφειλον, ὡς pro ὅτι, ἐπειδή.

689. ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη. Male hoc ἐλθὼν — βίη, ab Euſtathio proditur eſſe Atticum. Eſt antiquum, et ad ſenſum dictum, non grammatice; vt in Od. Λ, 90. 91 ψυχὴ Τειρεσίου σκῆπτρον ἔχων. et ſic paſſim alia.

Erat γάρ ῥ' ἐκάκωσε editum, inde a Turnebo ex Rom. Aberat enim ab edd. antiquioribus, abeſt quoque a Lipſ. Cant. Ven. B. Vrat. b. A. Malebam legi ἐλθὼν γὰρ ῥα κάκωσε.

Res h. l. narrata de expeditione Herculis in Neleum et Pylios in Heracliis copioſe expoſita et multis modis variata eſſe debuit, alia in Tragoediis. Eo ſpectant auxilium Neleo ferentes Neptunus, Pluto et Iuno, de quibus E, 395 ſqq. ad quem loc. v. Obſſ. Cauſſa autem inferendi arma vulgo narratur fuiſſe negata expiatio ab Iphiti caede, (v. Od. Φ, 25 ſqq.) quam Hercules a Neleo petierat. v. Apollod. II, 6, 2. II, 7, 3. Similia narrant Schol. br. et Schol. A. Diuerſa narratio eſt in Schol. B. Herculem aggreſſum eſſe Pylios, quia arma iunxerant cum Orchomeniis aduerſus Thebanos. Alia addit Euſtath. p. 879, 12 — 24. qui Agiam et Teleſarchum laudat, ſcriptores rerum Argolicarum: Priorem etiam Athenaeus memorat cum Dercyllo ἐν Ἀργολικοῖς lib. III, 10 p. 86 F.

690. *κατὰ δ' ἔκταθεν ὅσσοι ἄριστοι.* „*κατὰ δ' ἔκταθεν, ἢ ἔκτανεν*" Eustath. et *ἔκτανεν* diserte ed. Rom. Vrat. A duo Vindob. Clarke eodem redire ait; sensu quidem; verum *ἔκτανεν* est Hercules *interfecit*, at Pyliorum *ἄριστοι ἐκτάθησαν*, Od. Δ, 537 *ἀλλ' ἔκταθεν ἐν μεγάροισι·* Alio modo M, 13 *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μὲν Τρώων θάνον ὅσσοι ἄριστοι.* — *κατὰ δὲ κτάθεν* Harlei. Ionice.

691. *δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν.* ⸎ „*πρὸς τοὺς χωρίζοντας.*" Sch. A. h. e. spectat stigme ad eos, qui diuersa hic ab iis, quae in Odyssea, tradi putant; in Od. Λ, 295 enim tres filios e Chloride susceptos a Neleo memoratos legimus, Nestorem, Chromium et Periclymenum. Respondetur potuisse reliquos nouem filios ex aliis mulieribus susceptos esse. Apponuntur in Schol. B. nomina filiorum, quae recitantur diuersa ab Apollod. I, 9, 9 Add. Schol. Apollonii I, 156.

Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες. Sic repositum e codd. consensu, Mori. Cant. Barocc. Ven. accedentibus Schol. br. et Schol. Apollonii I, 156. pro vulgato *ἀμύμονες υἱέες.* quod minus bene e Nestoris persona dictum esset.

692. *τῶν οἶος λιπόμην.* de Nestore solo seruato, praeter Schol. ad h. v. etiam Sch. B. et Victor. v. Apollod. II, 7, 3 et ib. Not.

693. *ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ* — ⸎ „quod nonnulli legunt *Ἀχαιοὶ* pro *Ἐπειοὶ*, (vt et inf. 736) male." Sch. A. Quaeres caussam. Scilicet, quia sollenne est Pylios appellare *Ἀχαιοὺς*, vt inf. 758. At Epei sunt, qui Elidem proprie dictam inhabitarunt, diuersa origine, Pelasgica et Aeolica. v. Obss. sup ad B, 615.

ὑπερηφανέοντες. vox iam in Homero obuia, improbata tamen Polluci IX, 146. (scil. tanquam orationi pedestri elegantiori haud vsitata) vindicata nuper a L. B. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 144.

694. *ἡμέας ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωντο.* Clarke vltimam in *ἡμέας* esse productam contendit; vix recte ita statuens: fit vltima longa, quoties contracta est *ἡμᾶς.*

μηχανόωνται recitatur a Porphyr. in Schol. ad K, 67. memoriae vitio, puto.

695. ἐκ δ' ὁ γέρων. Articuli vſus h. l. non eſt Homericus; debuit eſſe ἐκ δὲ γέρων.

πῶϋ μέγ' οἰῶν. v. modo ad v. 677.

696. εἵλετο, κρινάμενός γε τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας. ⸎ Excidit Scholion; quod dolendum. Nam verſus, qualem ex codd. habemus, non proficiſci potuit ab Homero: κρινάμενος τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας, vt vbique legitur, in Euſtath. in edd. et codd. etiam Ven. Townl. Vrat. b. claudicante verſu. Ad metrum fulciendum Barnes interpoſuerat γε, melius quam τὰ τριηκόσια, quod etiam in mentem ei venerat. Clarke ſubſtituit κε, quod alieniſſimum ab h. l. nam Od. N, 390 ad quem locum prouocat, alia ratio eſt: καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἄνδρεσσι μαχοίμην, vbi eſt μαχοίμην κεν. Melius feciſſet ſi ῥα, in quod etiam inciderat, ſubſtituiſſet. Bentleius acute coniectauerat: εἵλετο κρίνας μῆλα τριηκόσι' — idque ad ductum Od. Φ, 18. 19 μῆλα γὰρ — τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας. Memorauerat hanc emendationem iam olim Clarke, loco quidem alieno, ad Jl. Σ, 524. Poteſt error videri natus ex eo, quod in aliquo apographo vox μῆλα exciderat, tum librarius lacunam per κρινάμενος expleuerat, nec animaduerterat verſum ſic laborare. Wolf. in praef. p. XXVII bene monet, verſus numeros non eſſe ſatis Homericos; fatendum eſt, eſſe eos minus ſuaues; haud pauci tamen eius generis interſperſi ſunt; vt 764. 794. Certe omni alia medela praeſtat Bentleiana.

Verſus 697 — 701. recitat Strabo l. l. VIII, p. 541 B. In 697. ἐν Ἤλιδι γαίῃ vn. Vindob. pro δίῃ.

698. τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι — ⸎ „quod ex h. l. videri poſſunt heroes vſi eſſe quadrigis; quod repugnat vſui et mori. Immo vero, aiunt Sch. A. et B. fuere duae συνωρίδες et duo aurigae: et 701 τὸν δ' ἐλατῆρα eſſe intelligendum ſylleptice, vtriusque currus aurigam. Duae autem bigae erant, vt, alteris forte debilitatis, alterae ſupereſſent.“ Exſcripſit Scholion Euſtath. quoque. Vera

haec ſunt, quod ad pugnas ſpectat. At h. l. de certamine per ludos agitur; potuit iam tum Olympiae certatum eſſe quadrigis. Concinit Od. N, 81 de certamine: ὡς τ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες —

699. ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι. Nobilis locus ad memoriam certaminum aetatis heroicae. Augeae aetate, an ab ipſo Augea ex Homero non liquet, certamina in Elide habita eſſe videmus, propoſito praemio, tripode. Miſerat eo quadrigas Neleus Pylo. Traxerunt hoc ſcriptores ad certamen Olympicum, quod traditum eſt in poetis ab Hercule habitum Augea victo et Phyleo reddito regno paterno. v. Apollod. II, 7, 2. et Not. p. 453. E Callimacho rem exponit Schol. A. et Schol. br. Enimuero Olympicos ludos Homerus omnino ignorauit; nec certamina his verſſ. memorata ſunt eadem cum iis quae Hercules habuit caeſo Augea; neque Olympiae fuere habita, quandoquidem Olympia cum Piſatide illo tempore non ſub Augea, Elidis rege, fuit: quod bene monet Strabo VIII p. 544. 545 ex quo ſua hauſit Euſtath. Alii apud Eleos ludi funebres in honorem Amaryncei habiti memorantur, quibus Neſtor interfuerat Jl. Ψ, 630 ſqq. Ceterum certamina habendi mos in Peloponneſo maxime viguiſſe videtur. Memorabile quoque hoc, quod in Elide iam tum certamina curulia fuere, forte quia regio illa equis alendis antiquam laudem habuit.

περὶ τρίποδος tripode ex aere propoſito; fuit ἀγὼν χρηματίτης, non στεφανίτης, qui poſtea fuit inſtitutus Olympiae, tandemque factus periodicus.

700. περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι. δραμεῖσθαι. Schol. br. et ipſe Apollon. Lex. adſcripto verſu, et inde Heſych. et Etymol. Suidas Schol. Ariſtoph. Equ. 483. Porro puta θεω pronuntiatum fuiſſe θεϝω. vnde θεϝσω. θευσω. θεύσομαι. Laudat Schol. Ariſtoph. Equ. 483 ἔμελλε θεύσεσθαι.

αὖθι ἄναξ. Male Barnes „γρ. αὖθις ἄναξ." Idem: „Αὐγείας γρ. Αὐγείης."

701. *κάσχεθε.* Notarunt iidem grammatici, pro *κατέσχεθε, κατέσχε.*

τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων. Supplent *ἵππων ἕνεκα,* aut *ὑπὲρ* Schol. br. Praestat, censeo, *ἐλατῆρα ἵππων.* Verba dura et minas adiectas esse, patet e seqq.

702. *ἠδὲ καὶ ἔργων.* peccat *και Ϝεργων.* Fuit, quod et Bentl. monuit, *ἠδέ τε Ϝεργων.*

704. *δαιτρεύειν, μή τις μοὶ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.* ※ — „quod versus hic est delendus, omnino non scriptus a Zenodoto, male repetitus ex Od. I, 42. 549 vbi praeda diuiditur iustis et aequis portionibus; quod h. l. fieri non potuit." Schol. A. Potest tamen *ἴση* accipi pro iusta omnino, aequa et par ei portioni, quam quisque amiserat, par damno: vt Sch. B. et Sch. br. *ἴσης, τὸ ἴσον καὶ δίκαιον ἐχούσης.* Etsi vero haec ita se haberent: versus tamen laborat in extremo: *μη τις Ϝοι ατεμβομενος κιοι Ϝισης.* Hoc exemplo manifestum fieri arbitror, me non temere statuere passim, versus hos exornandi, amplificandi, explanandi, continuandi caussa appositos, rhapsodorum studiis deberi, et argui interpolationem plerumque neglectu digammi. Medelam quidem reperit Bentl. qui meminerat *αἴσης* ex Od. N, 138 *λαχὼν ἀπὸ ληΐδος αἶσαν.* Attamen vel sic versus redolet acumen rhapsodi supplentis ista: *τὰ δ' ἄλλ' ἐς δῆμον ἔδωκε.* Recitat eum Schol. Thucyd. IV, 59. p. 272, 74.

ἀτεμβόμενος. στερισκόμενος Sch. br. Eustath. Hesych. Etymol. et iam Apollon. Lex. h. v. At seriores pro *μέμφεσθαι* posuere: Apollon. Rh. II, 1203. III, 99 et II, 56. vbi v. Schol. Proprie tamen *ἀτέμβειν* est *βλάπτειν* iniuria facta, praecipue auferendo aliquid et priuando. cf. Od. Υ, 293. 4. itaque *ἀτέμβεσθαι* contristari ex ea iniuria.

705. *ἀμφί τε ἄστυ.* In Harl. et Veneto *ἀμφὶ δὲ ἄστυ,* melius vsu Homerico.

707. ἦλθον ὁμῶς αὐτοί τε πολεῖς καὶ μώνυχες ἵπποι. Schol. A. diſtinguit ἦλθον, ὁμῶς αὐτοί τε. At Schol. B. ἦλθον ὁμῶς, αὐτοί τε.

αὐτοί τε πολεῖς καὶ μ. Bentleius, vt oppoſita tanto melius eluceſcerent, coniicit: αὐτοὶ πρυλέες καὶ μώνυχες ἵπποι vt eſt M, 77. ingenioſe, etſi non neceſſe.

708. πασσυδίῃ, μετὰ δέ σφι Μολίονε θωρήσσοντο. „quod Μολίονε a matre appellati eſſe non poſſunt; nusquam enim, ait Sch. A. e binis laciniis compoſitus, a matre ducit nomina Homerus.“ Hoc aliis quoque locis decantatur, vt in Schol. B. ad A, 72. Euſtath. ad v. 749. et al. „Forte ergo addit Schol. A. ab auo Molo appellauit; alter malit μολίονε pro πολεμικοὺς dictum putare; inepte, ſiue ἀπὸ τῆς κατὰ μάχην μολύνσεως, ſiue a μῶλος.“ Fuere quoque, qui patrem duplex nomen et Actorem et Molum habuiſſe dicerent: ap. Euſtath. p. 882, 15. Sed videamus de hominibus his accuratius.

Cteatus et Eurytus, Actoris, ſecundum alios Martis, et Moliones filii, duo fratres, coniuncta virtute pugnantes, corpore et robore inter ſe ſimillimi, antiqua fortitudinis fama inclaruerant, quae mythice expreſſa fuit variis modis; vt et corporibus coniuncti, συμφυεῖς, διφυεῖς, et ambo vno ouo nati, eſſe narrarentur; v. Apollod. II, 7, 2 et Notas p. 450 Schol. br. ad h. v. e Pherecyde, loco claſſico. Add. Euſtath. p. 879 extr. p. 882. ex Ibyco p. 1321. et p. 1686, 15 ex Athenaeo II, 19. p. 57. 58. Nomen eorum celebratum fuit in Heracliis. Venerant enim auxilio Augeae, contra Herculem. Inde aſſequi licet, vnde tam variis mirisque modis narratio ornata ſit. Cyclici, e quibus Pherecydes ſua hauſerat, et Pindarus Ol. X, 32 ſqq. vbi v. Schol. ab Homero diſceſſere in hoc, quod ab Hercule eos tum caeſos eſſe tradiderunt; cum Homerus eos Herculi ſuperſtites et quidem iuuenili aetate, παῖδ' ἔτ' ἐόντε v. 709 et Neſtori aequales, 708. 749. Ψ, 638 memoret. Filii eorum, Amphimachus et Thalpius, erant inter duces Achiuorum: Jl. B, 620 ſq.

Iam quod ad nomen attinet, Μολίονε, negant quidem grammatici ductum esse a matre Μολιόνη, et iure suo, si de ratione grammatica quaeritur: quid tamen si vsu id factum? Est simile exemplum Chironis, quem a matre Φιλυρίδην dictum esse constat. Nec differunt epitheta a matre ducta: *Semeleius heros. Danaeius* Perseus. Seruatum quoque nomen, vt Μολιονίδαι isti fratres nominarentur, vt ap. Apollod. II, 7, 2. Si tamen placet, a Molo auo materno dictos esse *Moliones*, (occurrit nomen etiam ap. Pindar. Ol. X, 42.) res sic erit expedienda: Si Molus filium habuit, dictus ille est Μολίων, vt filia Μολιόνη. Potuere itaque nepotes quoque, vt in aliis factum reperimus, Μολίονες vel Μολιονίδαι appellari. Omnino in patronymicis plura contra grammaticam rationem vsu probata occurrunt; vt in exemplis ad Δ, 488 allatis patet. Sic M, 117 Δευκαλίδης ex Δευκαλίων, O, 526 Λαμπετίδης ex Λάμπος ducti. Nisi fuit Λάμπος et Λάμπετος, Δευκαλίων et Δεύκαλος. Infra Ψ, 638 sollenni more dicti sunt Ἀκτορίωνε, et in hoc libro v. 749 Ἀκτορίωνε Μολίονε. Supra B, 621 Εὐρύτου Ἀκτορίωνος filii erant.

Μολίον' ἐθωρήσσοντο Lipſ.

πασσυδίῃ in capite versus habent edd. et Apollon. Lex. h. v. de quo v. dicta ad B, 12. At πανσυδίῃ est in Cant. Lipſ. Ven. sicque edd, scripserant B, 12. 19. 66. vt scriptura sibi constaret, hoc quoque loco id reuocaui; etsi per se nil refert vtrum sequaris.

710. ⸗ quod Θρυόεσσαν dixit nunc eandem, quam Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον dixerat B, 592. Erat oppidum in ipsis finibus Pyliorum et Eleorum ad Alpheum fl. mox Epitalium dictum. Strabo VIII, p. 537 A. vbi h. v. laudat. Difficultatem geographicam huius versus pugnantis cum E, 545 v. Obſſ. ad istum versum: p. 105. Versus structura sua simillimus est alteri B, 811 ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος, αἰπεῖα κολώνη, aut, vt rotundius effertur ab Apollonio Lex. p. 409 ἔστι δέ τις πόλιος προπάροιθ' αἰπεῖα κολώνη. de quo v. Obſſ. ad e. l.

711. τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ, νεάτη Πύλου ἠμαθόεντος. Barocc. vn. Vindob. ἐπ' Ἀλφειοῦ.

νεάτη. ἐσχάτη. Hesych. ad h. l. qua de voce cf. ad I, 153. νεατῇ Harlei. Pylus ἠμαθόεις· v. sup. ad B, 77. 591.

712. τὴν ἀμφεστρατόωντο. „γρ. τὴν ἄμφ' ἐστρατόωντο" Barnes. Sicque Vrat. b. me vtique probante.

713. ἀλλ', ὅτε πᾶν πεδίον μετεκίαθον, ἄμμι δ' Ἀθήνη — Interpungo post μετεκίαθον. Ab hoc enim apodosis sequitur, quam Homerus suo more per δὲ orditur. Nisi poeta maluit, quod Bentl. coni. ἄμμιν Ἀθήνη. Alii opodosin constituunt inde ab οὐδέ με Νηλεύς — Notata quoque res h. l. a Ven. A. — μετεκίαθον. διεληλύθεισαν. aliter dictum nunc ac sup. Γ, 52 μετ' αὐτοὺς ἦλθον.

ἄμμι δ' Ἀθήνη ἄγγελος ἦλθε. Patet vel ex h. l. quod saepe monui, deorum hunc interuentum et apparitionem, seu operam apparitoriam, inprimis Mineruae non esse pro Homeri inuento habendam, sed in mythis et carminibus antiquis omnino frequentatam fuisse ante Jliadem; nec omnino habendam esse rem pro poetarum commento, sed fuisse vetustiorum hominum famam et opinionem deos praesentes interuenire rebus humanis; felix persuasio! quis neget! Ita et h. l. Minerua famam de hostium aduentu vere affert, ipsa vulgat et expeditionem in eos suadet. cf. 720. 757.

715. Πύλον κάτα. vt sit κατὰ Πύλον. „γρ. Πύλον κατά. non bene." Barnes. saltem καταγείρειν exemplo caret; nec tamen analogia.

716. ἀλλὰ μάλ' ἐσσυμένους πολεμίζειν. Cant. ἐσσυμένως. quo alludit vn. Vindob. ἐσσωμένω.

718. ἔφη ἴδμεν πολεμήϊα ἔργα. Atqui, ait Sch. B. iam ante pugnauerat Nestor 671. Scilicet tum in tumultu agrestium; nunc autem acie pugnandum erat." Porro noluit pater eum pugnare curru, itaque nec inter promachos.

719. ὡς. ſcripſere veteres ὧς, quia eſt pro ὅμως. Sch. A. qua de re v. ad X, 116.

720. ἐπεὶ ὡς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη. „γρ. νῖκος, probabiliter, ait Barnes. male, addit Clarke. v. ad M, 276.

721. ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος — Laudat vſſ. 721. 722. Strabo VIII, p. 533 A. vbi de amne Minyeo agit, quem pro Anigro habet, et de Arene, vrbe circa Samicum ſita, in plaga littorali, et Pauſanias V, 6. pr. p. 387. qui cum eo conſentit. cf. ſup. ad B, 591. p. 532. 533.

εἰς ἅλα βάλλων. h. e. εἰςβάλλων τὸν ῥόον, τὸ ὕδωρ.

723. τὰ δ' ἐπέῤῥεεν ἔθνεα πεζῶν. Aberrant in ἐπέῤῥεον Mori. Barocc. Illuſtrat hinc Schol. Ariſtoph. Acharn. 26 ἀθρόοι καταῤῥέοντες, ἀθρόως ἐπερχόμενοι. exſcriptum a Suida in ἄθροι.

ἔθνεα πολλὰ Mori. Barocc. Cant.

724. ἔνθεν πανσυδίη. Alii etiam h. l. πασσυδίῃ v. ad vſ. 708. ἐνθάδε Mori. Barocc. σὺν τεύχεσι, θωρηχθέντες vidimus iam Θ, 530. vbi v. Obſſ.

725. ἔνδιοι ἱκόμεσθ' — Strabo VIII, p. 540 C. vbi de h. l. agit, ἔνδιοι, τοῦτο δέ ἐστι, κατὰ τὴν μεσημβρίαν. Sic quoque redditur vox per μεσημβρινὸς ab Heſych. vbi v. Not. et ab Apollon. Lex. qui reſpiciunt alterum locum Od. Δ, 450 ἔνδιος δὲ γέρων ἦλθ' ἐξ ἁλός. Euſtath. qui Strabonem exſcripſit, addit, fuiſſe veteres, qui ἔνδιοι redderent ἱδροῦντες, ab ἰδίω, ſudo, tanquam pro ἐνίδιοι dictum. Scriptum ἔνδειοι ap. Strabon. Euſtath. Schol. br. Apollon. Lex. l. c. in codd. Cant. Mori. Barocc. Vrat. b. A. Townl. et in edd. etiam Rom. ante Turnebum, qui ſeu caſu ſeu ratione ἔνδιοι appoſuit; nam codices ille non inſpexit; firmant tamen hoc ἔνδιοι ceteri codd. etiam Venetus. In vno Vindob. erat ἔνδειοι, et in altero adſcriptum: γρ. ἐνδ' ἠοῖ, καὶ ἔνδειοι, ἐνδεὴ (an ἐνδειὸν?) τὸ δειλινὸν ἀπὸ τοῦ ἐνδεῖν τὴν ἡμέραν. inſcite.

726. ἔνθα Διῒ ῥέξαντες ὑπερμενεῖ ἱερὰ καλά. ὑπερμενέϊ, cum diaereſi, appicta quoque in Veneto et aliis codd. et edd. ignorantia metri, emendatum erat a Turnebo:

rediit ad antiquum H. Stephanus. Suaſerat Barnes ὑπερμενέ' vel ὑπερμενεῖ. prius illud ſtructuram facit ambiguam; alterum vtique verum, et legitur in Vrat. b. A. Townl. probaturque Bentleio.

727. ταῦρον δ' Ἀλφειῷ. Townl. ταῦρόν τ'.

728. βοῦν ἀγελαίην. Apollon. Lex. ἄφετον. ἀδάμαστον. Heſych. ἄφετον νεμομένην. quae adhuc in grege paſcitur, nondum iugo ſubmiſſa. ἀδμήτη. Euſtath. qualis deſcripta eſt ſup. K, 292. In Mori. Barocc. vno Vindob. eſt ἀγελείην. at hoc aliud eſt: Δ, 128 Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη, praedatrix. Ferri poſſet quod Townl. habet, ἀγελείῃ ſcil. Ἀθηναίῃ.

729. δόρπον ἔπειθ' ἑλόμεσθα κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσι ⊱ „δόρπον. Zenodotus δεῖπνον. At, ait Schol. A. δόρπον λέγει (Homerus) τὴν ἑσπερινὴν τροφήν. εὐθέως γὰρ κατακοιμῶνται. ſcil. poſt δόρπον. vt H, 466 coll. 482. Contra ſup. v. 86 Zenodotus δόρπον legebat, vbi alii δεῖπνον, ad quem locum v. Obſſ.

ἐν τελέεσσιν. ἐν τάγμασι Schol. B. Apollon. Lex. hoc verſu adſcripto. v. ſup. ad K, 56. 470.

731. ἀμφὶ ῥοὰς ποταμοῖο. ἀτὰρ — illatus hiatus indocte, etſi etiam Venetus cum aliis eum habet. In edd. ante Turnebum erat ποταμοῖο. αὐτάρ. At ille vulgatum ex ed. Rom. repoſuit. apparet fuiſſe ποταμοῦ. αὐτάρ. Hoc iam Bentl. viderat.

732. ἀμφίσταντο δὴ ἄστυ. ferri nequit δη ϝαστυ. Emendatum iam manu Bentleii ἀμφίσταντο ϝαστυ. Eſt quoque δὴ otioſum, quod Erneſti iam monuit, ſed τὸ ἄστυ ſubſtituere volebat. Vrat. b. et Townl. δι' ἄστυ. Si aures conſulas, malueris forte ἀμφίσταντ' ἄρα ἄστυ. Male quoque interpungebatur poſt δή.

διαπραθέειν μεμαῶτες. Harl. et Ven. διαῤῥαῖσαι. addit tamen Schol. A. „γρ. καὶ διαπραθέειν.

733. ἀλλά σφι προπάροιθε φάνη μέγα ἔργον Ἄρηος. ⊱ „quod προπάροιθε h. l. de tempore, non de loco dictum. πρινὴ πορθῆσαι τὸ ἄστυ, ἐφάνη αὐτοῖς μέγας ὁ ἐσόμενος πόλεμος. *pugna incidit;* res non praeuiſa dicitur φανῆναι."

Sch. A. Notatio similis sup. K, 476 τὸν δ' Ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδών. ad q. l. vide Obss.

734. εὖτε γὰρ ἠέλιος Φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης. ⊱ „quod poeta nunc ex heroica persona ortum solis declarat supra terram; at ipse (v. c. H, 421. 2), ex oceano educit solem. Sch. A. Repetiit Eustath. Retulit haec in suam farraginem Suidas in ὑπερέσχεθε γαίης. (idem Φαέθων, λάμπων ad h. v.) Exciderunt in Hesychio, vbi tantum ὑπερέσχεθε γαῖαν· sic enim editur. Vulgare est: Sol ὑπερανέχει, ἀνατέλλει.

735. συμφερόμεσθα μάχῃ. ἐμφερόμεσθα Vrat. A.

736. ⊱ quod nonnulli καὶ Ἀχαιῶν scribunt vt sup. 693. male, et quod νεῖκος pro pugna" Sch. A. Atqui hoc iam 670 et 720 occurrebat; et saepe alibi.

737. πρῶτος ἐγὼ ἕλον ἄνδρα. Barocc. πρῶτον. κόμισσα pro ἐκομισάμην.

Excitantur versus 737—740 a Strabone VIII, p. 521 B. C. vbi de Ephyra ad Selleentem Elidis agit.

739. Ἀγαμήδην. Esse eandem quae Περιμήδη est ap. Theocr. Id. II, 16, docet Schol. ad e. l. De ea nihil praeterea constat. At Schol. br. et Schol. A. ex Cratete de Medeae aduentu in vicinam Ephyren narrant, vnde herbarum notitia in ea loca venerit; nec tamen haec Ephyra est Corinthus, sed alia ad Selleentem fl. Elidis, de qua v. docte disputantem Strabon. VIII, p. 521.

740. Φάρμακα ᾔδη. ᾔδει Cant. Vrat. b. v. ad A, 70.

743. μεγάθυμοι Ἐπειοί. Iterum Ἀχαιοὶ Mori. Barocc. Vide ad 736 et 693.

746. ⊱ quod in poeticam orationem euagatur heros, qui loquens inducitur a poeta.

αὐτὰρ ἐγὼ ἐνόρουσα. ἐπόρουσα Cant. Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. A. vn. Vindob. Ven. Eustath. et ed. Flor. At ἐνόρουσα statim Ald. 1. intulit. Vtrumque bene dictum et frequenter; ἐνόρουσα hoc ipso libro 146. 217.

747. ἀμφὶς ἕκαστον, immo αμφι ϝεκαστον. Et est quoque in Eustath. varietas lectionis notata: δύο ἀμφὶς ἕκαστον, ἤγουν, ἀμφὶ ἕκαστον. p. 882, 10.

749. *καί νύ κεν Ἀκτορίωνε Μολίονε παῖδ' ἀλάπαξα.* ⊱ „quod ex h. l. Hesiodus cognomine Actoris et Moliones filios eos tradidit, cum e Neptuno nati essent." Haud dubie in Catalogo mulierum. Ita tamen grammaticus sumit duo, de quibus ambiguitur: primum, Hesiodum ex Homero profecisse; alterum, Hesiodum fuisse auctorem Catalogi. De Ἀκτορίωνε Μολίονε v. sup. ad 708.

750. ⊱ quod de eorum (Cteati et Euryti) corpore quaeritur: fuerintne *συμφυεῖς*, an vterque *διφυής*." Sch. A. Vt intelligas, quorsum hoc spectet, ex antiquis fabulis haec tenebis: cum apud Homerum Ψ, 641 *δίδυμοι* dicti sint, qui aurigando Nestorem vincerent *πλήθει* v. 639. cumque iidem, ab alio forte poeta, appellati essent *συμφυέες*, quod et Apollodor. seruauit lib. II, 7, 2. probabiliter, quia coniunctis viribus pugnabant, (addunt paullo argutius, et tam concordes et vnanimes, vt aut duo corpora vna anima regi aut duae animae in vno corpore esse viderentur, *φιλάδελφοι, καὶ μιᾷ ψυχῇ ἐν δυσὶ σώμασι διοικούμενοι* ap. Eustath. p. 882, 29.) in miraculum res aucta est, vt vtriusque corpus in vnum coaluisse, ab aliis, praeeunte Pherecyde (v. Sch. br. ad Λ, 708) vterque binis corporibus diceretur fuisse: in his fuit Ibycus cuius seruauit versus Athen. II, p. 57 F. 58 A. vnde sua petiit Eustath. p. 1321, 19. p. 1686, 45. cf. Notam ad Apollod. p. 450. 1. quae supplenda est ex supra dictis. Nolo enim ea exscripta h. l. redhibere.

752. *ἔνθα Ζεύς.* Eustath. recitat *ἔνθα θεός.*

753. *τόφρα γὰρ οὖν ἑπόμεσθα δι' ἀσπιδέος πεδίοιο.* ⊱ *πρὸς τὸ σημαινόμενον τῆς λέξεως· διὰ σπιδέος πεδίοιο.* h. e. respectu significatus voc. *διὰ σπιδέος*. Scilicet ita legitur in Ven. idque probat ipse auctor Scholii, in quo praeterea apponuntur fere haec: Dissensus fuit grammaticorum primum in lectione tum in vi et significatu. *διὰ σπιδέος* legerat Aristarchus, e quo haec repetita video: „nonnullos legere *δι' ἀσπιδέος*, quia non incommode poeta videtur dicere *ἀσπιδὲς πεδίον*, campum magnum, latum et quaquauersus, circumcirca, in orbem paten-

tem et hactenus clipeo fimilem; at alios accipere ἀσπιδέος, τοῦ πολλὰς ἀσπίδας ἔχοντος, quandoquidem fubiicit: ἀνὰ δ' ἔντεα καλὰ λέγοντες. (hoc Ptolemaeum Afcalonitam fequutum effe neceffe eft, initio Scholii, quod emendandum.) At, pergit Ariftarchus, alii plene διὰ σπιδέος legunt et reddunt πολλοῦ καὶ μακροῦ. Aefchylus enim faepe hac voce vfus eft, (in deperditis puta fabulis) dum dicit σπίδιον μῆκος ὁδοῦ. et Antimachus: — οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι, h. e. οὐδὲ μακρόθεν. (quod Antimachi fragmentum non latuit Schellenbergium in Comment. de Antimacho p. 108.) Et haec quidem Ariftarchus, quem exfcripfit Etymologus, et fequuntur Sch. br. Suidas et Hefychius in δι' ἀσπιδέος π. et in ἀσπιδὲς πεδίον. Idem tamen et alterum habet in σπιδὲς, σπίδιον, et σπιδέος. vid. ad ea loca viri docti. Dilucidauerat quoque vtramque lectionem Alexio grammaticus. Etiam Zenodotus διὰ σπιδέος ediderat, fed explicuerat τοῦ ἀπόρου (leg. ἀσπόρου) καὶ τραχέος (καὶ μεγάλου haec deleo). At Amerias διὰ σπιδέος, τοῦ πολλοῦ καὶ εὐρέος καὶ μεγάλου, quibus, vt dixi, Sch. A. affentitur; effe enim frequentem talem vfum apud veteres. διὰ σπιδέος etiam Herodianus, et qui aetate antecellit Apollonius Lex. διὰ σπιδέος. μεγάλου. laudato hemiftichio, vbi cf. Not. Villoif. et Tollii: quorum hic in lectionem διὰ σπιδέος pronior eft. Etymon vocis σπιδὴς eft ap. Euftath. p. 882, 54. ex σπίζω, τὸ ἐκτείνω. et p. 996, 22 ipfa vox ἀσπὶς inde ducta effe pronuntiatur.

Iam δι' ἀσπιδέος πεδίοιο, quod vulgo legitur, agnofcitur a Ven. B. cuius Schol. diuerfos quoque fignificatus apponit: aut effe κυκλοτερῆ, alios reddere τοῦ ἀσπίδας (excidit πολλὰς) ἔχοντος διὰ τὸ πλῆθος, alios, in quo multi clipei caeforum iacent; alios reddere, τοῦ ἐπιμήκους. Legerat quoque δι' ἀσπιδέος in fuo Sch. br. auctor et Euftath. etfi et alterum norat atque explicat. Praetulit lectionem Crates et Afcalonita. In Cratete tamen fides vacillat: nam in Sch. A. quidem eft: Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ α γραφὴν (ἀσπιδέος) καὶ Ζηνόδοτός δε

συνχίνεῖ τῇ δίχα τοῦ α γραφῇ· poteſt enim videri et prio-re loco τὴν δίχα τοῦ α γραφὴν legendum eſſe; atque ſic legitur ap. Etymol. in δι' ἀσπιδέος p. 271 l. 21. Sed illud ſcholion eſt mendoſum: quae ibi laudantur ab initio, non ſunt Cratetis, ſed Ariſtarchi: exſcriptum enim eſt totum Scholion, quod in Ven. A. legitur. Iam, vt ex tricis his tandem emergamus, ſi, omni auctoritate, quippe quae in vtramque partem fertur, ſepoſita, criticis argumentis vtimur, facile patet, vetere ſcriptura continua cum exaratum accepiſſent, grammaticos ignoraſſe vocem antiquatam σπιδὴς, et effeciſſe vocem ἀσπιδὴς, cui notionem ex contextu ſubiecere, nulla cum auctoritate vel analogia grammatica. Itaque non tam Veneti aut Ariſtarchi auctoritate quam ex criticis rationibus tanquam verum praeferendum arbitratus ſum διὰ σπιδέος. Etſi alioqui et ἀσπιδὴς eodem ſenſu quo σπιδὴς dictum eſſe potuit; verum eius vſus auctoritatem nullam habemus. Recepiſſeque Wolfium, V. C. e Veneto Ariſtarcheam lectionem in altera editione video.

755. 6 et 9. recitat Strabo VIII, p. 541 A. et p. 525 C. cf. ſup. B, 615—7.

756. Ἀλεισίου. Ἀλισίου legit Ven. et Sch. A. quae ſcriptura eſt Ariſtarchi: τὸ Ἀλίσιον. Mirum tamen quod idem Venetus ſup. B, 617 Ἀλεισίου exhibuerat. At vero peccatum ſimiliter in edd. vt cum vno Vindob. Ἀλησίου nunc exhiberent, cum Ἀλείσιον ſupra habuiſſent; factum vitio Aldinae ſec. cui tamen Euſtath. concinit, et ed. Rom. Ἀλησείου. Recte mutauit Wolf. Eſt quoque Ἀλεισίου in codd. Cant. Mori. Barocc. Harl. Lipſ. Townl. Vrat. b. A. et in Sch. br. Vid. ad B, 617. Porro alii cum eodem iungunt: Ἀλισίου ἔνθα κολώνη. Sic Demetrius Scepſius, qui de tumulo Aliſii accipiebat. Addiderat Ariſtarchus, Aliſium fuiſſe vnum e procis Hippodamiae. Atque etiam Strabo ſic accepit vt ſit ἔνθα Ἀλεισίου κολώνη κέκληται lib. VIII, p. 525 C. Idem iterum alio loco laudat verſus 755. 6. 9. vbi docet non Meſſeniae Pylum eſſe poſſe hunc Neſtoris p. 541 A. vbi male

editur Ἀλησίου. At alii feiungunt, vt fit Ἀλίσιος vrbs, et Κολώνη locus alius ita appellatus. Etiam Euftath. p. 883, 8. Adoptaui prius.

757. ἔνθα Κολώνη κέκληται. Legitur κέκλιται, ὅπου ἡ Κολώνη παράκειται ap. Etymol. in Ἀλείσιον. cum metri vitio: quod etiam eft in vno Vindob.

758. ἔνθ' ἄνδρα κτείνας πύματον λίπον. ⊱ quod ἔνθα eft ibi. et quod Ἀχαιοὶ funt Pylii: non autem Elei (v. fup. 693.)

ἔνθ' ἄνδρας κτ. ed. Steph. vitio puto operarum. Obferuatur quoque ambiguitas: poteft effe πύματον ἄνδρα eorum, quos occiderat, et, extremo in ordine Eleorum. Tum iungenda ἄνδρα κτείνας, non ἄνδρα ἔλιπον; et λιπεῖν abfolute, λίπον *discessi*, vt faepe; fiue fuppleas αὐτόν; quod damnabat Koeppen; fiue αὐτούς.

759. ἄψ ἀπὸ Βουπρασίου: vn. Vindob. ἐπί.

761. ὣς ἔον, εἴποτ' ἔην γε μετ' ἀνδράσι. ὣς ἔην Mori. Sed ἔον hic et Ψ, 643 vbi ὣς ποτ' ἔον. cum alias femper fit ἔην. Mirum autem variari ἔον. ἔην. etfi εἴποτ' ἔον Lipf. duo Vindob. De forma vocis cf. Euftath. p. 883, 17.

762. οἶος τῆς ἀρετῆς ἀπονήσεται. — τῆς erit ταύτης. non fatis commode. Requirebatur: *fuae* virtutis fructum folus capit, *fibi* foli eam feruat: atqui hoc eft ἧς, ἑῆς, ἀρετῆς. Emendauit Bentl. Οἶος ἧς ἀρετῆς.

763. μετακλαύσεσθαι. Lipf. et vn. Vindob. μετακλαύσασθαι.

764. ἦ κεν vitium ed. Erneft. Idem fere verfus erat I, 252 in Vlyffis oratione. De re in fqq. expofita v. in Nota ad vf. 764.

765. 9. Laudat locum Schol. Lycophr. 278. fed parum diligenter.

766. vsque ad 784. — verfus XIX ἀθετοῦνται. Idque iam olim Ariftophanes fecit. Non adiicitur, fueritne varietas in codicibus; verum cauffae petuntur ex ipfis rebus et verbis: Scilicet expofita iam erant haec ἐν Λιταῖς, h. libro XI. (Jl. J.) ab Vlyffe apud Achillem; nec tamen conueniunt fatis inter fe; nam ibi Peleus praecipit

Achilli, vt animum ad manſuetudinem et facilitatem componat I. 254—258. at nunc 782. 3 αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Porro, quod adeuntes excipit nunc Achilles, Peleus autem ſedet otioſus: 776. 7. 8 et 771—4. Atque hoc Peleum facere par erat, tanquam patremfamilias, et aduenientibus viris principibus, amicis, Vlyſſe quidem cum Neſtore magno iam natu. Tandem orationem eſſe exilem in illis: ἦρχον ἐγὼ μύθου ſqq. 780. Haec fere habentur in Sch. A. Ponit nonnulla Sch. B. ita vt videatur verſus tueri velle; ſed ſunt ea admodum ieiuna. Vix aliquis auſit arbitrium ferre. Cauſſae memoratae ineptae ſunt; potuere enim plura monita a Peleo dari; adeoque altero loco memorari alia. Peleo cum maxime in re ſacra facienda occupato, et libationem faciente, Achilles, foribus aulae obuerſus aut propior, adeuntibus ſe offerre potuit. Sic Od. Δ, 20 Telemacho ad fores aulae adſtanti occurrit Neſtoris θεράπων vt Od. A, 103. 118 Telemachus Mentorem excipit in foribus ſtantem. Verborum tenuitatem eleuare velle, quam in tot aliis locis ferimus et probamus, nolim. Nec vero indigna Neſtore oratio ad res parum neceſſarias memorandas aberrans. Altera tamen ex parte fatendum, poſſe nos bene carere toto loco, quo oratio impedita ſit; et adſutum hoc videri a rhapſodo qui Neſtoris ingenium aemulari vellet.

766. νῶϊ δέ τ' ἔνδον ἐόντες — „quod νῶϊ ſine ν pro ἡμεῖς vel ἡμᾶς." At haec ex grammatica erant tenenda: v. ad Θ, 352. 377. δὲ ἔνδον Venetus vterque.

767. ὡς ἐπέτελλε. vn. Vindob. ὡς ἐκέλευε.

768. Πηλῆος δ' ἱκόμεσθα. δὲ pro γὰρ, Schol. B. δόμους εὖ ναιετάοντας, domum bene ſitam, iam ſup. B, 648.

769. λαὸν ἀγείροντες κατ' Ἀχαιΐδα πουλυβότειραν. Schol. A. „in alio καλλιγύναικα." et hoc pro var. lect. Euſtath. p. 875, 52 et Vrat. b. habent, recitatque Schol. Lycophr. 276. idque vidimus iam ſup. B, 683. Γ, 258. I, 447. Obſeruat Euſtathius, l. c. epitheto hoc ab He-

ſiodo etiam Chalcidem Euboeae, a Nymphodoro autem Tenedon inſulam, ornari. Praefert h. l. καλλιγύναικα, quod et Townl. c. vno Vindob. exhibet, Bentleius, quia πουλυβότειρα γαῖα quidem occurrit, non autem regionis nomen proprium, vt h. l. Achaia.

ἀγείροντες. Erat ἀγείραντες in edd. excepta ed. Rom. e qua alterum intulit Stephanus, ἀγείροντες. firmaturque hoc per codd. Vrat. b. duo Vindob. Townl. Ven. Schol. Lycophr. 276.

770. ἐνθάδ' ἔπειτ'. ἔνθα δ' edd. ante Barnes.

772. πίονα μηρία καῖε βοὸς — eſt Ariſtarchea lectio et Ionica. Erat ἔκαιε in Flor. et Ald. 1. Vulgo μηρί' ἔκηε inde ab Ald. 2. et in codd.

μυρί' vitium ed. Steph. βοῶν Barocc. Mori. vn. Vindob. et pro var. lect. Harlei.

773. αὐλῆς ἐν χόρτῳ. Apollon. Lex. h. v. ἐν τῷ περιωρισμένῳ τόπῳ τῆς αὐλῆς. Repetit eadem Heſych. h. v. et χόρτος, ὁ περίβολος τῆς αὐλῆς. Schol. A. cum Schol. br. „ἐν τῷ περιφράγματι τῆς αὐλῆς. χόρτοι δὲ οἱ τρόχαλοι." Sic et Euſtath. cuius bona nota ex antiquis excerpta eſt. Sunt autem τρόχαλοι vel τροχαλοί, iidem, qui τρόχμαλοι, parietes ex lapillis ſeu caementis coagmentati. Etymologus: τρόχμαλος, ἡ ἐκ λίθων στρογγύλων αἱμασιὰ, ἡ περιῳκοδομημένη τοῖς χωρίοις. τρόχμαλα γὰρ κυρίως λέγονται οἱ μικροὶ λίθοι, οἱ κάχληκες, παρὰ Λυκόφρονι" ſcil. v. 1064 vbi metro reddenda eſt ea vox pro τροχαλῷ. στήσουσι χαστῷ τροχμαλῷ κατηρεφές. Apud Nicandr. Ther. 142 ſunt τρόχμαλα. ἀνιχνεύουσι δὲ πάντα τρόχμαλά θ' αἱμασιάς τε. κάχληκες autem ſunt iidem qui alias χάλικες, nec vox eſt mutanda: quod cenſebat vir doctus in Miſcell. Obſſ. Vol. III, p. 269. Simile quid declarare voluit Etymol. in χόρτος. χόρτῳ γὰρ, inquit, ἀντὶ τειχέων ἐχρῶντο, vt etiamnum ait more haberi in Lycia, et Schol. Eurip. ad Androm. 17 ἐν χόρτοις, lapillis deinceps humi ſparſis, διέγραφον τὰς πόλεις οἱ ἄρχοντες· (leg. οἱ ἀρχαῖοι) Ἀλέξανδρος δὲ ὀσπρίοις ἢ ἀλεύροις· reſpicit Alexandriae moenia. v. Arrian. III, 2. et al. Alia

voce vſus eſt Schol. A. in quo haec leguntur: χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ, Heſych. autem: τριγχὸς, περίΦραγμα. Idem quod θριγκὸς Od. H, 87. P, 267. et quod communi nomine ἕρκος. Generali notione de aula omnino ac ſepto accipiunt plerique alii. cf. Schol. br. ad Ω, 640 αὐλῆς ἐν χόρτοισιν. Apud Athen. V, 3. p. 189 F. eſt locus ὑπαίθριος, ἔνθα ἦν ὁ τοῦ Ἑρκείου Ζηνὸς βωμός. ita vt videatur conuenire *cors* Romanorum: quod arbitrantur Clarke et Erneſti ad Ω, l. c. add. Geſner. ad Orph. Argonaut. 191. Si a veterum auctoritate eſt ſtandum, ὁ χόρτος poſt Homerum alium ſignificatum nactus eſt, vt eſſet pabulum, foenum, cibus: quo ſenſu illuſtrata eſt vox ad ſcriptores noui Foederis. Putes inuerſe vocem primo deſignaſſe herbam, tum locum herboſum, tandem cortem. Eſt quoque χόρτος pro pabulo apud Heſiodum Ἔργ. 606 χόρτον δ' ἐςκομίσαι. ſi modo verſus eſt Heſiodeus. Latius χόρτον omnino de habitatione, terra, dixere poetae. Ap. Eurip. in Andromache 17 σύγχορτα ναίω πεδί', ἵν' ἡ θαλασσία Πηλεῖ ξυνῴκει Θέτις. cui ſimilem verſum alterum ex Schol. Ven. A. addes Fragmentis ex Antiope a Valken. congeſtis: σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς Ἐλευθεραῖς.

ἔχε δὲ χρύσειον ἄλεισον. De voce ἄλεισον multa apud grammaticos leguntur, nullo cum fructu, et apud ipſum Apollon. Lex. h. v. qui poculi tornati genus fuiſſe ait, ἀπὸ τοῦ λείος. Bentleius Scholion Heſychii ἀλίχρυσον emendabat: ἀλείσιον χρυσοῦν, ποτήριον περιΦερές.

775. σΦῶϊ μὲν ἀμΦὶ βοὸς ἕπετον. Barocc. ἀμΦὶ βοῶν.

776. στῆμεν ἐνὶ προθύροισι. ταΦὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεύς. Primo: προθύρῃσι Vrat. b. idem δῖος ante Ἀχιλλεὺς metro inuito inſerit. ταΦὼν dictum iam vidimus de Achille I, 193. adeuntibus Vlyſſe et Aiace.

780. ἦρχον ἐγὼ μύθοιο, κελεύων ὔμμ' ἅμ' ἕπεσθαι. Euſtathius habet: ὔμμ' ἄμμιν ἕπεσθαι. Vnde Bentl. coni. — μύθου, κελόμην τ' ὔμμ' ἄμμιν ἕπεσθαι. Eſt tamen ἅμα ἕπεσθαι vſitatum; κελεύων ὑμᾶς ἅμα σὺν ἡμῖν ἕπε-

σθαι. Nec quicquam mutat Sch. Lycophr. 276 qui locum recitat.

781. σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον, τὼ δ' ἄμφω πόλλ' ἐπέτελλον. σφὼ ſcripſi, pro σφῷ ſecundum ea, quae aliis locis disputata ſunt: v. ad Α, 574 et de νὼ ad Ε, 219. Ex σφῶϊ, *vos duo*, quod modo 775 occurrebat, debebat eſſe σφῷ non σφῴ, ſed vſus obtinuit vt ſcriberetur σφώ. Scilicet omnino dualis in ι formabatur τωϊ τωϊν, et tamen hinc mos fuit ſcribere τὼ, ſicque alia. σφῶϊ Euſtath.

ἠθελέτην Zenodotus. quae eſſet tertia perſona. In Mori erat οἱ δ' ἄμφω.

782. Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδί. „γρ. μὴν" Barnes. At fuit μεν ϝῳ παιδι.

783. verſus iam ſup. Ζ, 208 lectus ex ore Glauci.

784. σοὶ δ' αὖθ' ὧδ' ἐπέτελλε. αὖ pro αὖθ' Mori.

785. τέκνον ἐμὸν, γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς. — „quod Archilochus τὴν ὑπερτέραν dixit τὴν νεωτέραν· — οἵην Λυκάμβεος παῖδα τὴν ὑπερτέρην. ἀντὶ τοῦ, τὴν νεωτέρην." Sch. A. quod intelligas, ſi Sch. br. inſpexeris: — ἢ νεώτερος. Ἴωνες γὰρ ὑπέρτερον, τὸν νεώτερον. et Sch. B. ad 784 et Euſtath. Scilicet haec eo ſpectant, quod fuere, qui ὑπέρτερον h. l. acciperent *minorem natu:* e contexto puto, quia ſequitur: πρεσβύτερος δέ σύ ἐσσι. Recte in eodem Scholio monetur id repugnare etymo; eſſe enim ὑπέρτερος ὁ ὑπερέχων, et h. l. quidem γένει, τῇ γένους ἀξίᾳ, τῇ εὐγενείᾳ. Probat hoc quoque Sch. B. monens tamen, Tragicos nonnullos ὑπέρτερον accepiſſe *maiorem natu*, et Achillem appellaſſe πρεσβύτερον; id quod verſui ſequenti repugnat. Etymol. in γενεὰ — ἐπὶ δὲ τῆς εὐγενείας· γενεῇ μὲν ὑπέρτατός ἐστιν Ἀχιλλεύς.

Ceterum ex h. l. maxime ducti eſſe videntur poetarum luſus de Achillis et Patrocli amoribus, etſi diuerſis modis conſtituti, modo vt Patroclus eſſet Achillis, modo vt Achilles Patrocli eſſet amaſius. Cum Patroclus natu maior fuerit, videtur conſentaneum eſſe, vt eſſet

ille ὁ ἐραστής, Achilles ὁ ἐρώμενος. Ita quoque proditur in noto loco Platonis Sympoſ. p. 180. (ed. Bip. p. 181) vbi Achillis propter hoc ipſum dicitur eo maior eſſe laus, quod Patroclum morte certa propoſita vltus eſt, vtpote ἐρώμενος, quam ſi ὁ ἐραστής illud ipſum feciſſet: διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλλέα (τῆς Ἀλκήστιδος ex interpolatione manifeſta profectum eiiciendum eſt) μᾶλλον ἐτίμησαν, εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. Tragicis tamen et primo quidem loco Aeſchylo in Myrmidonibus (ap. Athen. XIII, p. 601 coll. 602 E.) placuit contrarium ſtatuere et Achillem amatorem Patrocli prodere: forte dramatum argumento, vt ab ipſis erat conſtitutum, id ſuadente aut poſtulante; reprehenſum fuit id iam a Platone laudato in loco; neque enim, ſi recte ſententias iunxeris, locum Platonis cum Valkenario ex interpolatione profectum arbitraberis. Ab Aeſchylo id acceperat Sophocles in dramate Satyrico, in Ἀχιλλέως ἐρασταῖς. Potuit eo ducere locus, quo Achilles patri Menoetio pollicitum ſe eſſe profitetur reductum a ſe iri Patroclum in patriam (Jl. Σ, 324 ſqq.) quod vtique amatori magis conſentaneum eſſe videtur; ipſe Homerus diſerte nihil tradidit obſeruante id quoque Aeſchine in Timarchum p. 149. ed. R. ἐκεῖνος γὰρ, πολλαχοῦ μεμνημένος περὶ Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλέως, τὸν μὲν ἔρωτα, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῶν τῆς φιλίας, ὑποκρύπτεται. Sequuti tamen hoc ſunt alii ſcriptores, vt Achillem amatorem et Patroclum amaſium ederent, Tragicis potiore loco habitis. Ita Apollod. III, 13, 8 extr. et Lucian. Amor. ſub f. etiam Sextus Pyrrhon. Hypotyp. III, 24 p. 176. vbi Fabric. laudat Politian. Miſcellan. c. 45 et Drelincurt. Achill. Homer. p. 13. Plura haud dubie teneremus, ſi Phanoclis Elegi, Ἔρωτες ἢ Καλοὶ ad nos perueniſſent. Similem amorem inter Achillem ἐραστὴν et Antilochum Neſtoris f. conſtituerunt ſeriores, vt ex Philoſtrati Imagg. II, 7 apparet; cuius commenti cauſſas ex tumulo Antilochi, proximo apud Achillis et Patrocli tumulum loco facto, Od. Ω, 78. ductas eſſe ſuſpicor.

786. πρεσβύτερος δὲ σὺ ἐσσί. (non σύ ἐσσι) πρεσβύτερος h. l. καθ' ἡλικίαν ait Apollon. Lex. h. v. σὺ ἐσσί hiatum explet Bentl. σύ γ' ἐσσί. recte.

787. ἀλλ' εὖ οἱ Φᾶσθαι πυκινὸν ἔπος ἠ ὑποθέσθαι. Pro var. lect. ἠδ' ὑπακοῦσαι est ap. Eustath. p. 875, 60. quae alienum sensum praebet. Barnes sibi placet in Φᾶσθαι. Atqui a Φημὶ, Φάμαι, ἐΦάμην, est Φάσθαι, vt scriptum quoque est in ed. Rom. Φᾶσθαι aut est pro πεΦᾶσθαι, aut a Φάω, Φάεσθαι.

789. Idem versus erat I, 259.

790. ταῦτ' εἴποις 'Αχιλῆϊ δαΐΦρονι, αἴ κε πίθηται. Hiatum in δαΐΦρονι αἴ κε non notauit Bentl. ferri tamen ille h. l. potest propter vocem quiescentem. Forma αἴ κε πίθηται aliquoties occurrit: A, 420 et al. At ταῦτ' εἴποις, quod repugnat Homericae rationi: ταυτ' ϝειποις. Bentl. em. ϝείποις ταῦτ' 'Αχιλῆϊ. Potuit tamen simpliciter scriptum esse τὰ ϝείποις.

791. τίς δ' οἶδ'. nec hoc Homericum: etsi iterum Π, 860 occurrit. Fuit τις ϝοιδ' ει κεν ϝοι vel κε ϝοι. In vno Vindob. ὀρίνεις. Versus 791. 2 repetit Patroclus O, 403. 4.

792. παρειπών. ἀγαθὴ δὲ παραίΦασίς ἐστιν ἑταίρου. Barnes: „γρ. παῤῥειπών." At hoc non necesse. v. ad Z, 62. ipsum enim ρ pronuntiando geminatur. Alio loco vidimus μή σε παρείπῃ A, 555 vbi v. Obss. De παράΦασις v. Hesych. h. v. Spectat vtraque vox παρειπεῖν et παραΦάσθαι, a παράΦημι, ad suasionem et hortatum, quo quis a sententia deducitur: v. M, 249 et al. Inde est simpl. monere, vt H, 121 αἴσιμα παρειπών. et παράΦημι, παραμυθοῦμαι Apollon. Lex. Alius vsus vocis est de fraude, de qua quis fallit alterum, vt Ξ, 217 vbi v. Obss. Od. Τ, 6.

Pro ἀγαθὴ δὲ quod vbique legitur, etiam ap. Apollon. Lex. est ἀγαθοῦ ap. Porphyr. ad K, 166. At ἀγαθοῦ subintelligi vult Eustath. p. 884, 50 cum Schol. br.

793. 794. ÷ Zenodotus vtrumque versum sustulerat: cum tamen, quod Sch. A. subiicit, necessarii sint ad

Achillem pungendum et prouocandum, εἰς ἐρεθισμὸν Ἀχιλλέως." Atqui is non audiebat Nestorem. Equidem nec minus rhapsodi acumen in his et sequentibus subodoror. v. ad 797. — ἐπέφραδεν a πεφράδω.

795. ἀλλά σέ περ προέτω. Cant. σὲ μέν.

796. αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι. vn. Vindob. cum Barocc. ἤν πού τι. Mori γένηται. Eustath. γένοισθε ἢ γένηαι.

797. Vix bene hoc consilium Nestori iam tum in animum inducere poeta potuit, vt Patroclus armis Achillis indutus terreret Troianos; hoc potius ex ipsa re, nec praeuisum, euenire debuit. Saltem poeta sic melius suae caussae consuluisset. Saltem tolerabiliores sunt infra, Π, 36 — 45. vbi a Patroclo recitantur iidem versus qui hic sunt 793 εἰ δέ τινα — 802. Rhapsodi foetum puto esse antiquioris tamen versus 793 — 802. qui ex eo, quod inf. Π, 36 sqq. a Patroclo vere factum narratur, in hunc locum retraxit. Substitit, vt probabile fit, Nestoris oratio in v. 792. nihil tamen de iis monitum video vsquam.

798. αἴ κε σε τῷ ἴσκοντες. Aristarchus scribere iubebat εἴσκοντες, cum aliis locis sit εἴσκοντες. At Alexio ἴσκοντες, cui adstipulatur Schol. A. cf. Etymol. vbi hic versus laudatur, in ἴσκομεν et in διδάσκω. Aristarchea lectio εἴσκοντες est in cod. Lips. et in Apollon. Lex. εἴσκοντες est reponendum pro εἴσκοντες, ὁμοιοῦντες. Iterum inf. Π, 41 αἴ κ' ἐμέ σοι ἴσκοντες. e quo loco hos versus nostros 798. 9. 800 suspicor ab interpolatore esse sublectos. De voce ἴσκειν v. ad Od. Τ, 203.

800. τειρόμενοι. ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο. Multa cumulant Schol. A. B. sed a verbis et loquendi vsu aliena. Si sensum habet versus, subintelligendum est γένηται. vt plena oratio est Τ, 201 ὁππότε τις μετὰ παυσωλὴ πολέμοιο γένηται. At totus versus ineptum est commentum rhapsodi antecedentem versum alio modo eloquentis; etsi ille repetitur infra quoque Π, 43. cum ceteris; et iterum intempestiue inserti sunt duo versus Π,

42. 43 alio loco, Σ, 200. 201. Tantopere ſibi homines his pannis aſſuendis placuere.

ἀνάπνευσις. Lipſ. ἀνάπαυσις ex interpretatione.

801. 802. — ※ „ἀθετοῦνται vterque et aſteriſcis notantur, quia opportuniorem locum habent infra ſub Patrocli egreſſum ad pugnam Π, 44. 45. cum fere defeſſi erant pugnando" Schol. A. Recte ſane, quandoquidem totus locus 793—802 adumbratus eſt, vt opinor, ex Π, 36 ſq.

Verſus Ven. B. quoque habuit; ſed Schol. B. cuius ſtudium plerumque in frigidis disputationibus, ethicis inprimis, ſubſiſtit, ἀΰτῇ vult eſſe pro ἀΰτῃ μόνῃ ἢ βοῇ. atqui ἀΰτῇ manifeſte eſt, pugna. Monet quoque Schol. A. iungenda eſſe κεκμηότας ἀΰτῇ, non ἀΰτῇ ὤσαισθε.

ῥεῖα δέ κ' ἀκμῆτες. Ita e Rom. ed. emendauit Turnebus, cum edd. Flor. Aldd. exhiberent ῥεῖα δ' ἀκμῆτες. cum vitio metri. Sed ſana lectio eſt in codd. etiam in Veneto, et Apollon. Lex. ἀκμῆτες, ἀκοπίαστοι. verſu hoc adſcripto, et iterum in ἀΰτῇ.

802. ὤσαισθε προτὶ ἄστυ. Alii ap. Euſtath. cum Mori. Barocc. Vrat. b. A. duob. Vindob. Harl. Lipſ. ἄσεσθε. forte quia in codd. δέ κ' in antec. vſ. exciderat.

804. βῆ δὲ θέειν παρὰ νῆας, vn. Vindob. βῆ δ' ἰέναι. Townl. ἐπὶ νῆας.

806. ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε. ⸎ πρὸς τὸ τοῦ στρατοπέδου διάγραμμα, quod in mediis caſtris nauticis (ἐν τῷ ναυστάθμῳ) locus erat θεατροειδὴς ad concionem copiarum. v. Not. Ad ἀγορὰν declarandam τὰ ὤνια Sch. br. cum Sch. A. τὰ δικαστήρια perperam memorant; cum ſit ſimpliciter locus, in quo ius dicebatur a regibus.

807. ἦην, τῇ δὴ καί σφι θεῶν, ἐτετεύχατο βωμοί. Pro ἦην, εἶεν Barocc. ἦην plusquamperfectum eſſe contendit Knight p. 95 pro ἤειν. ita h. l. eſſet pro ἤει, ἦη. Nil refert; pro imperfecto an pro plusquamperf. habeas: fuit ἔην tertia perſona et ἦην. Occurrit vox in Inſcript. in Regillam 38.

θεῶν βωμοί. θεῶν πατρῴων cuiusque exponit Sch. A. cum Sch. br. *βωμὸς* vn. Vindob.

808. *ἔνθα οἱ Εὐρύπυλος βεβλημένος ἀντιβόλησε.* Laudat Sch. B. oeconomiam carminis, quod hoc occurſu Eurypyli vulnerati animum Patrocli tanto magis commoueri neceſſe fuit.

ἀντιβόλησε. Pro hoc *ἀντεβόλησε* Ven. Townl. et Sch. br. *ἀντεβόλησε. συνέτυχε.* Alterum tamen alibi quoque legitur.

810. *σκάζων ἐκ πολέμου* iungunt; praeſtat *ἐκ πολέμου (ἐρχόμενος) ἀντιβόλησε σκάζων.*

κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρὼς ὤμων καὶ κεφαλῆς. In *νότιος* argutantur Sch. A. et B. Sch. br. Euſtath. *ὑγρὸς, ἢ πολὺς, ἢ ἐκ τοῦ νοσεῖν τὸ σῶμα γενόμενος.* Etymol. p. 607 f. his addit, eſſe pro *νώτιος ἀπὸ τοῦ νώτου, κατὰ νώτου φερόμενος.* Atqui eſt *ὑγρὸς, ἀπὸ τῆς νοτίδος, ὑγρασίας.*

812. *αἷμα μέλαν κελάρυζε.* De hac voce v. ad Φ, 261.

813. *Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. ἄλκιμος.* „*γρ. ἀγλαὸς*" Vrat. b.

815. *ἆ δειλοί. ὦ δειλοὶ* Mori. Barocc. at *ἆ δειλοὶ* Heſych. p. 2.

816. *ὡς ἄρ' ἐμέλλετε τῆλε φ.* ⟶ „quod dictum pro: *ὡς ἄρα εἰκὸς ἦν, ὡς ὑποκείμενον ἦν ὑμῖν τὸ παθεῖν!*" Apollon. Lex. *ἐμέλλετε. ἐοίκατε.* verſu hoc adſcripto.

817. *ἄσειν — κύνας ἀργέτι δημῷ.* Sch. br. *τῷ λευκῷ λίπει.* et Apollon. Lex. h. v. *τῷ λευκῷ καὶ ἀργῆτι.* add. Heſych. in *ἀργέτι δημῷ.* Scilicet pro *ἀργὸς* eſt alia forma *ἀργὴς, ῆτος,* vt Γ, 419 *ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ,* et *ἀργέτος.* cf. Etymol. *ἄσσειν* Barocc. male. *ἄδω. ἄσω. κορέω.* v. ſup. ad E, 203 et K, 98. Iunctum eſt h. l. cum tertio caſu, alias *αἵματος* vt E, 289. Ab *ἄω* ducit *ἄσω* Etymologus in voc. *ἄδην* ex Orione. cf. inf. ad N, 315.

819. *ἦ ῥ' ἔτι που σχήσουσι πελώριον Ἕκτορ' Ἀχαιοί. σχήσωσιν. ἐπίσχωσι. κωλύσωσι.* Sch. br. poſſit ſimilibus exemplis defendi ſed opus non eſt. Et Apollon. quoque *σχήσουσιν. ἐφέξουσιν.* vnus Vindob. *ἦ ῥά τί που.*

821. Εὐρύπυλος πεπνυμένος. Ven. βεβλημένος, (Sch. A. tamen alterum agnofcit) item Mori, Barocc. Vrat. b. cum πεπνυμένος pro variante. forte ex 808.

822. οὐκέτ' Ἀχαιῶν ἔσσεται ἄλκαρ. ἀλέξημα, verfu hoc recitato, interpretatur Apollon. Lex. Comparant cum feqq. verfus incerti Tragici: *O Patrocle, ad vos* — apud Cic. Tufc. Qu. II, 16.

823. ἔσσεται, ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέονται. „quod hoc, ἐν νηυσὶ πεσέονται, de Troianis dicit, quafi ἐνσείσουσιν, ἐμπρήσουσι." Sch. A. At vero Sch. B. et ad Graecos et ad Troianos hoc referri poſſe monet, Epaphrodito quoque fic tradente." Similia Euſtath. memorat, qui etiam πεσεῖσθαι ἐν νηυσὶ exponit πρὸς αὐταῖς ἀναιρηθήσονται ταῖς ναυσίν. Minus recte. Scilicet ἐμπεσεῖν et ἐμπεσεῖσθαι νηυσὶ, eſt irruere in caſtra quod per fe fieri poteſt feu fugiendo feu fugando: priore tamen modo apud Homerum eſt follenne: vt B, 174. 5 οὕτω δὴ οἶκόν δε — φεύξεσθ' ἐν νήεσσι πολυκλήϊσι πεσόντες; Il. O, 63 φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πέσωσιν Ἀχιλῆος. M, 125 ἔφαντο γὰρ οὐκέτ' Ἀχαιοὺς Σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσ' ἐμπεσέεσθαι. Erit ergo de Achiuis quoque accipiendum ibid. paullo ante M, 106. 7. Sic quoque P, 637. 8. 9. et fup. I, 234. 5.

824. πάντες ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι. Bentl. malit εἰσὶν ex vf. 657. cf. ad Π, 23. In vno Vindob. οἱ μὲν γὰρ δὴ ὅσοι πάντες π.

827. ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ εὖ σάωσον Vrat. a. et Flor. Ald. 1. non modo, fed et Ald. 2. et hinc exfcriptae. Eiectum εὖ in Rom. et hinc in Heruag. Turneb. Stephan.

829. αἷμα νίζ' ὕδατι λιαρῷ. „γρ. χλιαρῷ" Barnes, ficque a m. fec. legit Lipf. Vrat. A. et iterum 845.

ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε. Vidimus hoc iam E, 401 proprie de herbis aut radicibus tritis dici; et h. l. iterum videbimus vf. 845. 6.

830. τά σε προτί φασιν Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι. Zenodotus: δεδάασθαι. Refpicit h. l. Aelian. H. An. II, 18 ἀναβαίνει μὲν καὶ ἡ τέχνη εἰς τριγονίαν διδασκαλίας παρὰ

τῷ Ὁμήρῳ ἢ περὶ τῶν τετρωμένων τε καὶ Φαρμάκου δεομένων. Scilicet artem medicam Patroclus ab Achille, Achilles a Chirone acceperat.

831. ὅν Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων. — „quod edoctum artem medicam a Chirone Achillem narrat Homerus; at omnino ab eo nutritum haud dicit, quin a Phoenice eum educatum esse diserte (sc. I, 481 sq.) memorauit." Sch. A. Scilicet a Tragicis et ab aliis haec sunt multis modis variata: vt monitum ad Apollod. p. 800. cf. sup. ad I, 482. Adde quos laudat h. l. Barnes. Plin. XXV, 4. Dauis. ad Maxim. Tyr. p. 18. Horat. Epod. 13, 11. Sed potior his est Statius Achill. II. f.

Porro δικαιότατος Κενταύρων eidem Sch. A. et Sch. br. est ὁ μόνος δίκαιος κατὰ τῶν Κενταύρων." Scilicet Centauri erant ὑβρισταί, et in omne genus ὕβρεως procliues. Reuocat tamen laudem ad τὸ Φιλόξενον Sch. B. quia δίκαια τὰ ξένια, additur ap. Eustath. nimis anguste; sollennis enim laus Chironis a iustitia petita legitur. Loca dabit Koeppen.

δικαιότερος Mori. et Barocc. cum vno Vindob. ex interpolatione. Chironem multis carminibus, Heraclia inprimis et Theseide, celebrauerant poetae veteres.

833. τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν. — „quod de eo, quem altero loco memorauerat, (de Machaone) nunc primo loco narrare pergit." Obseruatio, in qua sibi placent grammatici Homerici.

834. χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος. „χρηΐζοντα. χρείαν ἔχοντα. ἐνδεόμενον" Apollon. Lex. h. v.

837. πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα. πῶς τὰρ ἔοι Venetus. ἔην Zenodotus.

840. ἀλλ' οὐδ' ὥς περ σεῖο μεθήσω. — „σεῖο μεθήσω. quod Zenodotus, σεῖ' ἀμελήσω. at alterum magis poeticum" Sch. A. Hoc ipsum interpretationis loco habent Schol. br.

842. θεράπων δὲ ἰδὼν ὑπέχευεν. pro vulgari ὑπέβαλεν. ὑπέστρωσε. Sch. br. Apollon. Lex.

843. *ἐκ μηροῦ τάμνε μαχαίρῃ.* „quod *μάχαιραν* appellat cultrum chirurgicum ad dilatanda vulnera" Sch. A. Spectat hoc *πρὸς τὸ βελουλκεῖν.*

844. *ὀξὺ βέλος περιπευκὲς, περισσῶς πικρόν.* Apollon. Lex. h. v. et Sch. br. Hefych. Idem quod *ἐχεπευκὲς* A, 51.

845. *νίζ' ὕδατι λιαρῷ.* Iterum *χλιαρῷ* Cant. et Lipf. ex interpolatione vt vf. 829.

ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρήν. Laborant Schol. A. B. Sch. br. Euftath. in exquirendo, vnde radicem nactus fit Patroclus. Atqui poetae fatis erat, ipfa re innuere, eam ad manus fuiffe. Tum vero quaeritur: quaenam herba haec fuerit? nonnulli Achilleam eam appellant; alii Ariftolochiam, quam et *ἴσχαιμον* vocant." Gentianam effe ftatuebat Wedel. Exercitat. medico-philol. Dec. VI. Exerc. 6. p. 32. Vfum *ῥιζῶν* in medicina verfu hoc adfcripto illuftrat Schol. Pindari Pyth. IV, 393.

846. *ὀδυνήφατον. ῥίζαν ὀδυνῶν παυστικήν.* Iam vidimus ad E, 401 et h. l. interpretatur ipfe poeta, *ἥ οἱ ἁπάσας ἔσχ' ὀδύνας. ἔσχεν, ἐπέσχε. κατέσχεν. ἔπαυσε.*

847. *τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα.* Lipf. *παύσετο.* ferrem *παύετο* poft *ἐτέρσετο.* Vulgata etiam legitur ap. Plutarch. Sympof. I, 6. p. 624 E. vbi vff. 845. 6. 7. adfcripti funt.

EXCVRSVS AD LIBRVM XI (Λ)

De praelio tertium facto, post alterum lib. Θ. (VIII) vna cum Achiuorum fuga in castra, quae exinde oppugnantur.

De *prima* pugna eiusque fortuna vidimus ad lib. IV. Exc. II. *altera* pugna exposita est lib. VIII (Θ) vs. 53—488. Facta et illa erat in medio inter vrbem et naualia campo, Troianis ex vrbe, Achiuis e castris, procurrentibus: VIII, 55 sq. Consligitur statim cominus (60—63). Sub meridiem perterrefacti repente Achiui fugiunt, (v. 68 sq.) restituta autem a Diomede pugna, fugiunt Troiani (v. 130 sq.). Receptis tamen animis hi Achiuos iterum in fugam versos intra vallum compulsos incluserant, (v. 230 sq.) cum nox pugnandi finem faceret (485).

Succedit nunc pugna *tertia*, quae incredibili rerum gestarum et euentorum numero et varietate laborat, et a libro hoc XI vsque ad lib. XVIII (Σ) 242 continuatur: cum contra *secundae* illius *pugnae* narratio sit breuissima; in qua porro omnia fiunt *ἐκ τοῦ θείου*, administrantur interuentu Iouis ex Ida prospicientis, modo per terrorem fulmine iacto immissum, (VIII, (Θ) 75 sq. 132 sq. 169 sq.) modo per auguria, (v. 247 sq.) modo imperio in deos et coercitione eorum, qui Achiuis suppetias ferre conati erant. Verbo, habet hic narrandi ordo, et rerum narratarum species aliquid singulare et sibi proprium. Facto sub noctem pugnandi fine Iupiter ab Ida

in Olympum redierat, (ibid. 438) nuntiabat tamen diis aliud praelium in craſtinum diem multo acrius et pertinacius (470) futurum.

Non magno acumine opus eſt ad ſuſpicandum, fuiſſe ab initio carmen iſtud (lib. VIII. Θ) ſingulare et ſeorſum conditum; quod poſtea ceterorum compagi fuerit inſertum et ſcite coagmentatum. Aliud tamen huius ariolationis fundamentum quod afferri poſſit haud video. Coniecturis autem, quibus nihil aliud pronuntiatur, quam fieri aliquid *potuiſſe*, cum nihil tamen aliud ſubiiciatur, quo probabile fiat etiam illud *factum eſſe* aut *factum videri*, parum aut nihil tribuendum eſſe ſtatuo.

Reuocato a pugna exercitu etiam Hector pugnam in alterum diem iterandam edixerat (Θ, 497 ſq.) nec redeundi in vrbem copiam fecerat Troianis, ſed, ſub dio pernoctare iuſſos, cibo potuque ex vrbe apportato recreauit; ignibus multis incenſis, vigiliisque indictis, ne Achiui nauibus in altum eductis fugerent. Locus, in quo exercitus pernoctauit, accurate declaratur: *νόσφι νεῶν, — ποταμῷ ἐπὶ διυήεντι, ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος* (Θ, 490. 1. ad Scamandrum puta) *ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρῃ* (interuallo inter vtramque aciem, quo pugnatum erat, vſ. 549) *μεσσηγὺ νεῶν ἠδὲ Ξάνθοιο ῥοάων, Ἰλιόθι πρό* (vſ. 556. 7.) *ἐν πεδίῳ* (558) verbo: inter vallum et Scamandrum, qui caſtra praeterlabitur, ſaltem citra et vltra amnem, vt tamen cornu eorum dextrum vltra Simoentem protenderetur. Troiani pernoctantes Achiuorum diſceſſum ſpeculabantur.

Inſequuta eſt nox, (IX, X. libb.) qua legatio ad Achillem facta eſt ſpeculatumque miſſi Vlyſſes et Diomedes Dolonem et Rheſum occiderunt. Inde die orto Achiui, hoſtem anteuertendum eſſe rati, in pugnam exeunt, curribus intra foſſam relictis; lib. XI, (Λ) 48. Pelluntur Troiani fugantur que per medium campum praeteruectique Ili ſepulcrum et caprificum, ante portas Scaeas (vſ. 166—171) conſiſtunt animosque confirmant, dum

fugientes insequutus erat Agamemnon magna eorum strage facta; cui imparem se esse videns Hector congressum cum eo vitat, copias ad pugnandum concitare contentus. Multis virtutis speciminibus editis Agamemnon vulnere accepto pugna excedit; nunc Hector iterum inter promachos pugnat, 284 sq.

Pugna quae nunc fit, et acies, vix diserte satis exponi potest: tam varia enim et multiplex, et diuersis locis ea commissa est, vt, si scriptoris modo ac more exponatur, parum fidei et iucunditatis narratio sit habitura. Locus pugnae priore diei parte fuit in Campo Scamandrio; fortuna vsque ad medium diem in neutram partem inclinata: 67—85. Tum vero perrumpunt Achivi Troianorum aciem: elucescente ante omnes Agamemnonis virtute, qui ante ordines prosiluerat: 86—149. Effusa fuga Troiani vrbem petunt, praetergressi Ili tumulum et versus caprificum medio campo tendentes vs. 166. 7. 8. ante vrbem (170 ἀλλ' ὅτε δὴ Σκαιάς τε πύλας καὶ Φηγὸν ἵκοντο) consistunt ac se recipiunt. Ordinibus mox restitutis ab Hectore pugna instauratur: v. 210 sqq. eminente etiamnum Agamemnonis virtute, donec ille vulnere accepto e pugna subducitur: —283. Nunc Hector iterum procurrit, et Achiuos recedere cogit. Pugnatur inde circa Ili sepulcrum; nam ex eo loco Paris sagitta Diomedem vulnerat: 369 sq. quo pugna excedere coacto Vlysses solus relictus fortiter pugnans, vulnus et ipse accipit, quo inclamante Menelaus cum Aiace accurrit, Vlyssem pugna educit, Aiax vero Troianos fugat et dissipat: —497.

Interea Hector qui antea Diomedem cum Vlysse eodem curru inuectum aggressus, hasta ab eo emissa galea percussa, recesserat et in mediam pugnantium turbam se immiscuerat (343—360), ad laeuam pugnat iuxta ripas Scamandri (μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης ὄχθαις πὰρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου (498. 9.) Nestore in aduersa ei acie stante cum Idomeneo. Mox Machaonem vulneratum Ne-

ſtor in caſtra reuehit — 520. monitus a Cebrione Hector, dum ipſe in extrema acie pugnet (ἐσχατιῇ πολέμοιο vſ. 524), fugari interea alio loco Troianos ab Aiace, eo accurrit, pugnaque reſtituta Aiacem loco cedere cogit — 542. Neceſſe eſt a ſiniſtra extrema ad dextram Hectorem eſſe digreſſum: hoc eſt, ſi in Troianorum acie te verſari fingas, a Scamandro verſus Simoentem; ergo illa, quae ſupra vsque ad vſ. 497 geſta ſunt, ad eandem dextram ſpectant, quae ſiniſtrae Achiuorum aciei ad Simoentem ex aduerſo ſtetit. Aiax tandem fugientibus Achiuorum turmis circa ſe collectis, Eurypylo quoque vulnerato verſus caſtra ſe recipit 543 — 595. inſequuntur Troiani et ipſa caſtra aggrediuntur, XII, 1 — 34. Oritur τειχομαχία, de qua v. Excurſum ad lib. XII. pr. in quo reliqua huius diei acta ſubliciuntur.

IN LIBRVM XII. (M) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Τειχομαχία liber inſcriptus in codd. parte; conſtat quoque ex Euſtathio idem tradente.

1. Quae de Patroclo h. l. in Schol. A. et br. exponuntur, memorata ſunt in annotat. ad Jl. Λ, 764.

2. οἱ δὲ μάχοντο. ⊱ „quod, quae vno tempore geſta ſunt, cum non poſſint vna et ſimul narrari, deinceps alterum poſt alterum narrantur" Schol. A. Aliquoties hoc repetunt Schol. forte ad refellendum aliquem grammaticum. οἱ δὲ μάχοντο Harl. Moſc. 2 Ven. Ionicum pro vulgato οἱ δ' ἐμάχοντο.

3. ὁμιλαδὸν — ἐμάχοντο. Huc ſpectat Apollon. Lex. ὅμιλος. μάχη. — καὶ ὁμιλαδὸν ſc. μάχεσθαι, τὸ ἐν συστροφῇ μάχεσθαι. Alia addit Heſych. Scilicet non recta acie et ordinibus pugnarunt, ſed ſparſim et cateruatim.

4. Magna ſuſpicio eſt, ab hoc inde verſu quae ſequuntur vsque ad v. 40 a diuerſis rhapſodis eſſe inſerta. Verſus quidem 5 idem, quod v. 4 dictum erat, repetit, et interpolatorem alia de ſuo adiicientem prodit; porro 7 ὄφρα σφι cauſſam haud veram memorat muniendorum caſtrorum; ducebantur foſſa et vallum ad ſuſtinendam Troianorum incurſationem, H, 342. Inde iterum alia manus a v. 10 — 33. Ceterum ſuſpicari haec licet, demonſtrari ea nequeunt; ad ſenſum ſuum vnusquisque de his ſtatuat. Popius iam hunc ſenſum habuerat, qui v. 5 — 35 ſecundis curis inſertos eſſe putabat. — Ceterum quod Sch. A. cum Sch. br. ait, poetam his verſibus

occurrere velle monentibus, talis valli vestigia nulla extare, hoc iam vidimus ad Jl. VII (H) 337 Obff. p. 366.

5. νεῶν ὕπερ. Ambiguum esse ait Sch. A. (attigit quoque Eustath.) sitne iungendum ὕπερθεν εὐρὺ, *vallum latum superiore sui parte*, an ὕπερθε τῆς τάφρου. ταύτης γὰρ ὑπέρκειται. et hoc melius." νεῶν ὕπερ, ἀντὶ τοῦ, πρὸ τῶν νεῶν. ἤ, ὑπὲρ νεῶν ἀσφαλείας Sch. br. prius recte. Sic saepe ὑπὲρ, vltra, trans, de spatio et intervallo; cum sit ὑπὲρ ποταμοῖο Ψ, 73. Add. Hesych. in νεῶν ὕπερ quae glossa spectat ad H, 449 vbi confer. Male alii interpungunt post ὕπερ.

6. 7. Sch. A. obseruant, iterum ambiguum esse, sintne illa ὄφρα σφι — ῥύοιτο iungenda cum proximis οὐδὲ θεοῖσι δόσαν κ. ἑκατόμβας, an cum antecedentibus: ἀμφὶ δὲ τάφρον ἤλασαν, ὄφρα σφι, in medio interiectis ceteris." Posterior ratio haud dubie praeferenda; et sic erat interpungendum. Porro Apollon. Lex. ἤλασαν, ἔσκαψαν. ἐπὶ δὲ τοῦ· τάφρον ἤλασαν, ἀντὶ τοῦ ὤρυξαν.

8. ὄφρα σφι — ἐντὸς ἔχον ῥύοιτο. De hac voce v. Obff. ad I, 396. θεῶν δ' ἀέκητι τέτυκτο. Apollon. Lex. ἀέκητι, ἀκουσιότητι. ἀέκητι θεῶν ἐτέτυκτο. Hesych. ἀέκητι, ἀβουλίᾳ, παρὰ γνώμην. vbi v. Not. Apud eundem tamen mox ἀεκητὶ, ἀκουσιότητι, tanquam aduerbium esset. Videramus vocem iam sup. Λ, 666 Ἀργείων ἀέκητι.

9. τὸ καὶ οὔ τι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν. Anxie quaerunt Sch. B. et Porphyrius, cuius ζήτησις inserta est, praeter ζήτημα et λύσιν alterius grammatici, quomodo vsque ad Troiae excidium ἔμπεδον, h. e. integrum, firmum, inconcussum, dici possit vallum, cum Hectore et Achille superstite primo Sarpedon, tum Hector irruperint et partem valli deiecerint: M, 397 sq. 453 sq. 467 sq. Quod et Nestor diserte ait: τεῖχος μὲν γὰρ δὴ κατερήριπεν Ξ, 55 sq. et iterum altera Achiuorum fuga, O, 360 sq. Facile intelligas ἔμπεδον v. 12 non esse tam subtiliter exigendum; est vallum *superstes*, etsi passim perruptum: fore, vt non diu *staret* murus; opponitur, quod mox ne vestigia quidem eius superfuere. At veteres, vt

rem expediant, volunt *ἔμπεδον* esse h. l. *τὸ ἐν πεδίῳ κείμενον, τὸ ἐν πεδίῳ τὰ θεμέλια ἔχον.* Sch. B. et *ἀμαλδῦναι* exponunt *ἀφανίσαι ἐκ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἔμπεδον* h. *ἐν τῷ πέδῳ ἦν.* Quam contorte! Ita tamen, addunt, Aratum dixisse: — „*ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται* pro: *ἐν τῷ πέδῳ καὶ τῇ γῇ κείμενα.*" Phaen. 13. atqui et ibi *ἔμπεδα* est pro *ἔμπεδον*, *stabili ordine, certo.* — Porphyrius addit opponi *ἀλίπλοον* v. 26 submersa esse, *quae antea erant super solo:* scil. *ruinas et fundamenta.* Est sane *ἔμπεδον* proprie quod fiat in solo; sed vbique subest notio firmitatis et stabilitatis; vt in ipso loco de toro Vlyssis Ψ, 203. 4. 5, et inde ad tempus transfertur, vt durationem declaret et sit continuum, perpetuum; aut cum respectu motus, virium, roboris, animi, ponitur. —

τὸ καὶ οὔ τι rescripsi: quod Homericus vsus, auris iudicium et meliorum codicum consensus postulat. Sic enim Venetus vterque, Lips. Cant. Barocc. Mori. Harl. Mosc. 2. Sic quoque recitat Apollon. Lex. in *τὸ* p. 652. vt sit pro *δι' ὅ.* In Townl. *τό κεν οὔτι.* Similem errorem librarii videbis inf. T, 213. Irrepserat statim in edd. pr. (quod Vrat. b. et A. e recentissimis, habet) *τῷ καὶ οὔτι.* quod aut contrahendum aut scribendum *τῷ κ' οὔτι* quod fecerat Clarke ex Barnesii auctoritate: „Scribitur et alias *τῷ κ' οὔτι* quod arridet." At non in libris h. l. nec habet *κε* pro *ἄν* locum. Idem *οὔτε* profert sine libris.

11. *ἔπλεν.* Sch. A. et B. „*οὕτως Ἀρίσταρχος.*" Quid ergo alii? Suspicor *ἦεν* vel *ἦε.* quod et est in vno Vindob. mutatum forte, ne trini versus in eandem vocem exirent. Et occurrit *ἔπλε* hoc vno loco; alibi vbique est *ἔπλετο.* Contra potest dici, saepe quoque occurrit *πέλε* nec solum *πέλετο.*

12. *τόφρα δὲ καὶ μέγα τεῖχος.* iterum *τοφρά δε* Barnes perperam emendat. *δὲ* in apodosi sexcenties occurrit. Versum recitat Apollon. Lex. in *ἔμπεδον* — *ποτὲ δὲ ἐν τῷ πέδῳ, οἷον τὸ ἐδάφει,* vide modo ad v. 9.

14. *οἱ δὲ λίποντο* Lipſ. cum Ven. Euſtath. Moſc. 2. Vulg. *οἱ δ' ἐλίποντο*.

15. Verſum recitat Strabo XIII, p. 897 B. inter argumenta excidii Troiae antiquae; cui ſucceſſit Ilium novum alio loco.

18. *τεῖχος ἀμαλδῦναι, ἀφανίσαι.* Vidimus iam ad H, 463. *ἀμαλδύναι, ἀφανίσαι* laudato verſu hoc Apollon. Lex. h. v. *ποταμῶν μένος εἰςαγάγοντες.* de multitudine et copia accipere iubet Koeppen contra vſum Homericum. Eſt vis *amnium*, pro amnibus, proprie, de amnibus violentis.

19. *ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων.* ſiue vt *ἄκρας* intelligamus, Lectum, Gargarum, Phalacram, ſiue vt pluralis pro ſingulari ſit. Sch. B. Euſtathius addit Sigeum. De trinis his promontoriis ſaepe monent grammatici. Congeſſit quoque loca Lennep. Animadv. ad Coluth. I, 6. Non itaque mirum Idam *πολυπίδακα* vel *πολυπίδακον* dici, cum tot amnes ab eo procedant; etſi nec vno loco omnes, nec ex ſummo vertice, ſed ex inferioribus quoque iugis ac collibus. De his amnibus accurate egit Strabo XIII, p. 898. 899. Demetrio Scepſio laudato. Reſpicit quoque locum et recitat verſum p. 874 B. Ex Strabone petita ſunt quae Euſtath. affert p. 889. 890. nonnullis aliunde aſſutis. Plerosque hos amnes *nec veſtigia habere*, Plinius aſſerit lib. V, 30 ſ. 33.

20. *Κάρησος.* Sch. A. „Tyrannio *Καρησσὸς*, vt *Παρνασσὸς*, ſic enim a Cyzicenis ait pronuntiari. Ariſtarchus autem *Κάρησος* vt *Κάνωβος*. At, pergit Schol. A. Homerica lectio non vbique ex vſu vulgari eſt diiudicanda: vt in *Γλισᾶς* Demetrius factum narrat (v. ſup. ad B, 504.) et *Λυκαστὸν* pronuntiari, qui legitur *Λύκαστος*. (B, 647.) Videtur ergo Ariſtarchus, cum ea, quae acuuntur in extrema, duplex *σσ* habere videret, vti eſt *Ἁλικαρνασσὸς, Λυκαβησσὸς, Ταρτησσὸς*, cum *Κάρησος* vnum haberet ſibilum, acutum in antepenultimam transtuliſſe." Exſcripſit haec quoque Euſtath. p. 890, 1. Apud Strabon. XIII, p. 899 B. vbi hic verſus laudatur, eſt *Καρησός*, a

qua dicta regio Carefene, at alio loco Κάρησόν τε p. 832 A. et 889 B.

Ῥοδίος non ῥόδιος, quia nomen proprium eſt. De eo v. Strabo XIII, p. 899. C et p. 889 B. et Euſtath. p. 890, 8. vbi Apion et Herodorus a ῥόος duxiſſe narrantur.

21. Αἴσηπος inter Myſiae fluuios numeratus etiam ab Apollon. Rh. I, 1115 vbi Schol. ad h. l. prouocat. Omnino nobilior eſt ceteris; at *Granicus* pugna Macedonum et Perſarum innotuit. — δῖός τε Σκάμανδρος. Κάμανδρος, quod Bentl. praefert, etiam h. l. nonnulli, vt Mori, Barocc. Ald. 1. Vidimus B, 467.

22. καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι. ὅθι. „quod ambiguum eſt, ſitne vterque fluuius, Scamander et Simois, an hic ſolus, ad quem clipei et galeae per ſolum ſparſae erant. De hoc tamen potius videtur accipiendum.“ (Sic et Virgil. Aen. I, 100 *vbi tot Simois correpta ſub vndis Scuta virum galeasque et fortia corpora voluit*, loco hinc expreſſo, ad quem v. Not. Eſt tamen omnino campus inter Simoentem et Scamandrum.) „Heſiodum, pergit, hos verſus tanquam *Homero iuniorem* legiſſe apparet; alias non enumeraturus fuiſſet fluuios obſcuros, (Θ. 340. 2.) niſi ex Homero illi iam tum innotuiſſent; vnde et Simoenti epitheton appoſuit: θεῖόν τε Σιμοῦντα 342.“

βοάγρια. Vocem Homericam varie verſarunt grammatici. Sch. A. B. τὰ εἰς τὴν βοὴν (pugnam) ἀγειρόμενα (inepte! Fuit Apionis acumen, vt ex Apollon. Lex. conſtat h. v. etſi aliter etymon eſt interpretatus τὰ ἐκ βοῆς ἠγρευμένα — τὰ λάφυρα. Sequitur hoc etiam Etymol.) ἢ βόεια γέῤῥα ὅ ἐστι δέῤῥα, ἐξ ἀγρίων βοῶν γενόμενα — ἄλλως· — αἱ ἀπὸ βοείων βυρσῶν κατασκευασθεῖσαι ἀσπίδες.“ hoc vltimum ſane erat ſimpliciſſimum: τὰ τῶν βοῶν ἀγρεύματα addunt Sch. br. ſunt clipei (ἀσπίδες ſimpliciter Heſych.) e corio bouino facti: quaſi boum ſpolia. Coaceruat haec tam diuerſa, vt ſolet, Euſtath. ad h. l. Vox iterum occurrit Π, 296. Τρυφάλειαι quae ſint, dictum ad Γ, 372.

23. ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν. hoc vno in loco occurrit. Hoc eſt, quod Schol. B. et, quod e Bentl. colligo, Lipſ. obſeruat: „nunquam, inquit, eos qui cum Agamemnone erant, ἡμιθέους appellat; an ergo eos denotat, qui cum Hercule (ad Troiam) fuerunt? (at hoc alienum) niſi dictum πρὸς αὔξησιν τοῦ πάθους." Scilicet pro voc. ἥρωες nunc ſunt dicti ἡμίθεοι. Notabile, haud dubie, vt facile poſſit inter cauſſas ſuſpicionis referri, an totus hic locus non a ſeriore rhapſodo proceſſerit? Claſſicus de iis locus eſt ap. Heſiod. Ἔργ. 160. quarta γενεὰ, Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι προτερῇ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν. Subiicit inde verſus (e quibus 162 τοὺς μὲν ἔφ' ſpurius eſt) quibus declaratur, intelligi eos qui ad Thebas et ad Troiam fuere, quique partim mortem obierunt, partim in inſulis beatorum habitant. Bentleius, quem Scholion pupugerat, verſum ſuſpectum habuit, atque refinxit κάππεσον ἐν δίνῃσι καὶ ἰφθίμων μένε' ἀνδρῶν. Sunt ſane verba Homerica. Sup. Δ, 447 Σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν. vbi Euſtath. τοὺς ἄνδρας, κατὰ περίφρασιν. et Od. Ζ, 116 βαθείῃ δ' ἔμπεσε δίνῃ. et Φ, 11 ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας. Quo tamen potiſſimum nititur coniectura Bentleii, eſt memorata paullo ante imitatio Virgiliana: *vbi tot Simois correpta* ſub vndis *Scuta virum galeasque et* fortia corpora *voluit.* Ingenium in his facile agnoſcas. Norat emendationem et memorat Clarke ad Φ, 11. vbi contra priorem partem, ἐν δίνῃσι recte monet Erneſti, inutilem eam eſſe, cum ὅθι ſit, *ad, prope quae flumina:* in campo, de quo centies κονίῃ dicta.

24. τῶν πάντων ὁμόσε στόματ' ἔτραπε. ὁμόσε. εἰς τὸν αὐτὸν τόπον adſcripto verſu Apollon. Lex. h. v.

25. Laborant Sch. A. B. et Porphrion, cuius ζήτημα appoſitum eſt, nec non Sch. br. in eo, quod, cum Achiui vno in die vallum ſtruxerunt, nunc nouem dierum interuallo a diis illud deſtruendum fuit. Nec vident non in hiſtorico, ſed in poeta nos verſari, qui id tan-

tum agit, vt cauſſam idoneam reddat euerſi funditus valli, eamque mirabilem. Si aquarum eluuies per portentoſam pluuiarum copiam erat comparanda, non vno die amnes tanta incrementa capere poterant. Tum poeta tenet animum in re praeſenti; nec ad anteacta reuocat. Eſt adeo omnis res ἔξω τῆς πραγματείας. Tandem nouem dies ad pluuias ſpectant et aquarum eluuiem; qua facta Neptunus demum operam adhibuit v. 27. At Grammatici alii ἐν ἦμαρ ſcribere voluere, praeeunte Calliſtrato. Praeiuerat iam Crates Mallotes vt ex Euſtath. diſco p. 899, 33. Alii alia multo minus opportune. Porphyrius IX dies non deiiciendo vallo conſumtos fuiſſe, verum inundandis agris et egerendis in mare lignis et ſaxis, quibus conſtructum erat vallum, tum ad planitiem arenis obducendam.

ὗε δ' ἄρα Ζεὺς ὗε. Leue eſt: ſcriptum ab aliis ὗε. Sed grammatica ſibi non conſtat in hoc. Scribunt tamen Φῦε. πλῶε. χρῖε. — In ἄρα argutatur Clarke. Eſt idem quod δή. *vtique*.

26. συννεχές. Sic Ven. (vt et Harlei.) „At vno ν, συνεχὲς, Ariſtophanes et Ariſtarchus.“ In hoc igitur receſſerunt a more ſuo geminandi litteras, quoties id relinquendum erat pronuntiationi. Eadem proſodia aliquoties συνεχὲς occurrit ap. Homer. Apollon. Callimach. vt mirum ſit Clarkium ad h. l. argutari; reprehenſus iam ab Erneſtio in Corrigendis.

ἁλίπλοα, non ἁλιπλόα. ſic Alexio et alii, ſicque Sch. A. quia ſic deducta a πλέω acuuntur.“ Eadem Euſtath. Variant quoque grammatici in ſignificatu. Apollon. Lex. τὰ ἐπιπλέοντα τῇ θαλάσσῃ. Melius alii τὰ ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐπιπλεόμενα, *aqua ſuperfuſa merſa*. nam compoſita modo actiue modo paſſiue dicuntur; ſic ἄπλοος, εὔπλοος paſſiue. Vtramque interpretationem habent Sch. br. Etymol. et Heſych. at hic praeterea docet, priorem eſſe Apollodori, poſteriorem Comani.

27. αὐτὸς δ' Ἐννοσίγαιος. Sch. B. et Porphyrius (adde Euſtath.) volunt poetam de terrae motu cogitare. Hic

plura alia argutatur; vt Eustath. super *τρίαινα*, quae nihil aliud est quam iaculum cetarium. Apud Quintum XIV, 633 mare exaestuans simul in subsidium vocatum est a Neptuno. Verum omnino ibi omnia aucta sunt *εἰς ὄγκον·* vsque ad 653. Versus nostris similes habet Tryphiod. sed alio loco: vss. 557. 567.

28. *ἐκ δ' ἄρα πάντα θεμείλια κύμασι πέμπε.* apud Phurnut. 23 legitur: *ἐκ δ' ἄρα πάντα θεμέθλια θῆκε θύραζε* memoriter. Inf. Φ, 237 *νεκροὺς — τοὺς ἔκβαλλε θύραζε — χέρσονδε.*

29. *φιτρῶν.* hic et Φ, 314. Vox antiquata pro *κορμῶν de truncis, stipitibus.* Monent Apollon. Lex. h. v. Sch. br. Eustath. Etymol. Hesych. Aiunt a *φύω* ductum; immo *ἀπὸ τοῦ φίτυς.* Voce vtitur quoque Apollon. Arg. I, 405.

30. *λεῖα δ'* iunxi cum antecedentibus *ἐκ δ' ἄρα πάντα θεμείλια.* et sustuli interpunctionem post *'Αχαιοί*, monentibus quoque grammaticis. Sch. A.

ἀγάῤῥοον 'Ελλήσποντον. epitheton e natura Hellesponti quem constat *σφοδρὰ ῥεύματα* habere: vt Sch. br. Vidimus iam B, 845.

ἐποίησεν Ven. et Sch. *οὕτως 'Αρίσταρχος, ἐποίησεν.* Scilicet fuit quoque *ἐποίησαν*, quod et Vrat. b. a pr. m.

33. *κὰρ ῥόον ᾗ περ πρόσθεν ἵεν καλλίῤῥοον ὕδωρ. ἵεν* Venetus; at Sch. „*γρ. καὶ ἵεν.* quod recte interpretati sunt dictum pro *ἵεσαν*, vti *ἐτίθεν*, vt sint *ποταμοί*, *qui emittunt aquas.*" Recte Sch. br. *ἵεν. ἀφίεσαν.* et Apollon. Lex. in *ἵεν.* Pergit grammaticus: „possit etiam esse pro *πορεύετο* (at sic est *ἴεν*) vt Od. Ω, 221 *ἆσσον ἴεν πολυκάρπου ἀλωῆς.* quod non probabile. At si *ἵει* (vt imperfectum ex *ἵεον*; idem quod *ἵη* ex *ἵην*) conueniret cum ceteris, et ad deum referendum esset." Paria sunt ap. Eustath. et Etymol. quae iam videbis ad Apollon. l. c. p. 359. Haud dubie *ἵεν* pro *ἵεσαν* praestat: cum, vt modo dictum, ipsi fluuii aquas *ἱέναι* dicantur. Φ, 58 *ὅς κάλλιστον ὕδωρ ἐπὶ γαῖαν ἵησι*, vt B, 752 Titaresius, *ὅς ῥ' ἐς*

Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ. Alibi ὕδωρ ſubintelligitur, vt Od. H, 130 ἡ δ' ἑτέρωθεν — ἴησι. et Λ, 238.

καλλίροον Lipſ. recte; modo vbique ita ſcriberetur! Duplex ρ omnino grammaticorum eſt commentum. Cur tamen non aeque vna littera καρέον initio verſus? cur non καρέζουσα E, 424? cur ſexcenta alia non pari modo ſcribuntur? At mutare haec omnia velle, vt ſibi conſtet ratio, operoſum eſſet, et parum frugiferum. Scilicet non magis orthographia veterum ſibi conſtitit, quam noſtratium. Etiam καῤῥόον iungunt multi, Harlei. Lipſ. Moſc. 2. Heſych. et edd. Flor. Aldd. et ſequaces; excepta Rom. e qua κὰρ ῥόον recepit Steph. hinc Cantabrig. Oxon. Et Apollon. Lex. Καῤῥόον (vt leg.) — ἀντὶ τοῦ κατὰ ῥόον. Ita κὰπ Φάλαρ' Π, 106. καδδὲ et alia.

34. ὡς ἄρ' ἔμελλεν ὄπισθεν — ⊱ „quod Zenodotus ſcripſerat ἤμελλον. quod barbarum eſt.“ (Non quidem eſt Ionicum; nec tamen barbarum, ſed Atticum ἤμελλον, vt ἠβουλόμην, ἠδυνάμην et ſimilia, quod ſatis notum. v. vel Moeris p. 175) — et quod ἔμελλον eſt ἐῴκεσαν.“ hoc vix ſatis commode. Sed eſt vulgari modo dictum de re aliquando euentura: *Sic olim rem erant peracturi.*

35. τότε δ' ἀμφὶ μάχη τ' ἐνοπή τε δεδήει. Schol. br. δεδήει. ἐξῆπτο. διεγήγερτο. Vidimus iam B, 93 ὄσσα δεδήει. a flamma traducta vox ad pugnam. Similiter P, 253. N, 736. Y, 18. μάχη τ' ἐνοπῇ τε fuiſſe lectum, ſed a grammaticis improbatum, diſco ex Euſtathio; ex eo tamen tenebo τ', μάχη τ' ἐνοπή τ' quod et Bentl. malebat, ne hiatus eſſet inter vocales.

36. ⊱ καναχιζε δὲ δούρατα πύργων βαλλόμεν'. quod πύργων pro ἐπὶ πύργους βαλλόμενα.“ Sic Sch. A. et B. Prior addit: οὐ τὰ ἐπῳκοδομημένα τῷ τείχει ξύλα, adeoque refellit eos qui δούρατα per ξύλα interpretabantur, quae haſtis et ſaxis percuſſa reſonabant. Atqui vallum ex lapidibus et *ſtipitibus* erat conſtructum: vt 29 apparet. et eſt ſollenne Homero ſonum adſcribi iis quae percutiuntur, non quae percutiunt. Hoc docent exempla a Clarkio allata ſup. I, 569 δοῦπος ὀρώρει πύργων βαλλομένων.

add. Π, 105 et inf. 151. 331. Vbique quoque *βάλλεσθαι* dicuntur res percussae, non vero tela emissa: Sic I, 584 *θάλαμος πύκα βάλλετο.* Vnice vera igitur altera ratio. Vtramque Sch. br. et Eustath. quoque memorant. Dionysius Sidonius in Sch. A. priori rationi inhaerebat, reddendo *ἐπὶ πύργων* (non *ἐπὶ πύργους.*)

37. *Ἀργεῖοι δὲ Διὸς μάστιγι δαμέντες.* per *κεραυνὸν* reddunt Sch. A. et B. br. et iterum N, 812. At nihil est quod ad fulmen ducat. Ex antiqua vita et sermone Iupiter est *μαστιγοφόρος*, qui flagro, verbere agit, instat, in fugam agit. Hactenus quidem flagellum Iouis potest dici terror, metus, terror panicus, *φυγή.* habetque locum Eustath. „*τὴν θεομηνίαν Διὸς λέγει μάστιγα ὁ ποιητής.*" etsi idem Sophoclis Aiacem *μαστιγοφόρον* eodem modo perperam mauult interpretari. — Comparant viri docti laqueum fulminis Arabum et Hebraeorum: v. Lowth. de poesi Hebr. p. 167. 8.

38. *νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσιν ἐελμένοι.* Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. in litura *ἐεργμένοι* eadem vi. Vtrumque norat Eustath. *ἐεργμένοι, ἢ ἐελμένοι.* Vulgatum firmat Apollon. Lex. *ἐελμένοι, συγκεκλεισμένοι.* tum subiectum hemistichium nostrum. Similiter Sch. br. et Hesych. Etymolog.

ἰσχανόωντο· κατείχοντο, ἐκωλύοντο, idem Apollon. Lex. cf. inf. ad Ψ, 300. At Sch. br. *κατείχοντο. ἐπείθοντο.* pro quo ex Hesch. *κατείχοντο, ἐκωλύοντο* reponit Barnes. Male. nam *πείθεσθαι* est etiam *retineri*, vnde *πεῖσμα.*

39. *μήστωρα φόβοιο.* Vidimus ad Δ, 328.

40. *ἐμάρνατο.* Aristophanes: *ἐμαίνετο.*

41. *ὡς δ' ὅταν — κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται.* Nemo animaduertit contra sollennem rationem grammaticam *ὅταν* h. l. cum indicatiuo iungi. Memorari potest alter locus O, 170 *ὡς δ' ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφάς.* At ibi *πτῆται* nec minus est subiunctiuus. Possis putare iungenda esse *ὡς δ' ὅταν — ἀντίοι ἵστανται*, vt scribatur *ἱστῶνται.* at intercedit *στρέφεται.* Restat vt iungantur: *ὡς δὲ κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται*, in medio autem inter-

posita sint ὅταν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι, scil. γένωνται, ὥσι. De formula ὡς δ' ὅταν v. Excurs. I. ad lib. K.

42. σθένεϊ βλεμεαίνων. de his iam dictum ad H, 337.

43. οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες. πυργηδὸν, πύργου δίκην, ἐν τάξει. bene Sch. br. At alienum ab Homero genus aciei in turris modum factum, de quo Eustath. cogitabat; πύργος pro *muro* dicitur. Nec damnabo Hesychianum: πυργηδὸν, κατὰ τάξιν τείχους. Probabile tamen sit fuisse κατὰ τάξιν, δίκην τείχους quod et habent Sch. br. O, 618. ἀρτύναντες. παρασκευάσαντες. ἑτοιμάσαντες. Schol. br. melius Hesych. adiicit συντάξαντες. vt legendum pro συνάξαντες, docente quoque Eustathio p. 892, 8. σφέας αὐτούς. hic et vs. 86. v. ad N, 152.

44. ἀντίοι. „γρ. ἀντίον" Sch. A. ἀντίοι ἢ ἀντίον Eustath.

46. τοῦ δ' οὔποτε κυδάλιμον κῆρ ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται — quod diuersa sunt ταρβεῖ, h. e. δέδιεν, et φοβεῖται h. e. φεύγει Sch. A. et Eustath. Porro Sch. B. etymologiam voc. ταρβεῖν ex Herodiano affert.

ἀγηνορίη δέ μιν ἔκτα. Sch. A. „ἀγηνορίη. οὕτως Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ ι." Ergo fuere qui ἀγηνορίῃ legerent: vt subiectum sit κυδάλιμον κῆρ. ἀγηνορίη tamen primo casu Apollon. Lex. h. v. agnoscit, cum Hesych. et Sch. br. ἡ ἄγαν προθυμία, ἀνδρεία. Inf. Π, 753 ἐή τέ μιν ὤλεσεν ἀλκή. sup. Z, 407 φθίσει σε τὸ σὸν μένος.

ἔκτα. pro κτείνει. κτῆμι, ἔκτην, et forte κτᾶμι, ἔκτα. v. sup. ad B, 662. Δ, 319.

48. ὅππῃ τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν. ὅππῃ τ' ἰθύσει editum erat ante Barnes, qui recepit ἰθύσῃ, quod coniunctiuus hic sit aptior. „Dicendum erat, quia ita fert vsus Homericus. Ex vulgari vsu, qui tamen nec minus ab Homero frequentatur, optatiuus requirebatur: v. c. πλαζόμενοι κατὰ λήϊδ', ὅπῃ ἄρξειεν Ἀχιλλεύς. Od. X, 341, πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον. Atque hoc ipsum videri potest h. l. quoque sedem habuisse, scriptum ὅππῃ τ' ἰθύσει' pro ἰθύσειε. Et occurrit hoc ipsum Od. Λ, 590 quod alio modo Ernesti ait Bar-

nesio fauere, τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων — nisi ibi fuit ὁπότ' ἰθύσεις γέρων. Verum ἰθύσῃ legitur non modo in Mori, verum etiam in Ven. Townl. Lipſ. Vrat. A. et Sch. br. vbi additur: ὅπου δ' ἂν ἐνορμήσῃ. vnde notatum suspicor in marg. Steph. Per se sane nec minus locum haberet ἰθύει. sed hoc auctoritatem non habet. Subiunctiuus additur Od. Θ, 45. vbi habet Demodocus facultatem canendi, ὅππῃ θυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν. et Od. Ο, 452 ὅπῃ περάσητε.

τῇ τ' εἴκουσι, quod esse debere τῇ ϝείκουσι non bene statuebat Bentl. At idem vidit inficetum esse quod sequitur στίχες ἀνδρῶν post στίχας ἀνδρῶν. Equidem ferendum dicerem, si oppositio aliqua inesset. At omnino nulla est vis huius versus; et otiosum hoc *cedere venatores qua irruerit.* Itaque nullus dubito hunc versum esse spurium. In Harleiano erat superscriptus versui antec. 47. Bentleius vtrumque versum tollebat.

49. ὣς Ἕκτωρ ἀν' ὅμιλον ἰὼν εἰλίσσεθ', ἑταίρους — Pro εἰλίσσεθ' Ven. ἐλλίσσεθ' (cum Lipſ.) et Sch. A. esse ait vel παρεκάλει τοὺς ἑταίρους, vel pro ἐστρέφετο, παρὰ τὸ ἑλίσσω. Eustath. vtrumque ita apponit, quasi nihil intersit. Vtrumque etiam Sch. B. memorat, praefert tamen esse ἀντὶ τοῦ εἰλεῖτο. ipse habet praefixum εἰλλίσσεθ' minus bene pro εἰλίσσεθ'· alii εἰλισσεθ'. ἐλίσσεθ' Barocc. ἐλίσεθ' Townl. ἑλίσσεθ' Cant. Mori. Quod ad edd. attinet, in Flor. et Ald. 1. erat ἑλίσσεθ', quod corrupit Ald. 2. ἱλίσσεθ' nec aliter Rom. Eustath. ἑλίσσετο, ἀμφεβλήθη. Correctum ἐλίσσεθ' a Turnebo et hinc in aliis, praeeuntibus puto Scholiis brev. in quibus legitur: εἰλίσσετο, ἐστρέφετο.

A v. 49 — 54 recitat Aelian. H. Anim. VI, 6 de equorum natura facile expauescentium.

50. τάφρον — διαβαινέμεν. διαβήμεναι Townl. et Aelian. l. c.

52. χείλει ἐφεσταότες. Eustath. habuerat χείλει' vel χείλει ἑσταότες cum Mediceo ap. Aelian. l. l. et cum

vno Vindob. Inf. 200 ἐφεσταότες παρὰ τάφρῳ. τὸ χεῖλος, ὄχθη. ἐφεσταῶτες Townl. perperam.

53. οὐ γὰρ Townl. et pro περῆσαι erat περᾶσαι in codd. Aeliani.

54. κρημνοὶ γὰρ ἐπηρεφέες περὶ πᾶσαν. Aristophanes διὰ πᾶσαν. scribitur vbique, κρημνοὶ ἐπηρεφέες. vt κατηρεφὴς, ἀμφηρεφὴς, ὑψηρεφὴς et ὑψερεφής. ita ἐπηρεφὴς, ἀπὸ τοῦ ἐρέφω. et est proprie *desuper tectus;* nec tamen vbique plane opertus, (etsi ita est v. c. ap. Apollon. IV, 144. vbi draconis spiras *squamis opertas* dixit: ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσιν. et de vellere laneis villis obsito IV, 177. et Nymphae βρέτας sub arboribus positum φηγοῖσιν ἐπηρεφὲς ἀκροτάτῃσιν.) sed etiam de *prominentiore aliqua desuper parte.* vnde πέτραι ἐπηρεφεῖς Od. K, 131. M, 59 non possunt reddi ἐσκεπασμέναι vel ἐπεσκεπασμέναι, potius ἐπιστεγάζουσαι. Ita h. l. sunt ὄχθαι, *margines fossae prominentiores.* Quod Sch. br. reddunt ὑψηλοὶ, μεγάλοι, late dictum est, non proprie et accurate. Nec cogitare licet de proiectura aliqua aut praecinctione (*Glacis*) quae in Graecis non est, sed in versionibus. Barnes, qui tantum notionem ἐπηρεφὴς, *tectus, cameratus,* tenebat, putabat legendum esse ἐπιῤῥιφέες, vel ἐπιῤῥεπέες, *declines, proiectae,* et erat ἐπιῤῥεφέες in Barocc. Adde Cant. Mori Harl. In Apollon. Lex. glossa est luxata: ἐπηρεφὲς, ἐπεστεγασμένον. καὶ ἐπηρεφεῖς. Tollius eam in priore parte spectare coniecit ad Od. N, 349 vbi nunc est σπέος εὐρὺ κατηρεφὲς, sed obstat puto hiatus. Aliter se habet Apollon. Arg. II, 739 σπέος εὐρὺ — ὕλῃ καὶ πέτρῃσιν ἐπηρεφές. Fuit, puto, in Apollonii Lex. ἐπηρεφέες, ἐπεστεγασμένοι, καὶ ἐπηρεφεῖς. Nam in Odyss. M, 59 ita exponitur, etsi male; vt et fit in ἐπηρεφέας, ἐπεστεγασμένας ap. Hesych. ad Od. K, 131. Melius explicatur apud Suidam: ἐπηρεφέες, ἐπηρεφεῖς, ἐπὶ τὰ κάτω ἐστραμμένοι, κατωφερεῖς. Hoc etiam Eustath. voluit: ὀφρύες τινὲς ἐς τὰ ἔσω κοιλαινόμεναι, ὡς οἷον ἠρέμα σπηλοειδεῖς ἢ ὀροφωταί. ῥηϊδίη. vn. Vindob. ῥηΐδιον.

55. et 56. *κρημνοὶ γὰρ — ἕστασαν ἀμφοτέρωθεν* et *τοὺς ἕστασαν υἷες Ἀχαιῶν.* — „quod altero loco ἕστασαν pro ἔστησαν dictum eſt; at antea ἕστασαν. κρημνοὶ γὰρ — ἕστασαν. eſt enim idem quod ἑστήκεισαν. at alterum ἕστασαν eſt idem quod ἔστησαν. Sic Ariſtarchus; adſtipulatur Aſcalonita" et ipſe grammaticus Sch. A. Adeoque hi homines contrarium ſtatuerunt eius quod nunc habemus, cum ἔστημι et ἵστημι eſt ſtatuo, ἕστημι ſio. E codd. et edd. nihil conficias. Grammaticorum acumen modo memoratum ſequitur ed. Rom. At ἕστασαν vtroque loco ed. Flor. Aldd. ἕστασαν vtroque loco Turneb. ἕστασαν — ἕστασαν, vt nunc habemus, induxit Stephanus. Conuenit, puto, nunc inter viros doctos, plures formas a grammaticis eſſe confuſas; fuit enim στάω, στήσω, ἔστησα. — στῆμι, ἔστην. σταμι, ἕσταν, ἕστασαν *ſtabant.* ἕσταμι, ἕσταν, ἕστασαν *ſtatuebant, ſtatuerant.* Multis modis variata haec fuiſſe apparet: ἵστημι, ἵστην. ἵσταμι, vnde ἵσταμαι, item ἕστημι, ἕσταμαι· ἐστάθην. ἱστάω. ἱστῶμαι. ἑστάω, ἕστηκα. vnde ἑστήκω. ἑστάκω. quae omnia in vnum contulere grammatici. Iam h. l. priore loco ἕστασαν recte, altero loco ἕστασαν ſcribitur. At grammatici ineptas figuras cumulant: τοὺς ἕστασαν υἷες, aiunt, ψιλοῦται. ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἔστησαν ἐστὶ πρῶτος ἀόριστος. at ἕσταν δ' ἐν λιμένη Il. B, 467. τοῦτο μὲν δασύνεται, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἑστήκεισαν ἐστὶ κατὰ συγκοπήν. Sic ipſe Etymologus.

ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν ὀξέσιν ἠρήρει. Townl. ὕπερθε δὲ. ſuſpicor fuiſſe ὕπερθε δέ τε.

57. δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν, explicant Schol. br. tum Heſych. ἀποστροφήν, καταφυγήν. Apollon. Lex. ἀλεωρή. φυλακὴ καὶ ἀσφάλεια. οἷον ἔκφυξις. Add. Etymol.

58. ἔνθ' οὔ κεν ῥεῖα ἵππος ἐΰτροχον ἅρμα τιταίνων ἐσβαίη. Bentl. emendabat οὔ κεν ῥεῖ' ἵππος. Hand opus.

ἐΰξοον ἅρμα Flor. ed. cum Vrat. A. et binis Vindob. eam deſeruit Ald. 1. ἐΰξοον ἢ ἐΰτροχον eſt in Euſtath. p. 892, 37. et in Harlei.

59. ἐςβαίῃ. Zenodotea et Ariſtophanea lectio erat: καββαίῃ. Et ſequitur v. 65 ἔνθ' οὔπως ἐστὶν καταβήμεναι.

πεζοὶ δὲ μενοίνεον, εἰ τελέουσι. „οἱ μεθ' Ὅμηρον, εἴπως τελέσουσί, φάσι." bene Euſtath. εἰ τελέσουσιν· ὅ ἐστι, παρέλθοιεν. quatenus permutantur fut. indic. et optat. Aoriſtus. At Barnes contra grammaticam εἰ τελέωσι. Melius ᾗ τελέουσι cum gl. ὅπου. Vrat. A. et idem voluit Vrat. b.

60. ξ quod deeſt πρὸς Ἕκτορα. „(quaſi hoc primum loco id occurreret!) vt P, 237 καὶ τότ' ἄρ' Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον. Niſi, inquit, iunxeris: εἶπε στὰς παρὰ Ἕκτορα." Vides digamma: Ἕκτορα ϝειπε. pro quo Ἕκτορα ἔειπε memorat Euſtath. vbi ait eſſe pro Ἕκτορι. Debuit ita eſſe Ἕκτορ' ἔϝειπε.

62. ἀφραδέως. ἀνοήτως. ἀβούλως Euſtath. ἀπρονοήτως. ἀπείρως Sch. br. Vide ad Γ, 436. Addit Euſtath. ἢ κατά τινας, οὐ μέντοι καλῶς, (*non bene*) ἐλαύνετε μώνυχας ἵππους. — τάφρον et τάφρου Harl.

63. ἡ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάαν. Nota forma loquendi pro ἀργαλέον ἐστὶν, αὐτὴν περᾶν hoc verſu illuſtratur ap. Suidam. in ἄξιος ὁ μισθός. — σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ ὀξέες ἑστᾶσι. Nulla eſt varietas nec annotatio. v. Not. ad h. v. et ad 55. In vno Vindob. tamen eſt ἀν' αὐτήν.

64. προτὶ δ' αὐτοὺς τεῖχος Ἀχαιῶν. περὶ δ' αὐτοὺς Lipſ. Cant. Mori Townl. Vrat. b. duo Vind. Eton. ed. Flor. mutatum in προτὶ ſtatim in Ald. 1. τεῖχος ὕπερθεν adſcripſerat Bentl. nec male. vt v. 4. Verum totus verſus ex eo verſuum genere eſt, qui ad explendum antecedentem a rhapſodis inſerti ſunt. Inutilis lacinia eſt: προτὶ δ' αὐτοὺς τεῖχος Ἀχαιῶν, moleſta quoque; non prope foſſam, ſed intervallo ſatis magno inter vallum et foſſam libero relicto; eſtque adeo προτὶ τοὺς σκόλοπας abſurdum. Aliter dicta ſunt H, 440 ἐπὶ τῷ τείχει τάφρος. cf. I, 349. Supplet ἵσταται Sch. B.

65. 66. ἔνθ' οὔπως ἐστὶ καταβήμεναι, οὐδὲ μάχεσθαι ἱππεῦσι. Zenodotus et Ariſtophanes, ἱππῆας. nil refert. οὔπω Barocc. male ante ἐστί.

66. *στεῖνος γὰρ, ὅθι τρώσεσθαι ὀΐω.* ⸗ „quod *στεῖνος στείνωμα, τὸ κατὰ τὴν γέφυραν τῆς τάφρου.* Sch. A. intellexit adeo ille viam in castra ferentem per portam, ad quam aditus erat semita super fossam relicta. Sch. B. simpliciter *τὸ στεῖνος, τὸν δυςχερῆ τόπον* reddit; et Apollon. Lex. *στεῖνος, στένωμα, στενοχωρία.* quae repetit Hesych. sed habet *στενοχώρημα.* Vox iterum Ψ, 419 occurrit: *στεῖνος ὁδοῦ κοίλης.* At ambigitur, quonam in loco illa angustia quaerenda sit. Num in fossa? an potius in loco inter fossam et vallum? interfuisse enim interuallum, meminimus ex vigiliis in eo loco ab Achiuis collocatis: quod nimis angustum esse debuit curribus explicandis. Si tamen v. 64 eiicitur, de ipsa fossa accipiendum est *στεῖνος,* et interpretationem nihil moratur.

Ex *στενὸς, στεινὸς, τὸ στεῖνος* circumflexum fieri docet Sch. A. eo modo vt *τὸ κλεῖτος* ap. Alcmanem *ἐν Θεσσαλίῳ κλείτει.*" Scilicet *ἀπὸ τοῦ κλειτὸς, ἔνδοξος,* vt sit *τὸ κλεῖτος δόξα.* vnde Hesychii glossa illustratur vexata a viris doctis *κλείτει — ἡ ἀγαθῇ δόξῃ.* Et Suidas *κλῆτος, κλεῖτος, δόξα.*

τρώσεσθαι. Sch. B. *ἐλαττωθήσεσθαι καὶ τραπήσεσθαι. Ἴωνες γὰρ τὰς τροπὰς τρώματα καλοῦσι. καὶ· Οἶνός σε τρώει, ἀντὶ τοῦ παρατρέπει.*" Od. Φ, 293. notabile Scholion, quod cum Schol. fragm. Mosc. exscripsit Etymol. in *στεῖνος.* Et Sch. br. *ἡττηθήσεσθαι. τρῶμα γὰρ ἡ ἧττα.* *τρώειν* omnino pro *βλάπτειν* dictum obseruat quoque Eustathius in loco Odysseae laudato, vt ap. Callim. H. in Dian. 133. vbi v. Ern. Est aliud exemplum inf. Ψ, 341 *μήπως ἵππους τε τρώσῃς.* nam et ibi est pro *βλάψῃς.* v. ad e. l. nec de vulnere proprie dicto accipitur. Vulnus calamitate accepta inflictum etiam Latine diceres. *τρῶμα* pro clade dictum ap. Herodot. IV, 160 *μετὰ δὲ τὸ τρῶμα τοῦτο* etc. et lib. I, 18. pr. (ad quem locum respicit Suidas in *τρώματα*) et alibi occurrit. Et Eustath. *Ἴωνες δέ φασι, τρῶμα λέγουσι τὴν τροπήν.*

67. 68. *εἰ μὲν γὰρ δὴ πάγχυ — Τρώεσσι δὲ βούλετ' ἀρήγειν.* Fuit Aristophanea lectio: „*εἰ μὲν γὰρ τοὺς πάγχυ — Τρώεσσιν δ' ἵετ' ἀρήγειν.*" Sch. A. Idem adiicit: *οὕτως πᾶσαι.* quod vix potest ad Aristophaneam spectare; non enim in codd. occurrit nisi in vno Vindob. *Τρώεσσι δὲ ἵετ' ἀρήγειν.* sed ad vulgatam. Barnes ex Eustath. laudat *Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην.* Laudat tamen ille vulgatum p. 892, 62.

67. *ἀλαπάζει.* vn. Vindob. *ἀλαπάζοι.*

70. *Νωνύμνους* recte reuocauit Wolf. pro *νωνύμους,* cuius media in metrum peccat. induxerat hoc Flor. et Ald. 1. cum Rom. Correxerat *νωνύμνους* Ald. 2. et hinc ceterae, ipse Turn. Steph. Mirum est Barnes alterum reduxisse, quasi vi liquidae media producatur, (ac si sit *νωνύμμους.*) et Clarkium ei paruisse h. l. cum in aliis locis adoptatum sit *νώνυμνος.* Atqui diserte *νωνύμνους* habet Ven. cum al. At B. praefixum *νωνύμους* (corrupte scilicet, nam cum eodem Scholio est *νωνύμνους* in fragm. Matth.) et tamen Scholion: *ἄνευ ὕμνων, ὅ ἐστιν εὐφημίας τῆς διὰ θρήνων, ἀποβολῇ τοῦ ν. ἢ ἀνωνύμους.* Paria Etymol. In Hesych. est *νώνυμος* et Apollon. *νωνύμνους. ἀνωνύμνους.* vt vix perspicias, an *νωνύμους* scripserit. In altero ab *ὄνυμα,* ex analogia deducitur *ἀνώνυμος,* at *ὕμνος* dicendum est duci ab *νω* negatiua. „*Νωνύμους ἢ νωνύμνους*" Eustath. quem vide ad N, 227. Variant quoque codd. et edd. aliis locis et ap. Apollon. At in prosodicis et metricis rebus grammatici prorsus caecutiunt.

71. *εἰ δέ χ' ὑποστρέψωσι, παλιωξίς τε γένηται.* & ad voc. *παλίωξις,* quae est *παλινδίωξις,* (quod etiam Sch. br. *ἡ τῶν διωκόντων φυγή.*) quod saltem eodem tempore fit, cum qui fugiebant insequuntur. Adde Apollon. Lex. Hesych. Etymol. Est etiam voc. ap. Hesiod. Sc. H. 154 *ἐν δὲ προΐξωσις παλιωξίς τ' ἐτέτυκτο.* Additur: in Sch. A. *ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸ· ἐκ τοῦδ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι. κακῶς. διὸ ἀθετεῖται.* Censura spectat ad Jl. O, 69. ad quem loc. v. Obss.

εἰ δὲ γ' in vno Vindob.

72. τάφρῳ ἐνιπλήξωμεν ὀρυκτῇ. ἐνιπλήξωμεν. ἐμπέσωμεν. Sch. br. Sic O, 344 τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ. Et de auibus in laqueos temere irruentibus Od. X, 469 ὅταν κίχλαι — ἕρκει ἐνιπλήξωσι. Similiter dicitur ἐγκρούειν. ἐμπαίειν. ὀρεκτῇ aberrat Vrat. b.

74. ἑλιχθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν. Sch. br. ὑποστραφέντων. Nec tamen iunxiſſe putandus eſt ὑφελιχθέντων, ſed ὑπὸ pro διὰ, cauſſam denotat et auctorem.

75. ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω. Zenodotus legerat: ἀλλ' ἄγε, τὼς (pro οὕτως, parum commode cum ἂν ſequatur) ἂν ἐγὼ εἴπω." nec ille agnouit ἐγὼν tanquam ſerioris grammaticae. Scilicet pronuntiatum antea εγω ϝειπω. ἐγὼ erat in edd. Intulit ἐγὼν Turnebus nullo auctore; eſt in Veneto hoc idem expreſſum. At ἐγὼ ceteri codd.

76. ἵππους — ἐρυκόντων ἐπὶ τάφρῳ. Barocc. et vn. Vindob. ἐπὶ τάφρον.

77. αὐτοὶ δὲ πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες Ἕκτορι πάντες ἑπώμεθ' ἀολλέες. ⊱ „quod πρυλέες aperte de peditibus armatis." repetita obſeruatiuncula vt Λ, 49. v. E, 744. Abſurde ex dialecto Cypria vox ducitur.

Porro Schol. A. agnoſcit dilogiam: ſitne σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες; tum erit σὺν pro ἐν, vt A, 183 σὺν νηΐ τ' ἐμῇ; an σὺν τεύχεσιν ἑπώμεθα." hoc vtique recte; at hoc idem iam aliquoties vidimus: Θ, 530. Λ, 49. 724.

79. εἰ δή σφιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται. de forma loquendi v. dicta ad Z (VI,) 143. H (VII) 402. σφῶϊν Townl. male.

80. ὣς φάτο Πουλυδάμας. ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων. Alieno loco Schol. B. narrationem intexit de alio Polydamante pancratiaſta. Eſt is, de quo v. Pauſan. VI, 5.

ἅδε. plerique ἄδε, etiam Heſych. hoc verſu laudato et Euſtath. qui ſic pleroſque ſcribere ait; hoc ſcilicet Aeolicum eſſe. De voc. v. ad Γ, 173. Exc. ad E, 203.

μῦθος ἀπήμων, non tam ἀβλαβὴς, quam potius: ſalubris, vtilis, λυσιτελής. Sic οὖρος ἀπήμων Od. E, 268 et al. ὕπνος ἀπήμων, placidus, qui recreat, inf. Ξ, 164. „γρ. ἀμύμων“ Barnes neſcio vnde. Verſus repetitur N, 748.

82. οὐδὲ μὲν ἄλλοι Τρῶες ἐφ' ἵππων ἠγερέθοντο. Sic edd. et codd. etiam Townl. Ven. At Vrat. b. a ſec manu ἠερέθεντο. quod et pro var. lect. eſt in fragm. Moſcou. Et eſt ſcholion in Schol. br. ἠγερέθοντο, ἀπαιωροῦντο, ἐκρέμαντο. Manifeſtum fit, quod et Barnes vidit, eſſe hanc explicationem vocis ἠερέθοντο, quae eadem occurrit in Heſych. Suida, Etymologo, quos Barnes ipſe laudat; nec tamen hos ad h. l. reſpicere apparet; ſed ſpectat illa gloſſa ad B, 448 vbi θύσανοι in aegide ἠερέθοντο, ſublimes et ſuſpenſi mouentur, αἰωροῦνται. Sic et ἀκρίδες αἰωροῦνται Φ, 12 et de leuitate iuuenili Γ, 108 αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, vbi cf. Obſſ. Vt h. l. vox de aurigis locum haberet, dictum eſſe deberet de curſu concitato, cum imminent illi equis, κέντρῳ ἐπισπέρχοντες, flagris inſtantes Id autem ab h. l. alienum. Primo tamen adſpectu nec alterum, ἠγερέθοντο, videri poteſt eſſe ſatis accommodatum, quod vertunt, vel, in equis conuenerunt, vel, in equis ſublimes permanſerunt. Enimuero ſenſus eſt: non vno loco conglobati permanſerunt, vt alibi, ἀθρόοι, ἀολλέες, adiicitur; vt inf. Ψ, 233 οἱ δ' ἀμφ' Ἀτρείωνα ἀολλέες ἠγερέθοντο. Od. Ω, 267.

83. ἀλλ' ἀπὸ πάντες ὄρουσαν. conuenit cum οὐδὲ μὲν ἄλλοι. et concedendum eſt codd. auctoritati Mori. Harl. Townl. Veneti. Accedunt alii ſecundi ordinis, Moſc. fragm. Par. vn. Vindob. Alioqui nihil erat quod reprehenderes in vulgata ἀλλ' ἀποβάντες ὄρουσαν. Porro ἀπόρουσαν ed. Rom. et Euſtath.

84. ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ ἐπέτελλεν ἕκαστος. Homericum eſſe non poteſt ἔπειτα ἑῷ. Bentl. hiatum explet ἔπειτ' ἄρ ἑῷ, vel ἔπειτα ϝεῷ. mihi hoc non perſuadet,

ϑεος pronuntiatum fuiſſe. Malim credere fuiſſe ἔπειτ' ἄρα ϑῶ, ῶ. —

ἐπέτελλεν ἕκαστος. „Nonnulli ἕκαστοι“ Schol. A.

86. οἱ δὲ διαστάντες. Schol. B. „vel τῶν ἵππων vel ἑαυτῶν.“ Scilicet ordines explicant, et illi diſcedunt, ſecedunt in quinque turbas diſtributi.

87. πένταχα κοσμηϑέντες.“ Tot erant, ait Schol. A. (quod et in Euſtath. occurrit) Troianorum ἡγεμονίαι“ Scilicet hoc vidimus B, 816 ſq. vbi in mentem reuoca de eo dicta ad vſ. 808 ſq. Nec tamen cum ibi memoratis conueniunt nomina ducum h. l. ex virtutis aeſtimatione delecti. Porro Schol. A. (ἢ) ἐπεὶ πέντε ἦσαν πύλαι.“ Atqui hoc fruſtra ſumitur. v. Exc. I ad h. l. et ſup. Exc. I ad lib. VII (H) p. 402. Homerus non niſi de vna caſtrorum porta memorat.

πένταχα, vt τέτραχα, τετραχῶς. Suidas in h. v.

ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο. Par. ἕκαστος. vn. Vindob. ἕκαστοι. hoc praeferam, et verſu antec. ἀρτύναντο, quod vn. Vindob. offert, vt verſuum aliqua gratia ſit.

89. οἳ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἔσαν. Volunt eſſe dictum pro οὗτοι.

90. τεῖχος ῥηξάμενοι κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ μάχεσϑαι. Alii τεῖχός τε ῥήξειν καὶ ἐνιπρήσειν πυρὶ νῆας. ſic Cant. Barocc. (in hoc et in vno Vindob. ἐμπρήσειν) Mori. Harl. Vrat. A. fragm. Moſc. Eton. forte ex vſ. 198. In Harlei. verſus erat in margine appictus; diceres a rhapſodo expletam eſſe ellipſin paullo duriorem. Sic μεμαὼς abſolute ponitur.

„γρ. παρὰ νηυσὶ“ Barnes.

93. τῶν δ' ἑτέρων Πάρις ἦρχε. — „quod ἑτέρων dixit de ſecunda turma“ Schol. A. h. e. quod pro δευτέρων, τῆς δευτέρας τάξεως, dixit. Interponitur hic fabula de Paridis natalibus in Schol. A. B. breu. Moſc. fragm. mireris id fieri tam alieno loco.

94. τῶν δὲ τρίτων. „γρ. τῶν τριτάτων“ Barnes.

95. υἷε δύω Πριάμοιο. τρίτος δ' ἦν. Barocc. Mori. Vrat. b. Πριάμου. τρίτατος δ' ἦν.

96. Ἄσιος ἥρως, Ἄσιος Ὑρτακίδης ⸖ „quod in Jliade frequentat poeta epanalepses, in Odyssea non nisi semel ea vtitur" Sch. A. obseruatiuncula aliquoties inculcata: v. ad Z, 154. B, 672. 3. Hoc loco grammaticus adiicit πρὸς τοὺς χωρίζοντας, qui a diuersis auctoribus profectam esse contendunt Jliadem et Odysseam. Ceterum hi duo versus iam lecti sunt B, 838. 839. vbi v. Obss.

97. ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. ⸖ „quod hic fluuius Selleis Asiae, alius Thesprotiae." De hoc v. ad B, 638.

99. ἅμα τῷ γε. vn. Vindob. τῷδε.

100. Ἀρχέλοχος. Barnes receperat Ἀρχίλοχος. Reuocaui veram scripturam, quam codd. et edd. ante eum habebant. Dictum est hac de re ad B, 823. In Marmore Sanduicensi occurrit etiam αρχεθεωροις, vt perpetui fere vsus videatur fuisse haec scriptura, forte pronuntiatione variante inter ε et ι.

103. οἳ γάρ οἱ εἴσαντο διακριδὸν εἶναι ἄριστοι. Priore loco οἳ pro οὗτοι accipitur. Male Barnes de suo „γρ. οἳ γὰρ ἑοῖ." εἴσαντο, ἔδοξαν. Interponunt Schol. B. et Leid. ap. Valk. ad Ammon. p. 244 et Mosc. fragm. expositionem varii vsus vocis εἴσατο et εἴδεσθαι, quam etiam Etymol. et Eustath. habent, hic quidem non vno loco, et inf. ad v. 118 etiam Schol. A. B. br.

διακριδὸν visum est grammaticis indigere interpretatione, ipsi quoque Apollonio Lex. ἐξ ἐπικρίσεως. διακεκριμένον. vbi v. Villois. Apud Tryphiod. 222 eodem sensu est κριδὸν, verbis sic distinguendis: ὁ δὲ κριδὸν, οἷος ἀπ' ἄλλων, Λαθρίδιος, πυκινοῖσιν ὑπὸ πτόρθοισι δεδυκὼς, Δίκτυα πατταίνων ἔλαθε θηροσκόπος ἀνήρ.

105. οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον τυκτῇσι βόεσσι. ⸖ „notarunt nonnulli versum, quod βόας dixit clipeos" Schol. A. sensu autem hoc fere aliquid apponitur, vt βῶν ἀζαλέην H, 238. τυκτῇσι βόεσσι, ταῖς εἰργασμέναις βύρσαις, h. e. ἀσπίσι. τυκτὸς, quod alibi εὔτυκτος, εὐποίητος.

ἀλλήλους ἄραρον. ἔφραξαν, ἐπύκνωσαν, ὥπλισαν. vt Schol. B. Proprie erat: ἄραρον, ἥρμοσαν, τὰς ἀσπίδας.

clipeis iunctis συνασπισμὸν fecerunt. cf. N, 130. et inf. 137 βόας αὔας ὑψόσ' ἀνασχόμενοι. Scilicet ἄρω, ἀρήρω. ἦρον, ἤραρον, ἄρηρον et ἄραρον, ἀράρω, ῃς, ῃ. ἀραρὼν, actiue. ἦρα, ἄρηρα, ἄραρα, ἀρήρειν, ἀρήρω, ῃς, ῃ. ἀραρὼς et ἀρηρὼς, ſe aptans, apte compoſitus. Haec ſunt Homerica. Vſu accreuere alia, vt in Timaei Lex. Plat. p. 48. et Heſych. h. v. Etiam ἀρήρομαι nouum verbum eſt ap. Apollon. I, 787 vbi v. Brunck. IV, 677.

106. βὰν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι. προθυμούμενοι. vel vt Sch. br. et Apollon. παρωρμημένοι. ἔνθερμοι. Schol. A. ex Herodiano ἐν ἐπιμερισμοῖς etymon exponit parum ſcite. Eſt ex λιάω, ardeo, cupio. v. ſup. ad E, 690.

„γρ. οὐδ' ἔτ' ἔφαντο." Barnes.

107. „— quod ἐμπεσεῖσθαι de Troianis eſt accipiendum." Eadem Euſtath. male. Immo vero de Achiuis. v. inf. 125. 126 ἔφαντο γὰρ οὐκέτ' Ἀχαιοὺς σχήσεσθαι, ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι. recte quoque ad hos refert Sch. B. cf. ad I, 235 vbi ſimilis ambiguitas. De Troianis eſt N, 742. ſed alio modo. σχήσεσθαι etiam ad Achiuos referendum eſt: καὶ ἔφαντο, τοὺς Ἀ. οὐ σχήσεσθαι.

108. τηλέκλητοι alibi plerumque vitioſe exaratum, hic in edd. recte excuſum. v. ad Λ, 563. at τηλέκλειτοι ipſe Ven. cum aliis, Townl. a pr. m. Vrat. b.

111. αὖθι λιπεῖν ἵππους τε καὶ ἡνίοχον θεράποντα. ἵππον τε Cant. αὖθι λιπεῖν ἵππους τε καὶ ἀνέρας Heſych. in αὖθις. memoriae vitio, nec conuenit, quod praemittit: αὖθι — ποτὲ δὲ ἀναφορικῶς. nulla enim h. l. eſt relatio, ſed eſt ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ.

113. Νήπιος, οὐδ' ἄρ' ἔμελλε κακὰς ὑπὸ Κῆρας ἀλύξας. Hoc tanquam epiphonema, quod vocat, magnam vim habere, notat Demetr. ſ. 111. vbi quoque legitur ἀλύξειν. Nil mutat Dio qui Or. LV. p. 287. vſſ. 112—115 recitat.

114. ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν ἀγαλλόμενος, παρὰ νηῶν ἂψ ἀπονοστήσειν. Recte Sch. B. monet eſſe interpungendum poſt ἀγαλλόμενος." Scilicet dictum eſt pro vulgari: νε-

στήσειν σὺν ἵπποις καὶ ὄχεσι. παρὰ νηῶν pro ἀπό. notante quoque Eustathio.

115. προτὶ Ἴλιον ⸖ „quod ἡ Ἴλιος cum respectu ad τὸ Ἴλιον ἀπὸ (immo κἀπὺ) ἔλοιεν. διὸ ἀθετεῖται (scilicet versus hic Il. O, 71.)" Sch. A. v. ad Δ, 46.

116. πρόσθεν γάρ μιν Μοῖρα δυσώνυμος ἀμφεκάλυψεν. δυσώνυμον Ven. nisi forte sphalma est operarum.

117. ἔγχει Ἰδομενῆος ἀγαυοῦ Δευκαλίδαο. ἔγχει scribendum erat cum codd. Townl. al. ante Ἰδομ. non ἔγχεϊ: quod hiatum infert ante Ἰδομενῆος. Δευκαλίωνος Mori, Barocc. vn. Vindob. at Δευκαλίδης etiam N, 307 et P, 608 legitur, quod dicunt ex Δευκαλιωνίδης esse contractum: v. Barnes. Forte promiscue Δευκαλίων et Δεύκαλος pronuntiatum fuit, vt Μολίων, et Μόλος. cf. dicta ad Λ, 708. Δ, 488.

118. εἴσατο γὰρ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ — ⸖ „quod εἴσατο multa significat (cf. sup. ad 103) nunc ὥρμησεν, ἐπορεύθη, ἀπὸ τοῦ εἶμι." Etiam Apollon. Lex. p. 241 ἐπὶ δὲ τοῦ διελθεῖν, subiecto hoc versu.

119. νείσοντο Harl. Lips. Vrat. A. vn. Vindob. Eton. et Mosc. fragm. a m. sec. sic et alibi. Townl. perpetua variatione. cf. ad I, 381. νίσοντο Ven. Vrat. b. εἴσοντο Paris.

120. ⸖ quod pluralis πύλαι pro singulari." Scilicet singularis πύλη nusquam Homero ponitur.

121. ⸖ quod ὀχῆα singulari dixit, cum essent duo ἐπημοιβοὶ inf. 455. 6. Praeclare Bentl. memor erat corrupti Scholii in Hesych. μακρονήχια. τὸν μακρὸν, τὸν συνέχοντα.

ἐπικεκλιμένας v. ad E, 356. Hoc versu inducti confuderunt κλίνεσθαι et κλείεσθαι.

122. ἀναπεπταμένας ἔχον. Bene Sch. A. ἔχον non esse pro, ἀνεῳγμέναι ἦσαν, sed esse pro κατεῖχον, *seruarunt*. vt Priamus Φ, 531—535 inclamat: πεπταμένας ἐν χερσὶ πύλας ἔχετε etc.

εἴ τιν' ἑταίρων. edd. ante Stephanum] ἑταῖρον, et puto casu mutatum esse. habet quoque hoc Lips. Ex

aliis tamen nil notatum video, et ἑταίρων expreſſum in ed. Ven.

124. τῇ ῥ' ἰθὺς Φρονέων ἵππους ἔχε. Iam veteres dubitarunt, ſitne ἰθὺς Φρονέων an ἰθὺς ἔχε, h. e. ἤλαυνε. Vtrumque bene: Namque ἰθὺς Φρονῶν dictum recte, pro vulgari, Φρονῶν ἐλθεῖν ἰθύς. vel ἰέναι. Ita quoque acceperat Euſtath. Laudat ille ſimile ἀντικρὺ μεμαὼς, in quo latet impetus eundi et irruendi, vt in ἰθὺς μεμαὼς, v. c. Il. Θ, 118. Λ, 95. h. e. μεμαὼς ἰέναι ἰθύς. Neque aliter expedies N, 135 οἱ δ' ἰθὺς Φρόνεον, μέμασάν τε μάχεσθαι. ad quem locum cf. Euſtath. Ferri tamen poteſt alterum ἰθὺς ἵππους ἔχε, quod ſaepe dictum occurrit: *recta inuehere curru*. Φρονῶν, ἐκ Φρονήσεως, vt Sch. A. *data opera*, *conſulto*, *deliberato*. Minus bene Sch. B. cum Schol. fragm. Moſcou. Φρονήματι ἐπαιρόμενος. ita adiectum eſſet aliquid, vt μέγα Φρονῶν. nec Φρονεῖν eſt *cupere*, quod alii ſubſtituunt; nec *obſeruare*, *animaduertere*, vt ſit: obſeruans portam eſſe apertam: quo ſpectare videtur gloſſa Heſych. Φρονέων· διανοούμενος.

τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο. vn. Vindob. ἔχεν. οἱ δ'.

125. ὀξέα κεκλήγοντες. Vitioſe κεκληγότες codd. vt Townl. Docet nunc ipſum Sch. A. translatum hinc in Etymol. eſſe nouam formam κεκλήγω, ductam a κέκληγα. quod melior grammatica dudum nos docuit. Inepte Syracuſiorum gloſſa eſt habita ap. Euſtath. De v. 126. v. ad 106. 107.

127. ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους, υἷας — „Zenodotus et Ariſtophanes per dualem ſcriptum habebant: δύ' ἀνέρε εὗρον ἀρίστω υἷε ὑπερθύμω et κιέτην." Vltima vox ſpectare debuit ad v. 138 vbi ἔκιον occurrit. Apparet etiam ex h. l. Alexandrinos grammaticos nullam metri notitiam accuratam, nullum ſenſum hiatus habuiſſe. — Longa eſt Porphyrii nota in Sch. B. et in fragm. Moſc. qua contenditur, turbatos eſſe verſus ſequentes: Nam Polypoeten et Leonteum primo vſ. 131 πρὸ πυλάων ſtare; mox ſequi vſ. 142 ἔνδον ἐόντες, iterum 145 ἐκ δὲ τὼ ἀΐξαντε, adeoque eos primo, extra portam, mox, intra

portas ſtare, et foras erumpere. Voluere itaque alii poſt v. 130 verſus 141 ad 153 praemittere, et vſ. 131—140 ſubiungere, hoc ordine:

νήπιοι. ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους,
υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων.
οἳ δ' ἤτοι εἵως μὲν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
ὄρνυον, ἔνδον ἐόντες — vsque ad 153
— *μάλα γὰρ κρατερῶς ἐμάχοντο*
λαοῖσι καθύπερθε πεποιθότες ἠδὲ βίηφι.
τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων
ἕστασαν, ὡς ὅτε δὲ δρύες — vsque ad
Ἀσιάδην τ' Ἀκάμαντα Θόωνά τε Οἰνόμαόν τε.

At Hephaeſtio aiebat duplicem eſſe loci lectionem, et eſſe tollendos aut decem verſus 131 ad 140 *τὼ μὲν ἄρα πρ.* vsque ad *Ἀσιάδην τ' Ἀκάμαντα.* aut tredecim verſus 141 ad 153 *οἱ δ' ἤτοι* — — vsque ad *λαοῖσι καθύπερθε πεποιθότες ἠδὲ βίηφι.* Porphyrius contra rem ſic expedit: poetam in vſſ. 141 ſq. ad anteriora tempora recurrere et, quae antea facta eſſent, exponere: qui narrandi modus poetae ſollennis eſt." Sane hoc eſt nodum in ſcirpo quaerere. Non viderunt *εἵως μὲν* v. 141 eſſe pro *τείως μὲν* dictum, vt toties occurrit, *hucusque, antea, adhuc* intra vallum copias ad fortiter pugnandum adhortati, mox conſpecta Aſii turma, quae ingruebat, ante portam conſiſtunt. Ceterum ex h. l. Pandarum et Bitiam, et quae de iis narrantur, duxit Maro Aen. IX, 672 ſq.

128. *υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων. ὑπερθύμων* Townl.

129. *υἷα κρατερὸν* — *υἱέα* Townl. quod binis ſyllabis erit efferendum.

131. *προπάροιθε πυλάων.* vn. Vindob. cum Veneto: *θυράων.* Sch. A. tamen: „*γρ. καὶ πυλάων.*"

132. *ὡς ὅτε τε δρύες* — Excidit *τε* poſt *ὅτε* in ed. Flor. et cod. Lipſ. *ὡς ὅτε δρύες ἐν οὔρεσιν* Mori. *τοι* pro *τε* Vrat. A. b. At Schol. Lipſ. ap. Bentl. *ὡς δ' ὅτε τε δρύες,* non male hoc, vt noua ſententia procedat: *τὼ*

μὲν ἄρα — ἕστασαν. ὡς δ᾽, ὅτε τε δρύες (fc. ἕστασαν) ὡς ἄρα τὼ χείρεσσι.

ἕστασαν, non ἕστασαν. v. ad 55. 56.

Comparationem alio modo ornauit Maro Aen. IX, 675 fq.

134. ῥίζῃσι — διηνεκέεσσ᾽ ἀραρυῖαι. Mori, Cant. διηνεκέες.

136. οὐδὲ φέβοντο Ionice ex Townl. Lipf. Eton. vn. Vindob. Ven. fragm. Mofc. pro edito οὐδ᾽ ἐφέβοντο.

137. βόας αὔας ὑψόσ᾽ ἀνασχόμενοι. — „quod ἀσπίδας dixit βόας αὔας, et quod ἰθὺς eft κατ᾽ εὐθεῖαν" Schol. A. quafi in his memorabile aliquid fit! Pofterius hoc iam aliquoties vidimus inde ab E, 506 iterum inf. M, 254. βοῦν autem pro corio dici, et hinc pro fcuto, meminimus ex vf. 105 huius libri. βοάγρια erant fup. 22. Notant tamen certatim βόας αὔτας grammatici, ipfe Apollon. Lex. p. 194. et 197. inde Hefych. Schol. br.

Porro Schol. A. inferuit fcholion fuper tono αὔας, cum Nicias fcriberet αὐάς, quia ξηράς fcribitur; quae videat qui voluerit. Variatum quoque in fpiritu appingendo; aliis fcribentibus αὖας. qua de ratione agit Euftath. ex Apione et Herodoro, ad Jl. Ψ, p. 1304, 3. Conf. Obff. inf. ad N, 441 vbi codd. αὖον habent.

Vff. 137. 138. laudantur ab Ariftide Quintil. lib. II, p. 84 μέγεθος μὲν καὶ ἀξίωμα ἐμποιεῖ τῷ λόγῳ διὰ συνεκδοχῆς ἐν τῷ· οἱ δ᾽ ἰθὺς etc. Interuallorum magnitudine (puto in fublatis clipeis in vallum, πρὸς τεῖχος) poetam orationem amplificaffe ait; tum quod βοῦν pro clipeo dixit, ὡς ἐς ἁδρότητα συνεμφανίζων τὸ μέγεθος (vt lego locum, tanquam ad molis notationem aliquam efferendo declarans magnitudinem) quodque, cum βοῦν ἀνασχόμενοι mirum videri poffet, appofuit αὔας, indicando fimul leuitatem per ficcitatem, et rei probabilitatem aliquam adiiciendo. Argute magis, quam ad verum fenfum.

138. ἔκιον μεγάλῳ ἀλαλητῷ. ἐκίνουν cod. Scalig. in Ariftide l. l.

139. Ἄσιον ἀμφὶ — καὶ Ὀρέστην. ⊢ „quod Oreſtis nomen inter barbaros memoratur, et 140 ⊢ „quod ſimiliter Oenomaus.“ Ἄσσιον et Ἀσσιάδην Vrat. A. Olim et Ἰάμενον fuit ſcriptum, tanquam ab Ἵημι. ſed Ἰάμενος ductus ἀπὸ τῆς ἰάσεως, ait Ariſtarchus apud Etymol. in h. v. In Lipſ. vnus verſus factus ex duobus: Ἄσιον ἀμφὶ ἄνακτα, Θόαντά τε Οἰνόμαόν τε. Porro vſum formae loquendi οἱ περὶ vel ἀμφί τινα pro homine ipſo agnoſcit h. l. Erneſti: Ἄσιον ἀμφὶ ἄνακτα. dubito an ex Homeri ſenſu. Conf. ad Γ, 146.

140. Ἀσιάδην τ' Ἀδάμαντα. Sic Cant. Mori. Barocc. Harl. Ven. fr. Moſc. Vrat. b. ſicque ed. Flor. pro quo Ἀκάμαντα ſubſtituerunt Aldd. neceſſarioque id erat reuocandum; eſt enim is Aſii filius, et nomen idem legitur N, 560. 759. 771. caeditur ille a Merione vſ. 567. Acamantes ſunt diuerſi: Antenoris f. ſup. 100. et B, 822. alius Thracum dux B, 844. Confundit nomina Clarke etiam inf. ad N, 560.

141. οἱ δ' ἤτοι εἵως μὲν — Recte obſeruat Schol. A. εἵως eſſe pro τείως, μέχρι τινὸς, nec adeo interpungi, h. e. apodoſin nullam expectari poſſe. Senſum, non grammaticam, reddunt Schol. br. ἕως, πρὶν ἐλθεῖν τοὺς βαρβάρους. Euſtath. πρὸς ὥρας τινάς. Repetunt obſeruationem grammatici de εἵως pro τείως aliis locis, N, 143. O, 277.

οἱ δή τοι ſcribunt Harlei. Townl. fragm. Moſc. Bentleius emendat τὼ δ' ἤτοι, vt conueniat cum 145 ἐκ δὲ τὼ ἀΐξαντε. At alii generaliter de Achiuis οἱ accepere.

ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ Excerpta mſ. ap. Barnes perperam.

142. ὄρνυον ἔνδον ἐόντες. „Sic Ariſtarchus ἐόντες“ Schol. A. Scilicet alii legerunt ἐόντας, et hoc habent Barocc. Cant. Vrat. A. vn. Vindob. edd. Flor. Ald. 1.

ὤρνυον ſine neceſſitate intulerat Barnes ex Barocc. adde Euſtath. Townl.

143. αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησαν. „γρ. τεῖχος ἔπ' ἐσσυμένους.“ Barnes.

146. Δαναῶν γένετο ἰαχή τε Φόβος τε. ⊱ „quod iterum Φόβος pro Φυγή." in vno Vindob. est πόνος τε. Aberratur γένετ' ἰαχή. v. sup. ad Δ, 456.

145. Comparationis huius est censura Koeppenii, primo, quod ad κόμπον ὀδόντων et κόμπον χαλκοῦ comparatum attinet, sonum esse disparem; tum alienum esse ab aprorum natura, tum, cum e latibulo progressi impetum in venatores faciunt, arbores dente eruere.

146. ἀγροτέροισι σύεσσιν ἐοικότε. Indocte edd. ante Barnes ἐοικότες, τώ τ'. etiam Vrat. A. b. tanta metri fuit incuria. Erat saltem scribendum quod in Townl. et vno Vindob. est: ἐοικότες, οἵ τ' ἐν ὄρεσσι. — τώ δ' in ed. Wolf. pro τώ τ'. correctum in altera. In ἐοικότε consentiunt quoque codd. ipse Eustath. qui sibilum in his verss. repetitum laudat.

147. δέχαται. „οὕτως ἐν ἁπάσαις, δέχαται." Sch. A. quid eum in hoc tenuit? est pro δέδεχνται quod ingratum erat Graecorum auribus: inde δεδέχαται factum.

κολοσυρτὸν ἰόντα. de vi vocis ex contextu constat; tumultuantium turbam esse et strepitum. Θόρυβον. ὄχλον, vt Hesych. Verum de etymo in diuersa abeunt grammatici, inprimis ap. Etymol. add. Eustath. inprimis ad N, 272. et Intpp. Hesychii. In Sch. A. τὸ δὲ κολοσυρτὸν, παρὰ τὸ κῶλα (leg. κόλα, *frusta, stipites lignorum*) ἐπισύρειν, ἢ τὸν κολώνειον συριγμὸν (immo κολῳὸν ἢ vel καὶ συριγμὸν, vt est in Etymol.) add. Sch. br. Sch. B. et Leid. ad N, 472. vbi vox iterum occurrit, reddunt ὁ μέγας θόρυβος. κόλον γὰρ τὸ μέγα. inepte.

148. δοχμώ δ' ἀΐσσοντε. δοχμὼ ὀξυτονητέον vterque Schol. et περὶ — ἄγνυτον. δοχμὸς pro δόχμιος, πλάγιος. εἰς πλάγιον Sch. br. sic et Hesych. At ex etymo, a δέχω, δέχομαι, exposuerant εὐχώρητος alii ap. Etymol. et Eustath.

ἀΐσσονται, περὶ δέ σφισι Townl. cum metri vitio.

149. πρυμνὴν, ἄκραν, πρόῤῥιζον. scilicet vt πρυμνὸν est etiam τὸ ἔσχατον. ἐκτάμνοντε eraso σ Lips. male; nam hiatus ante ὑπαὶ inferretur.

ὑπαί τε nunc vbique lectum video: nisi quod in vno Vindob. „γρ. ὑπέρ. grammaticis, puto, debitum.

150. ἐκ θυμὸν ἕληται post εἰσόκε. ἕλοιτο Barocc.

151. ὡς τῶν κόμπει χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσι φαεινός. „γρ. κόμπεε“ Barnes. Erat ἐπὶ στήθεσφι in edd. at στήθεσσι Barocc. Cant. Mori. fragm. Mosc. Ven. Harlei. στήθεσι Lips.

153. λαοῖσι καθύπερθε πεποιθότες ἠδὲ βίηφιν. Zenodotus λάεσσι, τοῖς λίθοις. Male. Nam confidebant illi, animum confirmabant, λαοῖς ὕπερθεν, τοῖς ἀπὸ τοῦ τείχους ὄχλοις θαῤῥοῦντες. vti et Sch. br. Tollius coni. ᾗ τε βίηφι *suae virtuti* sagaciter; at impedit digamma πεποιθότες ϝῇ τε. et erit in hunc modum scribendum, quod etiam Bentleius coniicit πεποιθότε ϝῇ τε βίηφι. Reuocant tamen alia loca, vt statim inf. 256 τεράεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι. Fatendum tamen totum versum rhapsodi copiolas prodere.

155. ἀμυνόμενοι σφῶν τ᾽ αὐτῶν — ⸓ „quod deficit ὑπό.“ Sch. A. forte leg. ἀπό. propulsantes hostem a se. aut, pugnantes. ὑπὲρ σφῶν τ᾽ αὐτῶν, pro se, ad tuendum se.

156. νιφάδες δ᾽ ὡς πίπτον ἔραζε. superioribus haec iungi possunt et interpungi: οἱ δ᾽ ἄρα χερμαδίοισιν ἐϋδμήτων ὑπὸ πύργων βάλλον, ἀμυνόμενοι σφῶν τ᾽ αὐτῶν καὶ κλισιάων νηῶν τ᾽ ὠκυπόρων· νιφάδες δ᾽ ὥς, πίπτον ἔραζε, (sc. τὰ χερμάδια) ἅς τ᾽ — πουλυβοτείρῃ. Ὣς τῶν ἐκ χ. *Ita, inquam.* Substituendum sic ad πίπτον ἔραζε sc. οἱ χερμάδιοι. Vt vulgo interpungitur, iungenda sunt: ὡς δὲ νιφάδες πίπτον pro πίπτουσι. Virgiliana loca adnotauit hinc adumbrata Clarke Aen. IX, 666. X, 801. XI, 610. Laudat versum Hesych. in Νιφάς, ἡ τῆς χιόνος ἀπόῤῥοια.

157. ἄνεμος ζαής, ait Sch. A. vt ὑγιής, sic et Ascalonita; nec audiendi qui ζάης scribunt, decepti forte casu quarto ζαῆν (Od. M, 313 vbi debuit etiam scriptum esse ζάην). Addit se de prosodia dicturum esse ad Odyss. M. (vt inde pateat, grammaticum eundem etiam ad Odysseam commentatum esse.) Recoxit grammatica ista Eu-

ſtathius. Porro ζαῆς, μεγαλόπνους Apollon. Lex. h. v. laudato hoc verſu: ὡς δ' α. memoriae vitio ὡς pro ἅς. quem repetit Heſych. vbi v. Not. Melius Sch. br. μεγάλως πνέων. βίαιος. et Etymol. σφοδρὸς, σφόδρως πνέων.

158. νιφάδες, ἅς τ' ἄνεμος ταρφειὰς κατέχευεν. ταρφειὰς vt πυκνὰς Ariſtarchus ſcripſit; at Dionyſius Thrax ταρφείας, vt ταχείας, a ταρφὸς, et hic quidem ex analogia; obtinuit tamen ratio Ariſtarchea" Sch. A. et Etym. Apparet ergo iam apud Alexandrinos vocem fuiſſe antiquatam. ταρφέα a ταρφὴς iam M, 47 et alibi vidimus; vbi Apollon. Lex. h. v. reddit πυκνά.

159. ὡς τῶν ἐκ χειρῶν βέλεα ῥέον. — „βέλεα ῥέον plurali, non vt neutra pluralia cum ſingulari. Ὁμηρικὸν τὸ σχῆμα. Repetitur obſeruatio alibi quoque, vt ad N, 617.

βέλεα ῥέον ſic reſcripſi pro vulgato βέλε' ἔῤῥεον, manifeſta deprauatione cum de metro metueret grammaticus. at verius habent codd. Mori. Cant. Barocc. Harl. Vindob. Vrat. b. a m. ſec. Lipſ. Eton. fragm. Moſc. Townl. Ven. cum Euſtathio. Metaphora autem de copia h. l. petita ab imbre videtur. Reſpondet τὸ χέειν. ἐκχέειν.

160. κόρυθες δ' ἀμφ' αὖον ἄϋτευν. αὖον, ξηρὸν Apollon. Lex. h. v. Sch. br. add. Euſtath. et ſup. v. 137. et ἀμφὶ αὐτοὺς eſſe, notant Sch. A. et B. Debebant monere de vſu vocis h. l. in ſono, de *crepitantibus:* qualia ſunt arida. Inf. N, 410 καρφαλέον δ' ἀσπὶς ἄϋσεν. Eſt ſonus aſper, τραχύς· ἀΰτεων Ald. 2. quod ſequuta eſt indocta cohors edd. vsque ad Turnebum, qui antiquum reſtituit ἄϋτευν. vn. Vindob. ἄϋτεον.

161. βαλλόμεναι. Ariſtarchus βαλλομένων. At reliquae βαλλόμεναι Sch. A. μυλάκεσσι. μυλοειδέσι λίθοις. vt H, 270 μυλοειδέϊ πέτρῳ. Apollon. Lex. ſane hoc proprie. cf. Heſych. Melius tamen Sch. br. τραχέσι λίθοις. Niſi omnino ad magnitudinem vox ſpectat, nec ad molarium ſulcos et inciſuras reſpicitur: etſi in molis antiquis ſuperioris lapidis tales fuiſſe inciſuras bene docuit

Beckmann noſter in *Geſchichte der Erfahrungen* P. II.

162. καὶ ὢ πεπλήγετο μηρώ. cum armatus eſſet, femora ferire nequiit; ait Sch. B. grammaticum acumen! geſtu tamen vti potuit, et erant femora ſub thorace.

καὶ ὢ π. interpolata lectio ab grammaticis; Homero vbique eſt ϝῶ vt ϝός, debuitque adeo eſſe ſcriptum ὤμωξεν (vel, vt principio ſcriptum fuiſſe videtur, ὤμωξε) καὶ ϝῶ. Bentleius quoque coni. καὶ ἑῶ π. vn. Vindob. ἐπεπλήξετο omiſſo ὤ. In Townl. eſt ᾧ — μηρῷ. Geſtum indignantis plauſu femorum illuſtrat Koeppen.

Poſt vſ. 162 interpoſitus erat in Cant. et Eton. fragm. Moſc. verſus ex margine illatus: χερσὶ καταπρήνεσσ', ὀλοφυρόμενός τε προσηύδα. Occurrit ille inf. O, 114.

163. ἀλαστήσας. δεινοπαθήσας Sch. br. addit plura Apollon. Lex. χαλεπήνας; στενάξας. ἄλαστα γὰρ (v. c. Il. Ω, 105) τὰ χαλεπὰ, διὰ τὴν χαλεπότητα ἀνεπίληστα ὄντα. add. Heſych. Etymol. ex Orione. Euſtath. Legitur voc. iterum inf. O, 21. Si colligas, quae ad vtrumque locum notata ſunt, apparet, notionem modo miſerationis, modo irae, vtramque cum dolore, voci ſubeſſe.

164. φιλοψευδὴς ὀξυτόνως — Sch. A. B. Praeſtat quod monent, (cum iis Euſtath.) ψεύδεσθαι, eſſe ἀπατᾶν. h. l. de Ioue, qui ſpem vanam non ſecundauerat.

165. ἥρωας Ἀχαιούς. ⸖ „quod omnes Achiuos communiter, non modo principes, ἥρωας appellat.“ Sch. A.

166. ἡμέτερόν γε μένος. Townl. ἡμέτερόν τε.

167. σφῆκες μέσον αἰόλοι. Sch. A. et Apollon. Lex. p. 61 ποικίλοι τὰ μέσα τοῦ σώματος. — Melius alterum, quod addit εὐκίνητοι· haec enim eſt vis vocis; de qua dictum ad Δ, 186. vnde αἰόλλειν, κινεῖν. Monebo tantum verbo in Sch. A. et Sch. br. adiici εἰσὶ γὰρ ἐπτερωμένοι καὶ ξανθοὶ, ἀφ' οὗ εὐκίνητοι. Videtur fuiſſe ξαντοὶ, ἀπὸ τοῦ ξαίνειν, *infecti*. Attamen et Euſtathius ἐπίξανθοι τὴν χρόαν p. 897, 62. at Heſych. μέσον αἰόλοι. ἐπὶ τῶν σφηκῶν, οἱ μέσον στεφόμενοι. immo στρεφόμενοι.

ἠὲ μέλισσαι. bene reposuit Barnes e Codd. in quibus etiam Ven. Lipſ. duo Vindob. cum edd. obſideat ἠδέ.

168. οἱ δ' ὥς τε σφῆκες — οἰκία ποιήσωνται. — οὐδ' ἀπολείπουσι. Pro ποιήσωνται ex ed. Rom. Turnebus receperat ποιήσονται, quod inde vulgatum eſt; et ſe bene habet, legitur quoque in bonis libris. At ποιήσωνται conuenit vſui Homerico poſt ὥς τε, ὡς ὅτε, v. Excurſ. I, ad I. (IX) et agnoſcunt id h. l. Lipſ. a m. ſec. Vrat. b. a m. pr. cum Veneto.

Quod altero membro οὐδ' ἀπολείπουσι ſubiicitur, poteſt ſane abſolute interiectum videri: neque vero illae recedunt: οὐ δ' ἀπολείπουσι. Verum permutatio iſta temporum τῇ ἀφελείᾳ poetae conuenit et exemplis firmatur.

ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ. Primo nunc occurrit vox iam grammaticorum aetate inter antiquatas hoc ſaltem ſenſu, vt ſit via ſaxoſa, habita: norant illi tantum, παιπάλην dici de farina, et de verſuto homine: conſtituunt enim eius vim ex etymo varie, etiam Apollon. Lex. Sufficit eſſe παιπαλόεις idem quod τραχὺς, ex παιπάλη, vel τὸ παίπαλον, lapillus. cf. ad N, 17. pulueruIentam tamen viam expoſuere alii apud Euſtath. vt ſit a ſimilitudine farinae ductum, puluere in cretaceo ſolo farinae aſſimulato.

ὁδῷ. tanquam poeta locum certum memorat pro quocunque; itaque locum, quem homines frequentant ideoque in eas incidunt. ἔπι h. l. vbique ſcribitur, contra morem in aliis locis ſeruatum, cum epitheton ſequatur, obtineatque vſus ὁδῷ ἐπὶ παιπαλόεσσῃ.

170. Poteſt ἄνδρας θηρητῆρας et ad μένοντες et ad ἀμύνονται referri; vtrumque ſit recte.

171. καὶ δύ' ἐόντε Barocc. ἐόντες.

172. χάσσασθαι. χωρῆσαι. Apollon. Lex. et hinc alii.

πρίν γ' ἠὲ κατακτάμεν ἠὲ ἁλῶναι. „antequam interficiantur vel capiantur" vertit Clarke, Barneſium incaute ſequutus, reprehenſa antiquiore verſione „vel interficiant alios vel ipſi capiantur." Perperam vtique. κατακτάμεναι eſt actiuum, vt κτάμεναι et κτάναι, a κτῆμι, ex

κτέω, idem quod κτένω, κτείνω, ſiue ab altera forma κτᾶμι. Plus quam decies occurrit in poeta, ſup. Γ, 379 αὐτὰρ ὁ ἄψ ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεαίνων. At nec minus perperam vertitur ἁλῶναι, *capi.* eſt enim *occidi, interire:* vt aliquoties occurrit, etiam adiecto θανάτῳ v. c. Φ, 281 Νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι. Nihil autem frequentius quam, *aut vincere aut mori.* Eſt quoque in Townl. Cant. et aliis κατακτάμεν, quod et ipſum ſequi licet.

175. — 180. — Sex verſus ἀθετοῦνται, ab Ariſtarcho, etiam ab Ariſtophane; Zenodotus autem ne quidem adſcripſerat. Euſtathius omnia ignorat: niſi quod ineptas interpretationes recitat. Criticen adſcripſere Sch. A. et B. cum Leid. (Valk. Diſſ. p. 179) et fragm. Moſc. Ariſtarchi eſſe ſcholion ſuſpicari licet: audiamus rationes. „Prior, inquit, verſus translatus eſt, (παρῴδηται) ex illis: ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι Jl. O, 414. porro: „pugnarunt ἀμφ' ἄλλῃσι πύλῃσι· at quaenam, inquit, portae hae fuerunt? (Scilicet vna tantum, eaque ἱππήλατος memoratur: v. ſup. H, 438. 439. Necdum transmiſerant foſſam, vt portas oppugnare poſſent. (Huic occurrere liceret: ad portas iſtas duxiſſent haud dubie viae relictae).“ Ridicula vero illa: „Difficile ipſi fore, omnia enarrare; nam nihil adhuc narrauit de murorum oppugnatione. (Dicas: atqui in eo erat, vt enarraret).“ Vnde autem τὸ θεσπιδαὲς πῦρ? nondum ignis vſus erat; ſero infra οἴσετε πῦρ Hector clamat: (atqui non de igni agitur, ſed eſt πῦρ λάϊνον. Attamen veteres iunxiſſe apparet τεῖχος λάϊνον. 177. 8. „Stolidum et illud, quod dii dicuntur contriſtati eſſe fuga Achiuorum (dolent, indignantur, dii clade Achiuorum et alibi) — Verſui λάϊνον Ἀργεῖοι δὲ, appoſuere διπλῆν. (puto propter duriorem tropum) nonnulli propter hyperbaton: τεῖχος λάϊνον. — In B. inſertum ab alio indocte, etiam hoc: vſ. 181 improbari, quia Lapithae memorantur. Pius quod idem Sch. B. cum Lipſ. ſubiungit, contra Ariſtarchi ἀθετήσεις regeſſerat, cum alia, tum hoc: prae-

ter illam magnam portam probabile fieri fuiſſe alias minores. Mihi ſufficere videtur ratio critica, quod in antiquioribus verſus hi defuere; nec ferri poſſunt, quoniam ex aliis locis apparet, vnam tantum fuiſſe caſtrorum portam; et plures carmini portas inſertas eſſe per interpolationes, vt quinis turmis Troianorum reſponderent quinae portae. Legerat tamen verſus etiam Apollonius Sophiſta Lex.; quod non tam ex voce *θεσπιδαὲς* colligo, quod et alibi occurrit, verum ex voc. *ἐπιτάῤῥοθοι*, quod numero plurali hoc vno loco legitur. — Quod poeta perſonam ſuam interponit, cuius lector prorſus immemor eſſe debebat in narratione epica, defendi poteſt exemplo Jl. B, 488 ſqq. etſi et illi verſus ſuſpecti eſſe poſſunt.

175. Verſum hunc ſolum expungebat Bentleius. Ita vero hiat oratio.

176. *θεὸν ὣς*, apud Boeth. de Conſolat. IV, *θεῶν ὡς*.

177. *πάντη γὰρ περὶ τεῖχος ὀρώρει θεσπιδαὲς πῦρ*. — *θεσπιδαὲς πῦρ λάϊνον*, cum inſolenter dictum ſit, varie tentarunt veteres. Sch. A. B. *de igni excuſſo ſaxorum ictibus* in murum ſaxeum coniectis, inepte; etſi illi adiiciunt: *ἔχει δὲ ἔμφασιν ὁ λόγος*. Alii *λίθινον* ad *τεῖχος* retraxerunt: (quod vulgo receptum eſſe ſuſpicor, quia in grammaticis *πῦρ λάϊνον* notatum non occurrit.) Alii ſtatuerunt *πῦρ* eſſe „*τὸ θερμὸν τῆς μάχης*." Ita durum erit hyperbatum. De igni inferendo ad cremandas naues cogitare nondum licet; cum multum adhuc abeſſent a potiundis caſtris. Neque verbis his vſus eſſet in hunc ſenſum: *πάντη γὰρ π. τ.* quae magnum incendium declarant. — Etſi moleſta eſt audacia, malo tamen: *θεσπιδαὲς πῦρ λάϊνον* tropice dictum accipere de ipſa pugna per ſaxorum iactus. *θεσπιδαὲς, θείως δαιόμενον, ὅπερ ἐστὶ καιόμενον* Apollon. Lex. et Heſych. Similiter Sch. br. *θεῖον. τὸ ὑπὸ θεῶν ἀναπτόμενον.* iterum ad Υ, 490. Pugnam flammae, igni, incendio, aſſimulari, ſollenne eſt; ſi illa fit ſaxis, *λάεσι*, facile in id incidere potuit auctor loci, quisquis ille fuerit, vt *λάϊνον πόλεμον*, et ſic

πῦρ λάϊνον diceret. Vidimus ſimili audacia χιτῶνα λάϊνον dictum Γ, 57 Verecundius vtique Virgil. Aen. IX, 569 *ardentes taedas alii ad faſtigia iactant.*

Poſt haec omnia accedo ſagaciſſimae correctioni a Bentleio adſcriptae: θεσπιδαὲς πῦρ δήϊον. hoc enim frequentatur poetae. I, 347. 670. Π, 301. Σ, 13. et ſaepe πῦρ δήϊον. Forte, infit idem, Homerus ſcripſerat δάϊον, ex aeoliſmo, δάϝϊον, quem Priſcianus memorat. Alcman: καὶ χεῖμα πῦρ τε δαϝιον.

178. 9. Ἀργεῖοι δὲ, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκῃ νηῶν ἠμύνοντο. Monent Schol. iungi poſſe ἀχνύμενοι νηῶν et νηῶν ἠμύνοντο. at ἀνάγκῃ ad poſterius eſſe referendum. ἠμύναντο lectio erat edd. praeter Romanam, e qua Turnebus ἠμύνοντο repetiit.

θεοὶ δ' ἀκαχείατο θυμὸν πάντες — ἀκαχείατο induxit H. Stephanus, Romanam, ſuſpicor, ſequutus, cum legeretur ἀκαχήατο. Res eodem redit, orto, puto, discrimine e vetere ſcriptura ε, quod alii per η, alii per ει reddiderunt. Eſt quoque in Heſych. ἀκαχέατο, λελυπημένοι εἶεν. (ἦσαν) ἀκαχείατο tamen tuentur Etymol. Suid. Euſtath. pars codd. in his Ven. At per η ſcribunt Schol. br. Cant. Vrat. A. b. Eton. a m. pr. fragm. Moſc.

θυμόν. Ita Ald. 2. cum ſeqq. reuocauit θυμῷ Turnebus, quod erat in Flor. Ald. 1. Rom. atque hinc in vulgatam abiit. θυμὸν tamen defendit ratio grammatica; perpetuum vtique Homero eſt, ἀκαχήμενος ἦτορ, κῆρ ἀχέων. accedit auctoritas codd. Cant. Harl. Eton. Lipſ. Vrat. b. fragm. Moſc. Venetus vterque.

180. ὅσοι Δαναοῖσι μάχης ἐπιτάῤῥοθοι ἦσαν. De voce ἐπιτάῤῥοθος pro ἐπίῤῥοθος iam dictum eſt ad E, 808. proprie ἐπιῤῥοθεῖν eſſe ἐπιβοᾶν, v. c. de canibus, docet Apollon. Lex. vbi additur: τάσσεται καὶ ἐπὶ τῶν ἐπικούρων. v. ib. Villoiſ. qui alias ſunt κλητοὶ, τηλεκλητοί.

183. κυνέης διὰ χαλκοπαρῄου. Mori. Barocc. χαλκοπαρείου. Quod vox eſt pro χαλκῆ, pars pro toto, notat Apollon. Lex. p. 425. et ipſe poeta inf. Υ, 397. 398.

184. 185. ἀλλὰ διὰ πρὸ αἰχμὴ χαλκείη ῥῆξ' ὀστέον. Alii hic et alibi vna voce διαπρό. vt Cant. Mori. fragm. Mosc. δι' αὐτῆς Townl.

αἰχμὴ ἱεμένη, emissa, Barocc. cum Townl. Nec insuaue visum Clarkio, quia praecesserat χαλκείη κόρυς. Alludunt Vindob. ἱεμένη. ἰαμένη.

186. ἐγκέφαλος δὲ ἔνδον ἅπας πεπάλακτο. De hoc v. ad Λ, 98.

187. Πύλωνα. Vrat. b. Πέλωρα. Ὄρμενον. „γρ. Ὄρμενον" Barnes.

188. υἱὸν δ' Ἀντιμάχοιο. Sphalma intulerat Ald. 1. υἱὸς, quod per socordiam seruatum, etiam in Rom. vsque ad Barnes. Erat tamen etiam in vno Vindob. et in Vrat. A. sed corr. ν addita glossa τόν.

190. ἐρυσσάμενος. Geminatum σ rescripsit Barnes, recte. v. sup. ad A, 141 et Exc. IV. Expressum quoque illud nunc in parte codd. vt Lips. Ven.

192. πλῆξ' αὐτοσχεδίην. Supple κατὰ τὴν αὐτοσχεδίην πληγὴν, ὁρμὴν, aut simile quid. Inf. O, 510 αὐτοσχεδίῃ in aliis αὐτοσχεδίην. quod Apollon. Lex. ἀπὸ χειρὸς, ἐκ τοῦ σύνεγγυς interpretatur. et h. l. Schol. br. ἐκ τοῦ πλησίον. ἐκ χειρὸς est ergo idem quod αὐτοσχεδόν.

οὐδει ἐρείσθη. vn. Vindob. ἔρεισεν.

193. καὶ Ἰαμενὸν καὶ Ὀρέστην. ⊱ „πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν, (in Ὀρέστην) et quod Ἰάμενος." Sch. A. Sunt eadem quae ad v. 129 erant notata.

195. ὄφρ' οἱ (*illi*) τοὺς ἐνάριζον — antapodosis est vs. sequ. τόφρ' οἱ (*hi*) π. et sequitur vs. 199 οἵ ῥ' ἔτι μερμήριζον. *hi, inquam*, cunctabantur, haerebant animis.

198. μέμασαν δὲ μάλιστα τεῖχός τε ῥῆξαι καὶ ἐνιπρῆσαι πυρὶ νῆας. erat vulgata lectio; nec per se improbanda. Est tamen ῥήξειν καὶ ἐνιπρήσειν in potiore librorum parte: Cant. Mori. Barocc. Harlei. Vrat. A. et b. altero superscripto, fragm. Mosc. Vindob. duo, alter a pr. m. Lips. Ven. add. Eustath. et sup. vs. 90. in Obss. Sane post μέμαα promiscue et praesens et praeteritum et futu-

rum tempus ſequitur. Paullo poſt tamen 200. 218 etiam περησέμεναι μεμαῶσι.

199. ἐφεσταότες παρὰ τάφρῳ. Townl. παρὰ τάφρον.

200. Locum hunc imitatione expreſſum ap. Cic. de Div. I, 47. laudarunt iam alii, et Virgiliana loca Aen. XII, 247. et XI, 751. Verba 200 — 7. recitat Ion ap. Plat. p. 539.

201. αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων. ξ- „ὅτι ἀφορίζων ἔφη, ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἀριστερὰ ὁ ἀετός. Praeſtat autem, ita pergit Sch. A., aquilam mediam inter copias volare, et eas verſus laeuam tendentes reuocare, ἀνείργειν, itaque iungenda ſunt: ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων." Eadem fere Sch. B. cui tamen ſpecies augurii obverſata eſſe videtur haec: volaſſe aquilam ſic, vt *media* eſſet *inter Achiuos et Troianos*, vtque hos haberet a ſiniſtra: quae res malum portendere viſa: quia ἀριστερὰ ſunt ἀπαίσια. Bene haec ſe haberent; et videri poteſt aquila a ſeptentrione verſus auſtrum volaſſe, vt ei a laeva eſſent Troiani, quos a caſtris auertere velle videretur; modo in verbis reperirem. In eum ſenſum Sch. B. etiam inf. 206 accipit μέσῳ ὁμίλῳ. ἐν τῷ μεταιχμίῳ πρὸς τὸ μὴ μεταβῆναι. Requiro et ipſum hoc, vt clades poſtea in parte caſtrorum ſiniſtra (h. ea quam Achiui ſiniſtram haberent, vt ſiniſtram caſtrorum fere dici ſupra iam vidimus) accipienda per volatum a ſiniſtra declaretur; verum tamen apparet, ſiniſtra, τὰ ἀριστερὰ, h. l. dici a parte Troianorum, non Achiuorum: Ita interpretatio oſtenti in hac quidem re quaerenda non eſſe videtur: niſi ſtatueris, Hectorem et Polydamantem paullo remotius in cornu Troianorum dextro, eo loco in exercitu ſtetiſſe, vt iis porta caſtrorum a ſiniſtra eſſet vna cum Troiani exercitus parte ad eum pugnante.

Non vno modo inſtitui videtur poſſe interpunctio: poteſt iungi: περησέμεναι μεμαῶσιν ἐπ' ἀριστερά. *a laeva parte foſſam traiecturis*, quod ſupra dictum erat 118 εἴσατο γὰρ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ etc. Reponi tamen poteſt, ita otioſe adiectum eſſe ἐπ' ἀριστερὰ, quod vim

habet, ſi ad augurium ſpectat. Itaque praeſtat alterum, ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθεν ἐπ' ἀριστερά, *augurium oblatum eſt a laeua.* itaque interpungere praeſtat poſt ἐπ' ἀριστερά. Hactenus recte Macrob. Sat. V, 13. Homericae aquilae Omen — *quae et ſiniſtra veniens vincentium prohibebat acceſſum* h. e. ne in vallum irrumperent, Koeppen huc vocabat morem, qui narratur, augurum ad augurium capiendum ita ſe inſtruentium, vt verſi ad ſeptentrionem ſtarent; at h. l. Polydamas ſtat in exercitu.

Reſtat obſcuritas in verbis λαὸν ἐέργων. quae optime accipiuntur, *volans inter, transuolans*, adeoque transvolando *medias copias diuidens*, ἀφορίζων, ὥστε φαίνεσθαι μέσον αὐτῶν, vt Sch. br. Itaque ſimpliciter accipiam: ipſis, Troianis, foſſam traiicere annitentibus, a laeua parte volauit aquila per medias copias. Vnde et infra 206 μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ. Vt ſit *circumuolans* exercitum aquila, haud facile efficies ex verbo ἐέργων.

Eſt quaeſtio in Sch. A. B. br. quomodo hoc augurium aduerſum conueniat cum Iouis conſilio, qui volebat Troianos ſuperiores eſſe pugna. Scilicet manet illud conſilium; ſed erigitur animus ad alterum, quod futurum erat, vt, diu victores, naue incenſa, Patrocli virtute caſtris fugarentur.

Adiecta eſt alia in Sch. A. et Etymol. obſeruatio: Ariſtarchi eſſe ſcripturam: ὑψιπέτης, quia repererat ὠκυπέτα Θ, 42. N, 24. At alii ſcripſere ὑψιπετῆς, ex ὑψιπετήεις, vt τιμῆς ex τιμήεις. „At, inquit, ὑψιπετῆντα non occurrit, ergo parendum Ariſtarcho." Scilicet ὑψιπετής proprie eſt ἀπὸ ὕψους πεπτωκώς. Sch. br. Repetit eadem Euſtath.

202. Φοινήεντα. φονευτικὸν ἢ πυῤῥὸν Sch. br. ἡμαγμένον Sch. B. nec mirum, cruentata erat morſu ſerpentis et vulnere. ὑπὸ τοῦ ἰδίου πεφοινιγμένον αἵματος Sch. A. Plura tamen appinguntur ap. Heſych. in h. v. et in his: λεπιδωτὸν ὁ 'Απίων φησί. vnde hoc homo arripuerit; non aſſequor.

204. *κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρήν.* Sch. A. „*οὕτως ἐγκλιτέον τὴν ἀντωνυμίαν κατ' αἰτιατικὴν πτῶσιν. μέμνηται καὶ Ἡρωδιανὸς καὶ Ἀπολλώνιος.*" Haec arguunt, eum legiſſe ἑ, quo tamen loco, obſcurum eſt. Suſpicor fuiſſe *κόψεν ἑ αὐτὸν ἔχοντα.* quod antiquitus ſcriptum erat *κοψε Ϝε*, aut *κόψε δέ Ϝ' αὐτὸν ἔχοντα*, h. e. *κόψε δὲ αὐτὸν ἔχοντά Ϝε.* Plato loco ſupra memorato non aliter legit ac nos, ſaltem qualem in edd. habemus. Egit de vſu hoc *τοῦ ἑ* Apollon. Dysc. in Syntaxi II, 18 p. 141. 142. etſi hunc locum non attigit.

„*γρ. περὶ δειρὴν*" Barnes. Et ſic legitur in Lipſ. *ποτὶ δειρὴν* repererat ſcriptum Euſtathius.

205. *ἰδνωθεὶς ὀπίσω. ἐπιστραφείς.* de voc. v. ad B, 266.

ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε. de *ἀπὸ ἕθεν* aliquoties iam vidimus. v. ad A, 114.

„*γρ. ἀπαὶ*" Barnes. de ſuo, ſuſpicor.

206. *ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ.* Townl. *ἀλγήσας δ' ὀδύνῃσι μέσῳ ἐγκάββαλ' ὁμίλῳ.* ita priora *ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε* eſſent otioſa. *μέσῳ δ' ἐγκάββαλ'* eſt ap. Platon. l. c. in Ione p. 539 C. cum Vrat b. *ἐνικάββαλ'* vna voce eiam Euſtath. *κάμβαλ'* antiquo charactere Lipſ. Vrat. A. Flor. Ald. 1.

207. *αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇσ' ἀνέμοιο.* „quod *πέτετο πνοιῇσ' ἀ.* pro *ἅμα (σὺν) πνοιῇσι.*" Sch. A. Clarke, praeeunte Dionyſio Halic. de compoſit. ſ. 16 agnoſcit in hoc verſu celeritatem venti adumbratam. Malim docuiſſet, quid ſit grammatice *πέτεσθαι πνοιῇσ' ἀνέμοιο.* Videri poteſt h. l. dictum vt Lat. ferri vento, quod fit in volatu; vt de naui: *ἐννύχιοι πνοιῇσ' ἀνέμοιο θέοντες* Apollon. I, 600 pro *διὰ πνοιῶν.* Vento ſecundo a puppi ſpirante et IV, 1624 *λαίφεσι πεπταμένοις πνοιῇ ζεφύροιο θέεσκον.* Ita fere videtur accepiſſe Euſtath. ac ſi ales vento ſe ferendum permiſerit, *τῷ λαχόντι πνέειν ἀνέμῳ ἐπιτρέψας ἑαυτόν.* et mox, *πρὸς ἄνεμον πνέοντα.* Et Schol. B. cum fragm. Moſc. *τῷ πνέοντι ἀνέμῳ δοὺς ἑαυτόν.* quae omnia vento tribuunt eam vim, vt ferant vo-

lantem. Ita conuenit Aen. V, 607. Iuno mittit Irim de caelo, *ventosque adſpirat eunti.*

At aliis locis alia rei eſt notio. dicuntur, aues, naves, equi, volare ἅμα πνοιῇσ' ἀνέμοιο. Sic Od. A, 98 Athene de caelo deuolat ἅμα πνοιῇσ' ἀνέμοιο. Sic Mercurius E, 46 et Jl. Ω, 342. ſolearum vſus nihil hic expedit. Jl. Π, 149 de equis Achillis et T, 415. Quo ſenſu hoc dictum putabimus? ἅμα σὺν *comes* incedit? an cum vento, vt ab eo agatur? an eſt, volare ſic, vt aequet ventos celeritate ales? vt volet pari celeritate? Sane ſic aperte Jl. T, 415 vbi equi Achillis: νῶϊ δὲ καί κεν ἅμα πνοιῇ ζεφύροιο θέοιμεν. Zephyrum velocitate nos aequamus. Aemulatur hoc Virgil. Aen. IV, 241 vbi Mercurium, ſublimem alis, talaria pedum portant *rapido pariter cum flamine:* vt aequet ventorum impetum. Idem mox volans *agit ventos et tranat nubila:* nam qui per aerem transmittit ſe, findit eum, et dispellit qua volat, agitque ventos, aerem, ante ſe. Apud Heſiod. Θ. 268 Harpyiae αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται, ὠκείῃς πτερύγεσσι. Simili modo augetur prodigium, quando equi dicuntur praeuertere, vincere, ventum anteire; Apollon. II, 276 ἐπεὶ ζεφύροιο παραΐσσεσκον ἀέλλας de Harpyiis, vbi Schol. in priore interpretatione ſubſiſtere debebat. Verum haec notiora ſunt, et multis illuſtrata a Valken. Diatribe p. 107.

Reddunt vulgo ἅμα, ὁμοίως ἀνέμοις, pariter ac. Atqui ἅμα veteribus, inprimis Homero, non niſi de tempore adhibitum eſſe, docent grammatici, haud vno loco; ſic Euſtath. p. 878, 13 ἅμα χρονικόν. ὁμοῦ τοπικόν. Alioqui conuenirent ſimiles formulae: K, 437 θέειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Apollon. IV, 221 equos πνοιῇσιν ἐειδομένους ἀνέμοιο. Ex vſu itaque loquendi ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο volare nihil aliud eſſe poteſt, quam, volare cum vento, ita vt pari celeritate aliquis volet.

Occurrit tandem alia forma: μετὰ πνοιαῖς. Jl. Ψ, 367 χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῇσ' ἀνέμοιο. et Apollon. I, 223 κυάνεαι δονέοντο μετὰ πνοιῇσιν ἔθειραι quod redit

fere ad primum illum vſum, vt ſit pro διὰ ἀνέμου. An ſic Od. B, 148 aquilae aliquamdiu ferebantur vento, quo ventus eos ageret, τὼ δ' εἵως μέν ῥ' ἐπέτοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο.

Pro πέτετο eſt ἕπετο in Platone l. c.

πνοιῇς pro πνοιῇσ' Cant. Harl. Lipſ. fr. Moſc. nil intereſt, vtrum teneas: modo retineas conſtanter.

κλάγξας, eſt βοήσας, κράξας roſtro. non, quod alii, τοῖς πτεροῖς.

208. Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. Laudat prius diſtichon Thomas Magiſter in ῥιγῶ, ῥιγέω, φοβοῦμαι. Pauſan. ex h. l. obſeruat, ὄφιν ſynonymum eſſe τοῦ δράκοντος· lib. VIII, 8.

αἰόλον ὄφιν. „αἰόλον, τὸν πολυποίκιλον, πολύστικον. Schol. A. br. Immo vero, vario motu ſpiras nexusque trahentem: v. Δ, 186. B, 816.

In ὄφιν argutantur veteres propter priorem natura breuem et verſum μείουρον edunt: Sch. A. Sch. br. Athenaeus XIV, p. 632. Etiam Clarke ad h. l. Satis tamen apertum eſt, pronuntiatam vocem fuiſſe duplici ΦΦ. ὄφφιν ſeu ὄπφιν. In Schol. Lycophr. 235 laudatur verſus Hipponactis: ἣν αὐτὸν ὄφφις τἀντικνήμιον δάκῃ. Multa inepta cumulauit Euſtath. ad h. l. niſi quod recte memorat fuiſſe, qui ὄπφιν ſcriberent; vti σκύφος ſcriptum fuit σκύπφος· quod notum eſt ex Athenaeo XI, p. 498. 9. quem locum exſcripſit Euſtath. ad Od. O, 84. p. 1775. Alii Homerum ſtudio hunc verſum excudiſſe aiunt, vt mobilitatem ſerpentis exprimeret: Demetr. autem de Elocut. ſ. 257 vt per κακοφωνίαν conſequeretur orationis δεινότητα. alioqui ſcribere potuiſſe: ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον· at Homerus ita ſcribere non potuit; alioqui peccaſſet in metrum; nam ei eſt ϝειδον. In Cantabr. erat ὅ φιν. quod Bentl. coni. eſſe οὖφιν. vt οὖρος. οὔνομα.

Pro ὅπως ἴδον eſt ἐπεὶ in Ald. 1.

210. θρασὺν Ἕκτορα εἶπε ξ „quod deeſt πρὸς ante Ἕκτορα." Vidimus iam vſ. 60.

211. Ἕκτορ, αἰεὶ μέν πως μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῇσιν. ⊱ „quod ait aliquid factum, quod antea non memoravit“ inſcite! et „quod omiſſum ἐν, ἐν ἀγορῇσιν. At nonnulli acceperunt pro ἐν ἀγορεύσεσιν.“

αἰεὶ quod Atticis anceps eſſe volunt (Pierſon. ad Moer. p. 231. Brunck. ad Perſ. Aeſch. 174.) Homero ſemper eſt breui priore ſyllaba.

ἐπιπλήσσεις. „οὕτω διὰ τοῦ π“ Sch. A. quid ergo aliud fuit lectum? puto, ἐνιπλήσσεις. Et exhibent hoc Townl. vn. Vindob.

213. δῆμον ἐόντα. ⊱ „quod δῆμον ἀντὶ τοῦ δημότην. ἰδιώτην. Sic Herodianus“ Sch. A. Etiam Apollon. Lex. τὸν δημοτικὸν ἄνδρα. Eadem Heſych. ſed male addit; ὀξυτόνως. etſi id quoque Etymologus appoſuit, loco tamen luxato. Stephanus Byz. in δῆμος. — καὶ τὸν ἕνα δημότην, laudato hoc verſu. Duxit hinc ſuum: *plebs eris*, Horatius Epp. I, 1, 59. Ieiuna eſt Barneſii coniectura: δήμιον ὄντα vel εὖντα. Ingenioſius Bentl. δήμου ὄντα. vt B, 198 ὃν δ᾽ αὖ δήμου τ᾽ ἄνδρα ἴδοι.

παρὲξ ἀγορευέμεν. Venetus vna voce παρεξαγορευέμεν.

214. σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν. „In alio: σὸν δὲ σθένος“ Schol. A. κράτος ἀέξειν, opes, potentiam, firmare, amplificare. Sic θυμὸν P, 226.

215. νῦν δ᾽ αὖτ᾽ Lipſ. ſine δ᾽, νῦν αὖτ᾽. Pro ἄριστα, ἄριστον Euſtath. recitat.

216. μὴ ἴομεν Δαναοῖσι. ⊱ „quod μὴ ἴομεν pro ἴωμεν.“ Sch. A. Ex grammatica veterum imperfecta. Lectum quoque olim εἴομεν ap. Apollon. Lex. εἴομεν πορευθῶμεν et Etymol. p. 449, 41. diſerte h. l. appoſito; alioqui gloſſam ad lib. B, 440 referrem; vbi cf. Obſſ.

μαχησόμενοι. Bentl. et h. l. amplectitur μαχεσσόμενοι.

218. εἰ ἐτεόν γε Τρωσὶν ὅδ᾽ ὄρνις ἐπῆλθε. „χωρὶς τῆς προθέσεως ὁ Ἀρίσταρχος„ Schol. A. Ariſtarchus ergo ſcripſerat ὅδ᾽ ὄρνις ἦλθε. et hoc recte ac vere; nam vltima eſſe debuit longa in ὄρνις, cum inde producti ſint obliqui ὄρνιθος et rel. Nec niſi ſeriores ὄρνις corripue-

runt. Produxit quoque Pindar. P. IV, 33 κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτάσει. Opponas forte inf. Jl. Ω, 219 ὄρνις ἐνὶ μεγάροισιν. hoc vero corrigendum ὄρνις ἐν μ. Interpolata lectio fuit ex vſ. 215 ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε.

219 exciderat cod. Lipſ. et binis Vindob. et repeti potuit ex ſuperioribus.

221. ζωὸν, ἄφαρ δ' ἀφέηκε. Schol. A. ad Π, 445 exemplum τοῦ ζῶς laudat verba: τὸν ζῶν ἐφέηκε. an voluit ille: τὸν δ' αὖ ζῶν ἀφέηκε?

Hunc locum reſpexit Aelian. H. An. XVII, 37. vbi ſimilem pugnam aquilae et ſerpentis memorat.

222. τεκέεσσιν ἑοῖσι. ἐϝοισι. Bentl. τεκεεσσι ϝεοισι. v. Exc. de Digammo.

223. εἴπερ τε — ῥηξόμεθα — εἴξωσι δ'. iterum iuncta videmus futurum indic. cum aoriſto ſubiunct. vn. Vindob. εἴξουσι.

225. οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθ' αὐτὰ κέλευθα. Reddunt, ipſe Apollon. Lex. ναῦφι. τῶν νεῶν. laudato hoc verſu, et hinc Heſych. Comparat Etymol. cum ταναύποδος. οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ναῦς ναὸς γίνεται ναόφι, καὶ κατὰ κρᾶσιν ναῦφιν ἀμυνόμενοι (Jl. N, 700 at hic eſt pro ναυσί.) ἀντὶ τοῦ ἐκ νεῶν ἀποσοβοῦντες. Sunt tamen loca, in quibus dubitari nequit ναῦφι caſum tertium eſſe pro νηυσίφι, νηυσί. Θ, 474 πρὶν ὦρθαι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα. Similiter Π, 281. Σ, 305. Poſſunt forte omnia loca eodem caſu expediri: vt Π, 246 αὐτὰρ ἐπεί κ' ἀπὸ ναῦφι μάχην ἐνοπήν τε δίηται, ſi iungas ἀποδίηται μάχην ταῖς ναυσί. vti ἀμύνεσθαι ναυσὶ dictum: N, 700 ναῦφιν ἀμυνόμενοι. Itaque ſup. B, 794 ὁππότε ναῦφιν ἐφορμηθεῖεν Ἀχαιοὶ preetuli. Ita et h. l. poſſit accipi παρὰ ναυφὶ pro *in caſtris*, in nauium ſtatione. Verum poteſt vtrumque vſu fuiſſe habitum, vt ναῦφι eſſet ἀπὸ νηῶν et ταῖς ναυσί. vt vidimus illud φι vtrique caſui adiungi; ad Θ, 300. Mireris forte non eſſe ex νηυσίφι factum νηῦφι, ſed ναῦφι; atqui fuit quoque ναυσίθοος· ναυσίκλειτος· ναυσικάα· ναύμαχος. Ex altera parte a ge-

nitiuo νηὸς etiam eſſe debebat ſcriptum νηόφι νηῦφι. eſt tamen ναῦφι. ναῦσφιν Barocc.

αὐτὰ κέλευθα. τὴν αὐτὴν ὁδόν. ita notabile hoc ipſum Apollonio Lex. ex inde Heſychio.

227. οὕς κεν Ἀχαιοὶ χαλκῷ δῃώσωσι. vulgo lectum δῃώσουσιν. Sed δῃώσωσι cum κεν ex ſollenni Homeri vſu repoſui, accinentibus fragm. Moſc. Eton. et δηϊώσωσι Townl. Vrat. b. duob. Vindob. vt δηιώσουσιν erat in mſ. Lipſ. edd. Flor. Ald. 1.

228. ὧδέ γ' ὑποκρίναιτο θεοπρόπος. &c. „quod ὑποκρίναιτο pro ἀποκρίναιτο." Sch. A. et br. Atqui illud vocabulum proprium de interpretando oſtento eſt. Eſt tamen idem Scholion in Apollon. Lex. p. 676. adiecto quoque alio loco Od. B, 111 σοὶ δ' ὧδε μνηστῆρες ὑποκρίνονται. Polydamas autem arte vaticinandi inſtructus fuiſſe narratur, edoctus a patre Pantho, qui Delphis eam didicerat; fabula affertur in Schol. A. B. ad v. 231 vbi πάντ' οὖν ἕνα emend. Πάνθουν ἕνα. porro in Schol. Moſc. Euſtath. p. 900, 46. Seruio ad Aen. II, 319.

ὑποκρίνατο in bonis codd. vt in Eton. fragm. Moſcou.

229. ὃς — εἰδείη τεράων, καί οἱ πυθοίατο λαοί. poteſt duplici modo accipi, aut abſolute; ſicque interpretanti ei parebunt homines; aut iunctim cum antecedente: ὃς εἰδείη καί οἱ pro καὶ ᾧ πύθοιντο λαοί. qui doctus ſit prodigiorum, et cui parent homines reſpondenti de prodigiis.

καί οἱ πυθοίατο λαοί. pro πείσονται, vt ſaepe videmus eodem loco haberi ac permutari futura indicatiui, cum Aoriſtis optatiui et coniunctiui.

230. τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ. &c. „quod Zenodotus ſcripſerat: τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα μέγας κ. Ἑ." Sch. A.

231. Πουλυδάμα. „Ariſtarchea lectio: (iterum obuia inf. Σ, 285. Ξ, 470. N, 751.) Zenodotus et Chamaeleon Πουλυδάμαν" ſcilicet, vt Αἶαν. Eſt tamen et Ἀκάμα. Euſtath. p. 902, 7.

σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοί. In οὐκ ἔτι argutatur Clarke. Vidimus tamen iam aliquoties οὐκέτι nihil amplius esse quam οὐκ. Variat quoque vbique scriptura οὐκ ἔτι et οὐκέτι.

VIII. 231 — 234 iam supra erant lecti H, (VII.) 357 — 360.

233. ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις. Schol. br. ἀπὸ κρίσεως. Eustath. ἀπὸ σκέψεως καὶ κρίσεως. consulto. Est, serio, σπουδαίως. vt sup. H, 359. vbi v.

237. οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι. *praepetes* reddit vir doctus apud Gellium VI, 6. ex consequenti tamen, non ex proprietate verbi. Argumentatur fere eodem modo de Deiotari auguriis Cicero de Div. II, 37. Comparari quoque potest locus Od. B, 180 sq.

238. τῶν οὔ τι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω. Est τῶν pro ὧν. At Schol. B. „τῶν. οὐ, πάντων, ἀλλὰ τῶν Φανέντων τὰ νῦν.“ Sic tamen esset saltem τῶν δ' οὔ τι.

μετατρέπομαι hoc sensu iam vidimus A, 160 τῶν οὔ τι μετατρέπῃ οὔτ' ἀλεγίζεις. et I, 626.

239. εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. ξ— „quod duo haec extrema nouit Homerus (διαστάσεις κοσμικὰς) orientem et occidentem; et quod illum a dextra, hunc a sinistra collocat.“ Sch. A. bene hoc. nihil tamen monetur de altero: πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, sintne diuersa an synonyma. Prius statuere videtur Strabo lib. X, p. 697 C. et I, p. 49. 59 vt cum Oriente simul tota pars australis significetur. Verius est posterius, ἠῶ καὶ ἥλιον esse de oriente dictum; sic et Od. I, 26 opponuntur insulae sitae πρὸς ζόφον — et αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. iterum Od. K, 190 sq. N, 240. 1. Eustathius inepta cumulat.

ἐπιδέξι' vna voce Cant. Mori.

240. ποτὶ ζόφον. πρὸς δυσμὰς Schol. br. λέγει δὲ ζόφον καὶ τὴν δύσιν, versu hoc apposito, Apollon. Lex. h. v. et Hesych. cf. Od. K, 190. I, 26.

241. ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο. Barnes δὴ, perperam, reponit.

243. *εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.* verſus praeſtantiſſimus et ſententiae grauitate et verborum felici dilectu in ſumma ſimplicitate. Vulgatiſſimum eſſe dictum, quo tamen vti liceat, quia tam praeclare dictum eſt, iudicat ipſe Ariſtot. Rhet. II, 21. Non itaque mirum eum ſaepiſſime memorari, non modo in gnomicis, vt a Stobenſi, Serm. 38 (39) de patria, verum etiam a viris magnis et ſapientibus recitatum; ſic ab Epaminonda. Diod. XV, 52. a Pyrrho. Plutarch. in Pyrrho p. 402. E. a Cicerone ad Attic. II, 3. et reſpicit ille hunc verſum de Senect. 4. vbi de Q. Fabio Maximo: *augurque cum eſſet, dicere auſus eſt optimis auſpiciis ea geri quae pro reip. ſalute gererentur.* Cum Demoſthenis verbis (pro Cor. 28 *δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τὰς ἀγαθὰς ὑποθεμένους ἐλπίδας* etc.) comparat auctor Demoſth. Encomii ſ. 5 quod eſt inter Lucianea; nec tamen ſententiae ſimilitudine, ſed grauitate pari. Conuenit inf. Jl. O, 496 *τεθνάτω· οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν·* quod Aeſchylus aemulatur in VII ad Th. 1019 *εἴργων γὰρ ἐχθροὺς — τέθνηκεν οὗπερ τοῖς νέοις θνήσκειν καλόν.* vbi Schol. ad noſtrum verſum prouocant.

ἀμύνασθαι ed. Rom.

vſſ. 244 — 248 ſunt ap. Stobaeum Serm. VIII *περὶ δειλίας.* Et vſſ. 246. 247. in Schol. Pind. Ol. I, 129 *σοὶ δ' οὐδὲν δέος ἔστ' ἀπολέσθαι — ἠὲ μαχίμη.* memoriae vitio an calami.

247. *οὐ γάρ τοι κραδίη μενεδήϊος.* vox hoc vno loco occurrit, et N, 228. *ὁ μένων τοὺς δηΐους, τοὺς πολεμίους, ἐν τῇ μάχῃ. πολεμικός.* ita Schol. br. Adde Heſych. c. nota. eſt idem qui *μενεχάρμης, μενεπτόλεμος.*

248. *εἰ δὲ σὺ δηϊοτῆτος ἀφέξεαι.* Cant. *ἀφίξεαι.* hoc idem et *εἴ τε τίν'* vn. Vindob. Ap. Heſych. *ἀφέξεαι* (vt Bentl. quoque emendat pro *ἀφεξέῃ*) *ἀποστήσῃ ἢ ἀποκωλύῃ, ἢ ἀποσχήσῃ.*

ἠέ τιν' ἄλλον. Eton. *ἤ τε.*

249. *παρφάμενος ἐπέεσσιν. παραλογισάμενος, πείσας.* Schol. br. cf. ad Λ, 792.

ἀποστρέψεις πολέμοιο. In edd. eſt ἀποτρέψεις. Townl. ἀποτρέψῃς. minus bene poſt εἰ δέ. At ἀποστρέψεις eſt e conſenſu codd. receptum, Cant. Mori. Harlei. Eton. fragm. Moſc. Lipſ. Ven. et Euſtathii. πολεμίζειν vn. Vindob.

250. ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς, Schol. br. δαμεὶς, πληγείς. ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις. Eton. Lipſ. fragm. Moſc. ὀλέσσῃς.

252 ſq. ἐπὶ δὲ Ζεύς. — „quod ex his manifeſtum fit, Iouem concuſſiſſe aegidem.“ Schol. A. Saltem ſic dicas: his verbis contineri ea, quae intelligenda ſunt aliis locis, quoties Iupiter aegidem concuſſiſſe dicitur: quod h. l. adiectum non eſt.

254. ἢ ῥ' ἰθὺς νηῶν κονίην φέρεν. — „quod ἰθὺς eſt ἐπ' εὐθείας, κατ' ἀντικρὺ τῶν νεῶν.“ Etiam Apollon. Lex. h. v. ἰθὺς νηῶν, ἐπ' εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς. laudato verſu.

255. θέλγε νόον. Manifeſtum fit, dictum eſſe *de virtute debilitata et imminuta*, animo fracto, et deſpondente. Alibi, vt O, 322 additur, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς. Proprie *mulcere*, *delinire*, *mollire* eſt; inde eſt, *vim adimere* et, vt bene obſeruat Erneſti, in deteriorem partem inflectitur; Sic transfertur ad animum. Hinc et de Mercurii virga aliquoties, vt Ω, 343. et translatum *ad ſuccos magicos* et *carmina*, quibus *vires agendi vel mouendi adimuntur*. Tandem etiam ad *fraudes* refertur vt Φ, 604. Hinc facile expedire licet ea, quae ſunt apud Heſych. et in Etymol. Haeſere tamen in his quoque veteres grammatici. Apollon. Lex. in θέλγειν, Apionem ait reddere ἀνιᾷν. ἀμαυροῦν. videri tamen vocem habere notionem generaliorem, τὸ μεταβολήν τινα ψυχῆς ποιεῖσθαι. (ſatis late!) eſſe enim θέλγειν, εἰς τὸ θέλειν ἄγειν (inepte!) Recoxit haec Euſtath. Male Sch. br. ἠπάτα. ἔβλαπτε. cf. inf. ad N, 435 θέλξας ὄσσε. O, 594 eſt θέλγε θυμὸν Ἀργείων καὶ κῦδος ἀπαίνυτο.

258. — Multa cumulant Sch. A. B. Victor. et in hoc Porphyrius, recocta ab Euſtathio, ſuper κρόσσας,

quas Ariſtarchus *κλίμακας* eſſe putauerat, ideoque *κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον* reddiderat: *ſcalas admouerant vallo*, aiunt, *κλίμακας ἔρυον κατὰ πύργων, ἐπὶ τοὺς πύργους καθεῖλκον.* Sequuntur quoque Ariſtarchum Sch. br. Et ad hoc idem iudicium ſpectat Schol. inf. ad v. 375. At Homerus *κρόσσας* dixit pinnas, pinnacula, *τοὺς ἐν τοῖς πύργοις ἐξέχοντας λίθους, τὰς ἐξοχάς.* Porphyrius comparat *κρόσσους* in veſtibus, fimbrias, et *νῆας προκρόσσας* inf. Ξ, 35. hoc male. Leguntur diuerſae opiniones apud ipſum Apollon. Lex. et ex eo in Heſych. tum in Etymol. Koeppen ad locum Herodoti II, 125 haec reuocare volebat, vt *κρόσσαι* ſint *ἀναβαθμοὶ*, ſeu *βωμίδες*, ſaxa aliud ſuper alio ſic poſita, vt in graduum morem recedant, vtque ita, tanquam per gradus, aſcendi poſſit et deſcendi. At apud Homerum ſunt *κρόσσαι, στεφάναι*, pinnae ſummam *ἐπάλξεως* oram cingentes; quod pugna ipſa docet h. l.

καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις. has per *προμαχῶνας* reddunt Heſych. Etymol. Sunt *αἱ ἐξοχαὶ ἐπάνω τῶν πύργων. ἔριπον* vitioſe optimi tamen codd. Ven. vterque, Lipſ. Townl. Vrat. b. a m. pr.

259. *στήλας τε προβλῆτας ἐμόχλεον. λίθους τοὺς θεμελίους* interpretantur Schol. A. B. br. Melius alii in his Sch. br. *τὰς ἀντηρίδας (στήλας) ἢ τοὺς προμαχῶνας* (*Strebepfeiler.*) Hoc et Apollon. Lex. p. 567 *οἱ μὲν τὰς ἔξω προβεβλημένας* (haec et Heſych.) *ὡς τὰς Αἰγυπτιακὰς οἰκοδομὰς* (quae in templorum ruinis adhuc viſuntur) *ἕνεκεν ἀσφαλείας.* At idem mox aberrat ad interpretationem alteram, *τὰς πρώτας βεβλημένας*; ſequi enim: *ἃς ἄρ' Ἀχαιοὶ πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν*, niſi hoc ita dixit, vt non tempore ſint primae, ſed ante muros: quod ſuſpicor ex altero loco p. 614 in *στήλας, τοὺς λίθους τοῦ τείχους τοὺς προεστῶτας κάτωθεν, ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι.*

ἐμόχλεον. vitioſe *ἐμόχλευον* in codd. parte, etiam in cod. Apollonii: vbi v. not. Tollii. Etiam Schol. br. *ἐμόχλευον, διὰ μόχλων* (vectes) *ἐκίνουν.* Veram lectio-

nem firmat Ven. vterque cum Schol. Potuit tamen olim lectum esse ἐμόχλευν, vnde errores nati.

260. ἔχματα πύργων. Apollon. Lex. κωλύματα. ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν. laudato versu Jl. Φ, 259. Melius Schol. br. Eustath. ἐρείσματα reddunt, h. e. ea, quibus turres sustinentur et fulciuntur, vt Ξ, 410 quibus naues; Similiter N, 139 ἔχματα πέτρης, quibus ille innititur, quae eum retinent, coagmentant.

261. τὰς οἵ γ' αὖ ἔρυον. ⊱ „quod αὖ ἔρυον, εἰς τοὐπίσω εἶλκον, vt αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα." A, 459. Sch. A.

ἔλποντο. „γρ. ἤλποντο" Barnes.

263. ἀλλ' οἵ γε ῥινοῖσι βοῶν φράξαντες ἐπάλξεις. Cant. οἵ γ' ἐν ῥινοῖσι. Ita iung. ἐν — φράξαντες, ἐμφράξαντες.

264. ὑπὸ τεῖχος ἰόντας. Cant. ἐόντας.

265. κελευτιόωντ' ἐπὶ πύργων. Ex Eustath. p. 904, 37 apparet, fuisse, qui κελευθιόωντ' legerent: qui incedebant. ἐπὶ πύργῳ Bentl. coni. Idem scribit κελευτιοϝωντ'. v. de Diagammo.

266. πάντοσε φοιτήτην. Barocc. φοιτοίτην. Eustath. „γρ. φοιτείτην" a φοιτέω. Ergo ἐφοιτήτην a φοίτημι. Vim verbi declarant Sch. br. ἐμμανῶς ἐπήρχοντο.

267. 268. ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι νείκεον. Schol A. et B. multa moliuntur inepte, vt expediant, quomodo νείκεον et μειλιχίοις ἐπέεσσι simul consistere possint; nec vident ad μειλιχίοις ex altero assumendum esse προςεῖπεν. Vidit tamen Eustathius.

273. ὁμοκλητῆρος ἀκούων, qui vs. 249 erat ὁ ἀποστρέψων τοῦ πολέμου. Barocc. Harlei. vn. Vindob. ἀκούσας. sicque Venetus. Schol. A. tamen: „γρ. καὶ, ἀκούων."

274. ἀλλὰ πρόσω ἵεσθε. hoc ab ἵω, ἵημι. ἵεμαι ductum esse posse, non inficiabor. At apud Homerum est ἵεμαι προθυμοῦμαι. ἐπείγομαι, ὁρμῶμαι, sic sane in multis locis. potest etiam reddi per πορεύομαι. Sup. B, 154 οἴκαδε ἱεμένων sc. ἰέναι, πορεύεσθαι. Od. Υ, 356 Ἱεμένων ἔρεβοςδε. et P, 5 ἄστυδε ἱέμενος. et sic alibi. Sunt alia loca, in quibus receptum est ἵεμαι incedo, vado, vt N,

707 boues *ἱεμένω κατὰ ὦλκα.* Hactenus quod rem expediat, non habemus; eſt tamen, quod nos certiores reddat. *ἵεμαι, cupio,* non eſt ab *ἵημι* ductum, ſed diuerſae eſt originis; nam ſcriptum fuit *ϝιεμαι* vt ſupra in *οικαδε ϝιεμενων αστυδε ϝιεμενος.* Λ, 557 *ὁ δε ϝιετο.* et ſic ſaepe obſeruari poteſt: v. ad B, 154. Prima producitur, etſi per ſe breuis, vt in aliis huius generis ſit; ſic et *ἵημι, ἵεις, ἵει, ἀνίει,* prima breuis eſt, et tamen producitur in *ἱέμενος, ἐφιέμενος.* N, 103. O, 24. Π, 760. vbi v. Clarke. Sic et *ἴομεν* M, 328. At *ἵεμαι vado, πορεύομαι* non habet digamma: Od. X, 304 *ταὶ μὲν — πτώσσουσαι ἵενται.* Secundum haec *ἵεσθε* h. l. ſcribendum erit; antiquitus *ϝιεσθε,* quod et Bentl. appoſuerat in ſuo exemplari.

275. *αἴ κε Ζεύς,* etiam h. l. *τὸ ν* deleui in *αἴ κεν,* vt ſaepe, tacite; ante duplicem conſonam quis requirat? Faciunt h. l. idem codd. Ven. Townl.

276. *νεῖκος.* Ariſtarchus *νῖκος* quod et Ven. B. habuit, cum Townl. Vrat. A. Eton. fragm. Moſc. et de quo iam aliquoties monitum, vt Δ, 37. Λ, 720. Scilicet inter argutias grammaticorum etiam hoc fuit: eſſe *τὸ νῖκος, ἀπὸ τῆς νίκης, τὸ νίκημα.* vt colligas e Sch. A. et B. fragm. Moſc. Sic etiam Herodianus. Videntur adeo illi aliter interpunxiſſe: *αἴ κεν Ζεὺς δώῃσιν Ὀ. ἀ. νῖκος, ἀπωσαμένους δηΐους ποτὶ ἄστυ δίεσθαι.*

δίεσθαι Scholion A. et B. a *δίημι* ducunt, quod non minus bene eſt a *δίω. δίομαι.* vnde *διώκω.* v. ad Σ, 584. et Ψ, 475.

277. *ὡς τώ γε προβοῶντε.* „ſecundum nonnullos commentarios fuit lectum *προβάοντε, οἷον προβαίνοντες.*" Si quid video, variae fuere olim formae: *βῶ. βῆμι. βάω. βέω.* eoque *προβάοντε* bene. At Sch. br. *ἔμπροσθεν τῶν λοιπῶν βοῶντες.* etſi et ibidem alii *προμαχόμενοι. βοὴ γὰρ ἡ μάχη.* Apud Apollon. Lex. eſt *προβοῶντε, ὁ μὲν Ἀπίων, προβαίνοντες ἢ φωνοῦντες. καὶ γάρ· ἤιε μακρὰ βιβὰς* (H, 213) *οἷον προεγκελευόμενος μετὰ βοῆς.* Mixta et confuſa hic ſunt plura diuerſa, vt et in Heſych. *προβοῶντες. προφωνοῦντες. ἐγκελευόμενοι. προβαίνοντες.* alterum ex

προβοάω, alterum ex *προβάω*. Bentleius monet fuiſſe ſcriptum *προβοϝωντε*.

ὤ οἵγε vn. Vindob.

278. *τῶν δ', ὥςτε νιφάδες* — ϛ— „Eadem comparatione iam ſup. 156 vſus fuerat: *νιφάδες δ' ὡς πίπτον ἔραζε.* Sed ibi *πρὸς πλῆξιν*, (tela feriebant vt niues ſeu grandines a vento adacti) nunc *πρὸς τὴν συνεχῆ φορὰν* ſpectat" A. B.

ὥςτε νιφάδες χιόνος πίπτωσι θαμειαί. vulgg. *πίπτουσι.* at Cant. Ven. vn. Vindob. *πίπτωσι*, quod Homericum eſt in comparationibus. *πίπτωσιν ἔραζε.* Townl.

279. *ὅτε τ' ὤρετο μητιέτα Ζεύς· ὤρετο, ὥρμα* Heſych. *ὥρμησε. προεθυμήθη* Sch. br. bene, ſed h. l. pro praeſenti, *ὁρμᾷ*, ex *ὄρω.* Laudat verſum Schol. Ariſtoph. Equ. 1341.

280. *πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα.* ϛ— „quod *κῆλα, τὰ βέλη Διός*, ſunt *χιὼν καὶ ὑετός.*" cum *grandine.* Alias ſcilicet, vulgari vſu, *fulmina:* v. c. Heſiod. Θ. 707. Apollon. Lex. in *κῆλα* p. 396. laudato verſu: *οἱ μὲν, τὰ σημεῖα, τὰς βροντὰς καὶ τὰς ἀστραπάς. ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι, καὶ ταῦτα βέλη εἶναι ποιὰ Διός.* deeſſe videntur: *niues et grandines.* Translatum hemiſtichium in H. in Apoll. 444. de flamma ab Apolline mota.

πιφαυσκόμενος. Sch. br. *φανεροποιῶν. ἐμφανιζόμενος.* Euſtath. *ἐπιδεικνύμενος.* Apollon. Lex. *διασημαίνων*, laudato hemiſtichio. add. Heſych. Etymol. e quo haec teneas: *φάω luceo, φαύω. φαύσκω. πιφαύσκω.* At h. l. nil aliud eſſe puto, quam *exerens, proferens.* — In Mori et aliis *πιφασκόμενος.*

281. *χέει ἔμπεδον.* „lectio Ariſtarchea; eſt *continuo.* At Maſſilienſis *χέει ἄσπετον.*" Schol. A.

κοιμήσας δ' ἀνέμους. Ita edd. et optimi codd. *κοιμίσας* Cant. Lipſ. *κοιμίσσας* Harlei. et ſic in nonnullis codicibus legi obſeruauit Euſtath. notante quoque Barnes h. l. et ad Ξ, 234. Π, 524 et Ern. h. l. et ad Callim. in Del. 110. qui et laudat Rhoer. ad Porphyr. de Abst. I, 45. Scilicet *κοιμίζειν* ſerius dictum quod antiquis *κοιμᾶν*

erat: quod diſerte docet Euſtath. ὄφρα καλύψῃ. vn. Vindob. καλύψοι.

282. 3. 4. ad Romam transfert Ariſtides in Encom. Romae To. I, p. 199.

283. πεδία λωτεῦντα. λωτόεντα, λωτὸν ἔχοντα. alii, omnino ἀνθοῦντα. Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Schol. br. Suidas. Ariſtarchus tamen λωτοῦντα ſcripſerat. Sch. A. Habet haec etiam Euſtath. qui λωτεῦντα Maſſilienſem editionem habere ex antiquis enotauit. — πίονα ἔργα Apollon. Lex. h. v. τὰ γεωργικὰ λέγει κατ' ἐξοχήν. πίονα δὲ, τὰ ἡμᾶς πιαίνοντα, πιαντικά. (immo vero *agri pingues*, adeoque *fertiles*.)

285. κῦμα δέ μιν προςπλάζον ἐρύκεται, ἄλλα τε πάντα. ⊱ „quod ἐρύκεται pro ἐρύκει. Agitur autem de *niue*. Nec dubito fuiſſe ἄλλα δὲ πάντα, non τε. Concinit Sch. A. μόνον τὸ κῦμα προςπελάζον, ἀπερύκει αὐτήν. τἄλλα δὲ πάντα κεκάλυπται. Apollon. in πλάζεται adſcripto verſu, λέγει ἀντὶ τοῦ προςπελάζον, οἷον προςεγγίζον. De voce cf. ad Φ, 269. κῦμά τε Cant. Poteſt ſane de vſſ. 285. 6. ſuſpicio ſuboriri, an fetus rhapſodi ſint: ſed poſſunt defendi per ſtudium poetae ornandi.

286. ἄλλα τε πάντα εἴλυται καθύπερθ', ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος. Legebatur vulg. εἰλύαται cum vitio metrico. Nam εἰλύω mediam habet productam. Sic Φ, 319 εἰλύσω ψαμάθοισιν. cf. ſup. ad Λ, 156. Sic νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους Ε, 186 et al. Si itaque pluralis eſt retinendus, ſcribendum eſſet aut εἴλυνται, aut εἰλύαται pronuntiandum eſſet εἰλῦται. Sane tamen multo opportunior eſſet ſingularis: πάντα εἴλυται. Hactenus dictum de ratione grammatica. Videamus nunc auctoritates. εἰλύαται vulgo codd. At Venetus ειλυται. cum ſine accentibus excuſus ſit, non apparet, ſitne εἴλυται an εἰλῦται. Schol. A. „γρ. εἰλύαται. Ἄλλως· προπερισπῶσιν, ἵνα ἐκ τοῦ εἰλύαται συναλοιφὴ ὑπάρχῃ, ἢ τοῦ ει.“ immo vero τοῦ υ. ſcribere debuere, εἰλῦται. nam pergit eos voluiſſe ſingularem eſſe hoc et ſynaloephen eſſe ſimilem ei, quae eſt in ῥύεσθαι, ῥῦσθαι Ο, 141. et Od. Χ, 437. coll. Ω, 416.

νέκυας et νέκυς. Pergit: τινὲς δὲ προπαροξύνουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ εἴλυμι.“ h. e. ſcribunt εἴλυται. quod ſane eſt ſimpliciſſimum. Etiam Euſtath. habet: εἰλῦται ἢ εἰλύαται. Vrat. b. a pr. m. εἰλύατο. Corrupta igitur eſt vox incuria rei metricae; vt omnino ducta ab ἕλω, εἰλέω, εἰλύω, multam moleſtiam fecere etiam propter digammum: de quo v. in Excurſu de digammo. Iterum Od. Υ, 352 νυκτὶ μὲν ὑμέων εἰλύαται κεφαλαί τε πρόςωπά τε νέρθε τε γοῦνα legendum eſt aut εἴλυται, aut εἴλυνται, aut εἰλῦται.

εἴλωται corrupte vn. Vindob.

καθύπερθ', ait Schol. A. et ad antecedens et ad ſequens trahi poteſt.

ἐπιβρίσῃ. Vidimus iam ſup. H, 343 ἐπιβρίσῃ πόλεμος. proprie aucto onere. — ἐπιβρίσει vn. Vindob.

287. ὣς τῶν ἀμφοτέρωσε λίθοι πωτῶντο θαμειαί. „Notandum, λίθους dici feminino genere“ Schol. A. B. br. Euſtath.

ἀμφοτέρωθε pro var. lect. eſt ap. Euſtath. Hic quoque docte diſputat contra nonnullos, qui nolebant lapides *volare* dici, et accipiebant πωτᾶσθαι pro πίπτειν. Etiam N, 140 ſaxum ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται.

288. ἐς Τρῶας, αἱ δ' ἐκ Τρώων. Bentl. em. ταὶ δ'.

289. βαλλομένων. Schol. A. βραχὺ διασταλτέον ἐπὶ τὸ 'Αχαιούς. τὸ γὰρ ἐκ ἐστὶν, ὡς τῶν βαλλομένων. obſcura et luxata haec ſunt; videri poteſt aut iungere velle ἐκ Τρώων βαλλομένων, aut ὣς τῶν ἀμφοτέρωσε — βαλλομένων. Pergit: ad λίθων referri non poſſe, βαλλομένων, (ſcil. vt ſit βαλλομένων τῶν λίθων) eſſet enim ſoloeciſmus: (an quia eſt h. l. ἡ λίθος?) Certe οἱ βαλλόμενοι non ſunt, qui percutiunt, ſed perpetuo vſu Homerico, qui percutiuntur: ita et βαλλόμενα τεύχεα, ἀσπίδες, κόρυθες, v. ſup. 37. 152. 161. 339. I, 570. Nec in poeta noſtro licet refingere: βαλλομένων δὲ, τὸ τεῖχος ὑπὲρ πᾶν δοῦπος ὀρώρει, quia vſum articuli haud agnoſcit. — In ὑπὲρ τεῖχος πᾶν mirum eſt grammaticos argutari, etiam fragm. Moſc. eſſe ἀπὸ γῆς ἕως ἄνω. immo vero quam late patet in circuitu; per totum vallum.

290. οὐδ' ἄν πω τότε γε. Perlecta reliqua libri parte quaero, quid Sarpedon tandem peregerit, vt dici possit: nisi Sarpedon fuisset Hectorem in castra non fuisse irrupturum. Nam Sarpedoni resistitur summa vi ad vs. 436. nec pugnant Lycii ad portam, sed ad vallum et turres: vs. 375 sqq. Hector contra, qua ipse cum Troianis pugnat, saxo fores infringit; neque Sarpedonis praeterea fit mentio. Videturque hactenus aliquid in his vss. aut luxatum esse aut interpolatum praeter poetae mentem. Enimuero meliorem rationem proposuisse mihi videor in Nota ad h. v. Sarpedonem suo loco fortiter pugnantem auertisse Achiuos ab ea valli parte, qua Hectori opportunum erat irrumpere: quo facto reliquis quoque locis vallum superarunt Troiani: vss. 468. 9.

Ad τότε γε in Vrat. b. superscriptum est τοί γε. Sic esset interpungendum: τοί γε, Τρῶες καὶ Φαίδιμος Ἕκτωρ, τ.

291. τείχεος ἐῤῥήξαντο πύλας καὶ μακρὸν ὀχῆα. E- „quod πύλας iterum pro πύλην (vt vna tantum sit porta) et ὀχῆα pro ὀχῆας dixit, vt paullo post vss. 455. 460 apparet."

ἐρήξαντο Lips. vt antiquiores scripsere; in hoc tamen codice, librarius indoctus.

293. λέονθ' ὥς, non sibi constant nec veteres nec recentiores in ὡς et ὥς, in hoc positu, nec refert. Qui βόες ἕλικες, inflexi, sint, v. ad I, 462. inflexis cornibus.

295. ἀσπίδα ἐξήλατον. Habet ἐξήλατον Venetus cum Scholio, quod docet Aristarchum ita scripsisse, vt sit clipeus sex coriis vel laminis inductus, ἑξάπτυχος; vt Aiacis septemplex erat clipeus, Achillis quincuplex: Σ, 481. Τ, 270. Ei adstipulatur grammaticus, Scholii auctor. add. Sch. br. et cod. Cant, cum ed. Turnebi. At Zenodotus ἐξήλατον exhibuerat, vt simpliciter sit ἐξηλασμένη sc. χαλκῷ (vt χαλκείη ἐξήλατος sit idem ac χαλκήλατος et exponitur statim: ἣν ἄρα χαλκεὺς ἤλασεν.) Nicanor ap. Sch. B. et Lips. etiam ἐξήλατον tuebatur, sed vt esset, τὴν ἔξω ἔχουσαν χαλκόν. Vtrumque in suum lexicon re-

cepit Apollon. p. 271. *ἐξήλατος, ἐξ ἐλασμάτων συγκειμένη· ἐξ πτύχας ἔχουσα.* Intulit pleraque fuis *παρεκβολαῖς* Euftath. Apud hunc quoque *χρυσείην* quod Vrat. A. et b. Flor. Ald. 1. Rom. habent. „quod non fpreuerim" addit Ern. „nec impedit *χαλκεὺς*, immo iuuat. item v. 297."

296. Zenodotus: *ἐξέλασ' ἔντοσθεν δέ.* quo ipfo firmabat, poetam *ἐξήλατον* voluiffe. — *ἔντοσθε* cdd. ante Turneb.

297. *βοείας ῥάψε — χρυσείης ῥάβδοισι διηνεκέσι περὶ κύκλον.* Sch. A. *ῥάψε ῥαψαῖς ῥαβδοειδέσιν* accipit; quod non fatis affequor. Sch. br. *ῥάβδους* de ferreis virgulis accipiunt, quibus manus inferta tenebat clipeum: *τοῖς κανόσιν, οἷς εἴχοντο αἱ ἀσπίδες.* v. Θ, 193. At fic *περὶ κύκλον* alienum eft. Mox in iisdem aliud Scholion, quod cum fuperiore etiam ab Euftath. intexitur, p. 905, 50 *ῥάβδους* de virgis feu laminis accipere videtur, quae, (praetextae decuffatim et clauis firmatae) interius coria plura alterum alteri fuperiecta continerent. Bene; fed cur eas *ῥάβδους aureas* feciffent, *in cauo fcuti abditas*? et quid tum *περὶ κύκλον*? faltem ab vna orae parte verfus alteram? Sunt, puto, *ῥάβδοι* virgae aureae, laminae, quae exteriorem clipei oram in orbem ambiunt.

Apud eundem Schol. A. fcripferant alii *περίκυκλον*, quod et Ven. B. habebat, et exponit *ἀπὸ τῆς ἴτυος εἰς ἴτυν.* an decuffatim? fed praefert ipfe Sch. A. duabus vocibus *περὶ κύκλον*, ficque Afcalonita. Vitium *χρυσείοις* male intulit Ald. 2. donec Barnes reftituit *χρυσείης*, quod iam Flor. Ald. 1. et Rom. habebant, cum codd. In Townl. vitiofe *χρυσίοις* et *διηνεκέεσσι*, metri prorfus incuriofe.

298. *δύο δοῦρε τινάσσων. δύο δοῦρα* Mori. Duas haftas manu geftaffe heroes, nota res eft, vt altera emiffa fupereffet altera. Euftath. tamen Sarpedonem *ἀμφιδέξιον* fuiffe vult, et Sch. B. *ἕτερον ἐν τῇ ἀσπίδι, τὸ δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ.* fuitne *ἐν τῇ ἀριστερᾷ*, an, quod clipeo hafta adiuncta effet?

299. ὅς τ' ἐπιδευής. ἐπιδαής Lipf. errore calami.

301. μήλων πειρήσοντα. ⊱ „quod πειρήσοντα eft τὴν διάπειραν ληψόμενον, ἐνεδρεύσοντα" (atqui πειρᾶν non vno loco obuium eft *aggredi aliquem*, ἐπιχειρῆσαι) et quod καὶ eft otiofum: καὶ ἐς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν. At Dionyfius (Thrax) vidit effe maius quid: fame coactus *vel* aulam munitam intrat, ἔπαυλιν. — εἰς Ven. etfi Schol. γρ. καί, ἐς.

302. παρ' αὐτόφι. παρ' αὐτοῖς Sch. br. Eft adeo pro αὐτοῖςφι. Hefych. παραυτόφι, παρ' αὐτῷ. Quoties aliis in locis occurrit, eft fere illico, παραυτίκα, atque etiam variat lectio παραυτόθι; vt N, 42 ad quem vide. T, 255. Υ, 140. Ψ, 147. 640. παρ' αὐτὸν Lipf. male.

βώτορας ἄνδρας notarunt grammatici, etiam Apollon. Lex. βώτορες νομεῖς. cum hemiftichio.

303. ἄνδρας — φυλάσσοντας περὶ μῆλα. ⊱ „quod nonnulli περὶ abundare volunt." quid igitur ipfe grammaticus ftatuit? nil addit. An περὶ retrahendum ad εὕρῃ περὶ μῆλα putauit? Nam φυλάσσοντας abfolute, *cuftodiam agentes*, vt fup. K, 419. 421. 192. Od. Δ, 526 et νύκτα φυλάσσειν pro διὰ νύκτα, Od. E, 466 et alibi, ponitur. Dicendum ergo περὶ et ipfum poni fine regimine; cuftodiam agere, circa pecudes.

303. σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι. Pro hoc δούρασι ed. Rom. cum Euftath. qui tamen addit δούρεσσι οἱ ἀκριβέστεροι. Deberet faltem effe δούρασσι, vt γούνασσι, ἀνδράσσι. Sed recte δούρεσσι vt iterum Od. Θ, 528. a δόρυ, εος. Sic κτεάτεσσι. πάντεσσι. ὑδάτεσσι ap. Nicandrum, ait Euftath. δούρασι inf. Jl. Φ, 162 legitur.

305. ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἤ. vn. Vindob. ἀλλ' ὁ γὰρ ἤ.

306. ἐν πρώτοισι. acute reprehendit Koeppen, quia non plures leones adfuere, inter quos ille ἐν προμάχοις pugnare potuerit: vt Λ, 674. At ἐν πρώτοισιν ἀνδράσι intelligendum eft.

307. Scholion A. B. in quo ad Hefiodum et Bacchylidem prouocatur, quod h. l. intexitur de *Sarpedo-*

ne, eſt in Sch. br. ad v. 397. De eo v. ad Apollod. III, 1, 2.

308. τεῖχος ἐπαΐξαι διά τε ῥήξασθαι ἐπάλξεις. „γρ. ἔπ' ἀΐξαι." Barnes. — ῥήξεσθαι Mori. Mox 309 Γλαῦκος, diuerſum eſſe a γλαυκὸς, in quo declarando exemplis ad faſtidium verboſus eſt Euſtath. p. 906. 7.

310. τίη δὴ *cur nam obſecro. cur tandem.*

311. κρέασί τ' ἠδὲ πλ. Sic quoque Barocc. et Townl. κρέασιν τε ἠδέ. Et emendabat ſic Bentl. At mox idem θεους ϝως, in quo non obſequor. Editum erat vitiato metro κρέασιν τε ἰδέ. etiam ap. Plutarch. Sympoſ. 2. p. 617. A. etſi ibi cod. recte legit. De genere honoris hic memorato v. ſup. ad H, (VII) 321.

314. Φυταλιῆς. de vinea Z, 195.

316. μάχης καυστειρῆς. pugna ardente. v. ad Δ, 342.

317. ὄφρα τις ὧδ' εἴπῃ. Homericum hoc eſſe non poteſt. Bentlei. em. ὧς ϝειπῃ. vide an probabilius ſit: ὄφρα τις ὧδ' ἐρέῃ.

318. οὐ μὰν ἀκληεῖς. Vrat. b. οὐ μὴν, verum ſaepe hoc occurrit in Homero, etſi ἦ μὴν, καὶ μὴν, non minus frequentatur. Non igitur doricum dicendum μὰν, ſed antiquum, quod Dores ſeruauerunt.

ἀκλειεῖς. ita edd. et pars codd. At ἀκληεῖς pars potior codd. Cant. Harl. Lipſ. fragm. Moſc. Vrat. b. Eton. Townl. Ven. in quo Schol. A. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ αἱ χαριέστεραι et Euſtath. ὡς πολλὰ τῶν ἀκριβῶν ἀντιγράφων ἔχει. Etiam Porphyr. legebat ſic ad K, 165. Nec tamen apparet qua analogia η inferatur; a κλέος eſt ἀκλῆς, v. ad H (VII) 100. et ἀκλεής. Sane a κλείζω, fit κληΐζω. Eſt h. l. ἀκληεῖς pro ἀκλεῶς.

319. ἔδουσί τε. Townl. ἔδουσι δέ.

320. οἶνόν τ' ἔξαιτον μελιηδέα· ἀλλ' ἄρα καὶ ἶς — Ad οἶνον Schol. B. ait repetendum eſſe ἐκ κοινοῦ τὸ, πίνουσι quem morem loquendi copioſe illuſtrat Porphyr. ad K, 165. τ' poſt οἶνον reſtituit Barnes e codd. add. Euſtath. In edd. erat δ' quod et Vrat. A. habet.

ἔξαιτον, ἐξαίρετον. Hesych. vbi v. Not. ex eoque grammatici contenderunt prius esse contractum. Immo vero est a stirpe τοῦ αἰτέω, vt est ἐπαίτης, μεταίτης, etsi τῷ αἴτει ap. Pindar. Ol. III, 30 vti nolim.

μελιηδέα ἀλλ' facit hiatum. Bentleius τῶν δ' ἄρα substituit. Necesse tamen non est; nam εα in fine vocis μελιηδέα pro diphthongo habenda sunt aut pronuntianda ῆ.

322. ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ — non sine animi commotione aliqua legi haec possunt, eaque tanto maiore, si teneas, quod a Rob. Wood narratum accepimus, pronuntiatos eos esse a viro nobilissimo, Comite Granville, qui tum M. Britanniae Consilio Regio a secretis Regni erat, iam animam agente, nec munia sua detrectante, cum ad eum Wood conditiones pacis Parisiis anno saeculi LXIII. sanciendae attulisset; tum ille audito nuntio, leuato corpore aegro, eum accedere nec differre negotium iubet, solaturque amicum lugentem, his verbis vsus: ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ π.

Omnino locus facile est inter praestantissimos propter sententiae grauitatem, et indolem generosam quae per eam declaratur, laudatus etiam hoc nomine ab auctore de poesi Homer. §. 19. Nihil enim attinet, diu vixisse; at si te vixisse, nec te nec alios poeniteat, satis te vixisse scito, vel breuissimae vitae vsu concesso. Reddidit locum verbis suis Demosthenes pro Corona c. 28. Reisk. ed. p. 258, 19 quae etiam cum Homericis comparauit Auctor Encomii Demosth. §. 5. Liceat ea et h. l. adscribere etsi iam Clarkio memorata: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, φέρειν δὲ, ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. Laudat versus et addit verba Theopompi Clemens Alex. Strom. VI, p. 748 quibus ista παραφράζει scriptor, quod et Cicero fecit Philipp. X, 10 §. 20. et Virgil. X, 467

ſq. *Stat ſua cuique dies* etc. Quis haec legat, nec generoſa virtute ac ſenſu incaleſcat!

εἰ μὲν γάρ. Vita Homeri Plutarcho tribui ſolita: εἰ μὲν δή. Bentl. coni. εἰ μὲν ἄρα πτόλεμον. Clarke argutatur et h. l. in γάρ. Verum γὰρ eſt idem quod δή. Color ſimilis eſt Sc. Herc. 357 ὦ πέπον, οὐ μὲν γάρ τοι. cf. ibid. 95.

Φυγόντε meliores codd. Harl. Lipſ. Eton. fragm. Moſc. Ven. vulgo: Φυγόντες.

324. ἔσσεσθ'. edd. ante Turneb. ἔσσεσθαι et ἔσεσθαι cum vitio metri.

ἐνὶ πρώτοισι Cant. ἐνὶ προμάχοισι.

325. μάχην ἐς κ. Vrat. b. adſcripſit μάχην ἀνά. quod eſt in vno Vindob.

326. νῦν δ' ἔμπης γὰρ Κῆρες ἐφεστᾶσι θανάτοιο — ἴομεν. iungenda haec eſſe, νῦν δ' ἴομεν monent A. B. Nemo tamen de inſolito vſu τοῦ ἔμπης monet. Nam communi vſu ἔμπης reſpondet τῷ καίπερ, vel expreſſo vel ſubintellecto: *etſi*, *tamen*, καίπερ — ὅμως· v. c. Ω, 522. 523. Debet itaque et h. l. ſubintelligi, νῦν δὲ γάρ, (γ' ἄρ) nunc autem, (quandoquidem nobis forte non contigit, vt non ſimus ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε) *etſi*, κἂν, καίπερ, nec ego inter promachos nunc pugnare velim, nec te in praelium mecum educere, ἔμπης, *nihilominus* infiniti mortis caſus inſtant quos effugere haud licebit. Quod cum ita ſit, agedum, ἴομεν. Quis non ſentiat, bene haec procedere. At Interpretes a grammaticis ad alia delati ſunt: hi enim ἔμπης declarant per ὁμοίως πᾶσιν, non niſi e contexto; Ipſe Apollon. Lex. ποτὲ μὲν ὅμως, ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμοίως ἢ ἐπίσης. Sic et Heſych. vbi cf. Not. Atqui haec ex vnius huius loci interpretatione ſunt conſtituta; nec aliter res ſe habet Od. T, 37. vbi nec minus caecutiunt in ellipſi. Verbo ſententia vulgaris eſt: etſi nunc mortem fugere vellemus, ſunt tamen multae aliae mortis viae, quas omnes effugere haud licebit.

ἐφέστασαν ed. Flor. cum Vrat. A. diſceſſit ſtatim Ald. 1.

328. ⟵ quod ἴομεν eſt pro ἴωμεν et (ὀρέξομεν pro) ὀρέξωμεν (hoc male; nam noua propoſitio orſum habet cum ἠέ τῳ.) et ſubintelligendum eſt τὸ ὀρέξῃ (ἠέ τις ἡμῖν ὀρέξῃ.) quod non aſſequuti nonnulli verſum ſubſtituerunt: „ἠέ τις ἡμῖν δώσει ἀποκτάμενος κλυτὰ τεύχεα καὶ δόρυ μακρόν.“ Sch. A.

ἠέ τῳ κῦδος ὀρέξομεν lectio erat vulgata ante Barnes, vt vel hoc exemplo incuria metri editorum incredibilis in aprico ſit. Saltem debebant emendare ἤ τῳ. nam quod Clarke ait ἠὲ pronuntiari poſſe ἤ, non bene monitum eſt; nam ἠὲ non ſcribitur, niſi vbi ſyllabam alteram accedere volumus. Recte Barn. repoſuit ἠέ τῳ εὖχος, quod habent libri, etiam Venetus cum fragm. Moſc. et al. Euſtath. Vita Homeri Plutarcho tributa, Clemens Alex. l. c. et repetitur inf. N, 327. verſu iterum appoſito. Eſt tamen κῦδος etiam in Townl.

330. μέγα ἔθνος ἄγοντε. „eſt Ariſtarchi lectio.“ Schol. A. Fuit ergo etiam ἄγοντες· quod habet Barocc. cum vno Vindob. pro ἰθὺς γρ. εὐθὺς ap. Schol. Lipſ.

331. τοὺς δὲ ἰδὼν ῥίγησ' υἱός. τούςδε Barn. nouauit. — ῥίγησεν υἱὸς Lipſ. probante Erneſtio, tanquam concinnius eſſet. De Πετεῶο v. ad B, 552.

332. κακότητα φέροντες. „γρ. φέροντε“ Barnes. Apollon. in πύργος. — ὅτε δὲ μέρος τι τείχους· verſu ſubiecto.

333. πάπτηνεν δ' ἀνὰ πύργον Ἀχαιῶν, εἴ τιν' ἴδοιτο. Poteſt et Ἀχαιῶν εἴ τινα iungi. Sed melius alterum; vt et mox 352 βῆ δὲ θέειν παρὰ τεῖχος Ἀχαιῶν.“ Sch. A. πάπτηνε δ' (ſic diſerte fragm. Moſc.) ἀνὰ πύργον. non *per turrim*, puto. Nam qui in turri adſtabant, eum latere non poterant. Videntur ſenſiſſe, qui apud Euſtath. amphiboliam agnouere in his verbis et voluere accipere πύργον de *agmine Achiuorum*, vt ſup. Δ, 334 ὁππότε πύργος Ἀχαιῶν ἄλλος ἐπελθὼν — At h. l. parum commode. Aut ἀνὰ πύργον pro *ipſe ſtans in turri.* vel πύργον pro *muro* dictum accipies.

εἴ τιν' ἴδοιτο. non eſt hoc Homericum εἴ τιν' ϝίδοιτο. Bentl. em. εἴ κε ϝίδοιτο, ἡγεμόνων ὅς τις. Ita poterat εἴ τι ϝίδοιτο placere. Verum nullus dubito, et hic fuiſſe εἴ τιν' ὁρῷτο, vel ὁρεῖτο ab ὄρημι, ὄρημαι. quod grammaticos offendiſſe ſuſpicatus ſum ad A, 56. 198. Δ, 232, 516.

334. ἡγεμόνων, ὅς τις οἱ ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύναι. Eſſe τὴν ἀρὴν, βλάβην, monent grammatici. Sch. br. Apollon. Lex. laudato loco Σ, 100 ἐμεῖο δὲ δῆσεν, ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι, cum Porphyrio Qu. Hom. 18. et convenit forma loquendi ἀρὰν ἀμῦναι, vti, λοιγὸν, ὄλεθρον, ἀμῦναι. At Heſych. βλάβη ἡ ἐν τῷ Ἄρει, ὅ ἐστι, πολέμῳ. is ergo inciderat iam in disputationem de hac voce. Scilicet diuerſae ſunt voces: ἀρὰ, preces et dirae, et ἀρὰ, noxa et malum, nec modo ſignificatu, verum etiam proſodia inter ſe ſunt diuerſae; prior enim illa, ſi eſt imprecatio, priorem habet *productam*; θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρήν. I, 562 vt ἀρᾶσθαι· Ψ, 209 ἐλθεῖν ἀρᾶται καὶ ὑπίσχεται. At poſterior, quae exponitur βλάβη, priorem habet *breuem*: Il. Σ, 100 ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Iam haec altera vox ambiguam interdum habet lectionem, dum variat ea ἀρῆς et Ἄρεος. Idque praeferunt in loco memorato Σ, 100 viri docti, Barnes, Clarke, Dorville, Vann. Crit. p. 389 vt ſit Ἄρεος, vel Ἄρευς, (nam vocis plures ſunt formae. v. ad E, 31.) idque iam Ariſtarchus ad e. l. ap. Euſtath. et Etymol. in Ἄρεω maluerat, quia ſic alibi legitur: γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις Ἄρεως ἀλκτῆρα γενέσθαι Ξ, 485. adde Σ, 213 αἴ κεν πως σὺν νηυσὶν ἄρεως ἀλκτῆρες ἵκωνται. Sero tandem ad Od. X, 208 vbi eſt Μέντορ, ἄμυνον ἀρὴν, et Barnes reponit Ἄρην, Clarke cum Tollio ad Apollon. p. 158 bene notat, Ἄρην ab eo loco eſſe alienum, et veriſimile videri, alia origine eſſe ἀρὴν, βλάβην, alia ἀρὴν, diras. Ad alia loca nil monetur, vt nec ad locum noſtrum, nec ad Π, 512 τείχεος ὑψηλοῖο ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμῦναι. Ω, 489 οὐδέ τις ἐστὶν, ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι. Od. B, 59 et P, 358 οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν ἀρὴν ἀπὸ οἴ

κου ἀμῦναι, vbi ad X, 208 remittimur, vbi eſt: *Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν.* Si alios poetas circumſpicimus, occurrit in Heſiod. Theog. 657 *ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο.* Similique modo Scut. Herc. 29 *ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσῃ.* et v. 128 *θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον.* Quod ſi in his vnum et alterum in *Ἄρεος* mutari poſſit, in ceteris tamen apertum eſt, Homero vtique eſſe *ἀρὴν, βλάβην*, priore breui. Similiter et *ἄρημαι, βλάπτω*, inde ductum primam breuem habere debuit, et Σ, 435 eſt legendum: *Κεῖται ἐνὶ μεγάροισιν ἀρήμενος.*

Knight, Vir Cl. p. 87 duas quidem et ipſe diuerſas voces admittit, *ἀρὴν* tamen, *βλάβην*, etiam *ϝαρην* ſcriptam fuiſſe cenſet, quod ſane loca nonnulla admittant forte, et emendat Od. X, 208 *ἄμυνε ϝαρην.* Poſſis eo vocare inf. Φ, 112 *ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρει ἐκ θυμὸν ἕλοιτο.* vbi al. *ἀρῇ* legunt, vt eſſe credas *ἐμεῖο ϝαρῃ.* Et conueniret Π, 512 *τείχεος ὑψηλοῖο ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων.* Verum de iſtis locis ſtatuendum forte eſt alio modo, et repugnant tot alia loca, inque his inprimis locus noſter: *ὅςτις οἱ ἀρὴν*, qui ſane *ϝαρην* nullo modo admittit.

ἀμύναι. Cant. *ἀμύνῃ.* ſic quoque ed. Rom. cum Euſtath. *ἀμύνει*, Mori. Barocc. vn. Vindob. *ἀμύνοιεν* alter *ἀμῦναι* male Vrat. b. et al.

Bentl. etiam em. *ὅςτις οἱ ἀρὴν ἑτάροισί τ' ἀμύναι.* ſibi et ſociis.

335. *ἐς δ' ἐνόησ' Αἴαντε δύω.* ⟜ „quod hinc apparet, in ſiniſtra ſtationis nauium parte pugnam eſſe factam" Sch. A. An vero ex h. l. etiam doceri poſſit, Athenienſes Aiaci ſtetiſſe proximos, dubito: cum vſ. 333 *ἀνὰ πύργον* ſit *per vallum.* Si illi ſunt *Ἰάονες* N, 685. ex eodem loco apparet, inter Athenienſes et Aiacem locum medium tenuiſſe Proteſilai et Boeotorum copias.

336. *ἑσταότας, Τεῦκρόν τε νέον κλισίηθεν ἰόντα.* ⟜ „quod *νέον* pro *νεωστί.*" Sch. A. Scilicet Teucer ſuperiore die erat vulneratus ab Hectore: v. Il. Θ, 323 ſqq.

nunc ille, res ad extrema adductas cernens, tentorio prodit.

ἑσταότας. „*γρ. ἑστεότας*" Barnes.

337. *οὔπως οἱ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν. βώσαντι, βοήσαντι.* v. ad K, 463 de qua crasi multa ap. Eustath. ad B, p. 288, 13. *γεγωνεῖν* vociferari sic vt exaudiaris v. sup. ad Θ, 223. vnde Sch. B. reddit per *ἀκουσθῆναι.* Porro Sch. A. notat, Ascalonitam *γεγώνειν*, at Aristarchum *γεγωνεῖν* scribere, recte, nam occurrit *ἐγεγώνεον.* Sequiores tamen promiscue pronuntiarunt." Eadem Eustath. his verbis exorsus: *σημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοί.* Apud Apollon. Lex. in *γέγωνε* p. 203 laudatur *τόσσον γὰρ ἔην β. γ.* sed vitium subesse docet Toll.

339. *βαλλομένων σακέων τε.* sic recte. percussis scutis, ex lapidum ictibus v. sup. ad 289.

τε excidit Barocc.

ἱπποκόμων τρυφαλειῶν Apollon. Lex. h. v. *τῶν ἐξ ἱππείων τριχῶν κομώντας τοὺς λόφους ἐχουσῶν.* similia Sch. br. Notant quoque vocem Hesych. Etymol. add. ad Π, 797.

340. *καὶ πυλέων· πᾶσαι γὰρ ἐπῴχατο.* Reuocata antiqua lectio e Veneto. Etsi Schol. A. addit: *οὕτως Ἀρίσταρχος· πάσας γὰρ ἐπῴχατο.* ita vt ille aliam lectionem, quam quae in codice est, probauerit. Triplex huius loci fuit lectio, quia vox *ἐπῴχατο* iam Alexandrinorum tempore antiquata erat. Porro Aristarchus haerebat in *πᾶσαι*, statuebat enim, et recte, vnam tantum castrorum portam fuisse, et *πύλας* Homero de vna porta dici. v. sup. ad 175. ille itaque lectionem intulit *πάσας γὰρ ἐπώχατο* h. *ὅλας.* Hic vero haerebant grammatici in *ἐπώχατο·* quod ducebant ab *ἐποιχέομαι.* Inde tamen proficiscitur *ἐπώχηντο, ἐπωχήατο*, non autem *ἐπώχατο.* itaque ab *ἐποίχομαι* deducere voluit Barnes *ἐπῴχμαι, ἐπῴχμην*, et inde *ἐπῴχατο.* attamen perfectum illud alibi haud memoratum est. Sensus esset *aggressi, adorti sunt* sc. Troiani, seu Lycii, omnes portas, aut, ex Aristarchi mente, *totam portam.* Et haec Aristarchea lectio, *πάσας γὰρ*

ἐπώχατο vel ἐπῴχατο ſcripta, vulgo obtinuit; cum enim in ed. Rom. πάσας γὰρ ἐπῴχατο editum eſſet, reuocauit hoc Turnebus, vnde illud fuit propagatum per Stephanianam.

Qui formam vocis inſolentiorem haud aſſequebantur, ſollenniorem arripuerunt ἐπώχετο. quaerebatur ſubiectum: arreptum αὐτῇ, *pugna*. Atque hoc primae edd. ſequutae erant; in Flor. πάσας γὰρ ἐπώχετο, quod Ald. 1. ſcripſit ἐπῴχετο. Idque retinuit Ald. 2. cum ſequaci grege. ſicque Eton.

Haud dubie redeundum eſt ad antiquiorem lectionem; eamque video fuiſſe duplicem, ἐπώχατο et ἐπῴχατο. Et hoc quidem: πᾶσαι γὰρ ἐπῴχατο, habet Ven. A. Sch. A. τὸ δὲ ἐπῴχατο οἷον ἐπικεκλιμέναι ἦσαν (nam ἐπικλίνεσθαι dicuntur fores; ſup. 121 εὗρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὀχῆα) ἐπέκειντο. vt ſit: *tota porta erat occluſa*. Eſt ita ab οἴγω, vt ἀνοίγω *aperio*, ita, ἐποίγω, *occludo:* vnde ἐπῷχμαι, ἐπῴχμην, ἐπῷκτο et pro ἐπῷκντο, ἐπῴχατο. Nihil in his eſt, quod non analogiam habeat: ſic λελέχατο. δεδέχατο. Alterum ἐπώχατο Apollonii auctoritas firmat: Lex. ἐπώχατο. p. 295 τοῖς ὀχεῦσι λεγομένοις. ὅπερ ἐστὶ μοχλοῖς, ἐπικεκλεισμέναι ἦσαν, (vt recte emendatur) ἐπωχλισμέναι, ὅ ἐστιν ἠσφαλισμέναι πᾶσαι. τὸ γὰρ πᾶσαι, ἀντὶ τοῦ ὅλαι. πᾶσαι γὰρ ἐπώχατο. ad quem locum eſt Tollii V. C. Excurſ. IX. p. 753 in quo ille illuſtratur et probatur. Ergo aliam formam ille voci induerat; ex ἔχω, ὀχεὺς, *obex*, vox fuit ὀχέω, ἐποχέω, *peſſulum* (μοχλὸν,) *obdo*. Hinc tamen ἐπώχηντο, ἐπωχῆατο ducendum eſſet: non ἐπώχατο; niſi confugias ad ſyncopen, quae nullo vſu aut analogia firmari poteſt. Melius diceres fuiſſe ἐπόχω, de qua tamen forma nil conſtat. Videtur ideo prius ἐπῴχατο ab ἐποίγω eſſe amplectendum. Grammatici inter diuerſas ſententias fluctuant. Sch. A. recitat quoque lectionem tertiam ἐπῴχετο, et docet eſſe eam Zenodoteam. Additur: ἄλλως· ἐὰν γράφηται ἐπῴχετο, τὸ πρὸ αὐτοῦ πάσας γραφέ-

σθω· ἐπῴχετο (ab ἐποίχομαι) δὲ ἡ αὐτὴ δηλονότι. At. Sch. B. cum Lipſ. praefixum habet πάσας γὰρ ἐπῴχετο, ἐπὶ πάσας γὰρ ὁ ὀχεὺς κεκλιμένος ἦν (male ex Lipſ. ἐκκλινόμενος) ἢ, ἐπὶ πάσας ἤρχοντο οἱ πολέμιοι. Manifeſtum fit in Codice Ven. B. et Lipſ. fuiſſe Ariſtarcheam lectionem: πάσας γὰρ ἐπώχατο. At Sch. br. diſerte ἐπικεκλιμέναι ἦσαν, (male tentatum a Barnes) vt ab iis πᾶσαι γὰρ ἐπῴχατο lectum eſſe intelligas. Etymologus in ἐπῴχατο formam agnoſcit, ſed, quod non aſſequor, addit: ἐπῴχατο· σὺν τῷ ἱ. ἡ ἐπὶ πρέθεσις ἀντὶ τῆς ἀπό.— ἀπῷγμαι — ἀπῴγμην — ἀπώχατο. ἀπὸ τοῦ οἴγω. ἀντὶ τοῦ, κεκλεισμένοι ἦσαν. Voluit ergo vocem non aliunde notam inſerre, ἀποίγω, occludo. Attamen in πᾶσαι· πάσας γὰρ ἐπώχατο. ἀντὶ τοῦ, ἐπικεκλεισμέναι ἦσαν. vt ſuſpiceris, priorem locum eſſe interpolatum. Euſtathius, qui de ſuo raro aliquid interponit, quod valde probes, etiam hic aliena apponit: πάσας γὰρ ἐπώχετο, ὁ κτύπος δηλαδὴ, ἢ ἐπώχατο, ἤγουν ἐπεπορεύθησαν οἱ Τρῶες. ἢ μᾶλλον ἐπώχατο, ὅ ἐστι, δι' ὀχέων ἤτοι μοχλῶν ἠσφαλίσαντο κλείσαντες οἱ Ἀχαιοί. — ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ ἐπῴχατο σημαίνει ποτὲ ἐν ἄλλοις (f. apud alios grammaticos) καὶ τὸ ἀνεῳγμέναι ἦσαν (voluit ſcribere ἐπεῳγμέναι) ἀπὸ τοῦ ᾦκτο, ὡς τέτυκτο, τετεύχατο Ἰωνικῶς φασι καὶ Ἀττικῶς. Repetit idem τὸ πᾶσαι pro ὅλαι, cum Etymologo et Apollonio, quod Ariſtarcho deberi ſupra vidimus: de quo iam dictum ſup. ad 175 et B, 809. Add. de Troiae porta Θ, 58.

Bentlei. offenſus voce πυλέων per tres ſyllabas diſtracta, dum Homero ſollenne ſit ea pro disſyllaba vti, tum quia πάσας πύλας memorat verſus, cum Ariſtarchus vnum tantum oſtium agnoſcat, pronus erat ad tollendos tres verſus 339. 340. 1. (Satis puto eſſet 339. 340. tollere.) Mox tamen tentabat: καί τε πυλέων et probabat ἐπώχετο, ſc. Meneſtheus, (parum commode) vt Odyſſ. Δ, 451 vbi Proteus phocas — πάσας δ' ἄρ' ἐπώχετο, λέκτο δ' ἀριθμόν. niſi forte fuerit πάντας γὰρ ἐπώχετο. At enim de πυλέων trisſyllabo iam dictum eſt ſup. ad H, (VII) 1.

Vt tandem et codd. audiamus, Venetum A. iam ſupra vidimus antiquam lectionem, πᾶσαι γὰρ ἐπώχατο, quam ipſi exhibemus, exhibere; Venetum B. lectionem videri Ariſtarcheam ſequi, ſed interpolatam, πάσας γὰρ ἐπώχετο, quam plerique codd. habent, in his Vrat. b. Townl. quoque, ſed ad πάσας ſupra ſcriptum habet αι, vt ſit πᾶσαι. Harlei. πάσαις γὰρ ἐπώχατο. niſi et hic fuit πᾶσαι. πάσας γὰρ ἐπώχετο ſine Iota ſubſcr. Barocc. Vrat. A. fragm. Moſc. cum Schol. ἐπὶ πάσας γὰρ ὁ ὀχεὺς κεκλιμένος ἦν. ἢ ἐπὶ πάσας ἤρχοντο οἱ πολέμιοι.

In fine κατ' αὐτὰ ed. Lipſ. eſt operarum vitium.

341. βίῃ ῥήξαντες ἐσελθεῖν. ἐπελθεῖν Harlei.

342. αἶψα δ' ἐπ' Αἴαντα προΐει κήρυκα Θοώτην. ⸖ „quod Θοώτης dictus praeco a re, θοὸς a *celeritate*, (repetit Euſtath.) et quod poeta in inueniendis nominibus ingenioſus eſt. Pro Αἴαντα Zenodotus (quod ed. Rom. adoptauit) Αἴαντε vt ſqq. vſ.

343. Αἴαντα Mori. Cant. Vrat. A. et b. duo Vindob. et ed. Flor. probante Barnes. Harlei. vtroque loco Αἴαντα ſuperſcripto ε. Nunc accedit Ven. Recepit Wolf. iam in priore edit. cum vulgatum antea eſſet Αἴαντε κάλεσσον. Ad meum ſenſum parum refert, vtro modo legatur. Nam et hoc bene habet: *voca Aiaces, ſi fieri poteſt ambo, ſin minus ſaltem alterum.* Sic iterum 356. 7 ἀντιάσητον. ἀμφοτέρω etc.

345. τετεύξεται αἰπὺς ὄλεθρος. κατασκευασθήσεται Apollon. Lex. h. v. Heſych.

346 ⸖ et 348 ⸖ aduerſus Zenodotum Obſcura, forte turbata ſunt, Scholia ad vtrumque verſum. Ad 346. „ἡ διπλῆ περιεστιγμένη πρὸς Ζηνόδοτον· ὅτι ἔοικεν ἐξειληφέναι τὸ ὧδε (f. excidit τοπικῶς) ἑξῆς γὰρ γράφει· εἰ δέ σφιν καὶ κεῖθι. (f. κἀκεῖσε) ἐστὶ δὲ ἀντὶ τοῦ οὕτω. Ad 348. „ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· εἰ δέ σφιν κἀκεῖσε. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ, οὕτω δὲ, εἰ εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον πόλεμός ἐστιν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ." Apparet, Zenodotum videri ὧδε accepiſſe pro hic, hoc loco; cum tamen in Homero illud vbique ſit, οὕτως, *ita*, *adeo*, nunquam

de loco: v. Etymol. in ὧδε, et Eustath. sup. ad K, 91. πλάζομαι ὧδε. Et Schol. fragm. Mosc. h. l. τὸ ὧδε οὐ τοπικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ, ἀλλὰ ποιότητος ἀναφορικῆς. Aristarcheam esse doctrinam disco et Schol. A. ad B, 271. Firmantur dicta per ea, quae adscripta sunt in Scholiis ad vs. 359. ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· κεῖσε γὰρ ἔβρισαν, οὐχ ὑγιῶς, εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον. δεῖ γάρ· ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. δεῖ δὲ γράφειν, ὧδε. τὸ γὰρ λεγόμενόν ἐστιν, οὕτως ἐπεβάρησαν, ὥστε χρείαν ἔχειν ἡμᾶς συμμαχίας. Est quoque versui 349 stigme in Ven. apposita, vix recte. Etenim nec Scholion, nec caussa apparet.

347. ζαχρηεῖς τελέθουσι. „γρ. τελέθοντο hic et 360." Barnes. male. Est is vsus loquendi in voce τὸ πάρος, cum praesenti, quem iam A, 553 vidimus: καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ. et saepe, vt O, 256 ὅς σε πάρος πέρ ῥύομαι. Od. E, 88 πάρος γέ μιν οὔτι θαμίζεις. cf. ad Δ, 764. N, 229. Π, 23. De voc. ζαχρηής v. ad E, 525.

348. εἰ δέ σφιν καὶ κεῖθι πόνος — κἀκεῖθι Cant. εἰ δὲ καὶ ἐνθάδε περ π. Mori. εἰ δέ σφιν κἀκεῖσε Zenodotum legisse, modo ad v. 346 vidimus, Vox βρίθειν de acie premente adversas copias sensus ferit. cf. inf. ad P, 233.

350. καί οἱ Τεῦκρος ἅμ' ἑσπέσθω, τόξων εὖ εἰδώς. — ἀθετεῖται, quia Teucer, vt ὑπασπιστής, vel sine iussu erat comitaturus Aiacem; nec probabile sit τὸν ὑπασπιστὴν vocatum fuisse." Sch. A. Dicendum erat, versum esse otiose adiectum, et rhapsodum aperte prodere.

ἅμα σπέσθω vn. Vindob.

352. βῆ δὲ θέειν παρὰ τεῖχος. κατὰ τεῖχος, Cant. Harl. Townl. Eton. fragm. Mosc. vn. Vindob. alter βῆ δ' ἰέναι κατὰ λαόν.

353. στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι κιών. στῆ δ' ἄρ' ἐπ' Αἰ. legerat Eustath. alios tamen norat, qui vulgatum habebant.

εἶθαρ δὲ προσηύδα. — Apollon. Lex. ἶθαρ. εὐθέως. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφουσιν· εἶθαρ δὲ προς-

ηύδα. Fuit ergo quoque ſcriptum ἴθαρ δὲ πρ. Habet quoque vocem Heſych.

356. ἀντιάστητον vn. Vindob. ἀντιάστητε.

359. ⸖ iterum aduerſus Zenodotum qui et hic ſcripſerat κεῖσε γὰρ ἔβρισαν. At enim non *in eum locum* eſſe debet, ſed *illo in loco*. et ὧδε eſt οὕτως. v. modo ad v. 346.

360. ζαχρηεῖς τελέθουσι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. „γρ. τελέθοντο vt quoque 347 κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην Townl.

363. — et hic ἀθετεῖται, vti 350.

365. αὐτίκ' Ὀϊλιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα ⸖ „ aduerſus Zenodotum legentem αὐτίκ' ἄρ' Ἰλιάδην. (Schol. ad N, 694 laudatur Ἀλλ' οὐκ Ἰλιάδην. Ceteroquin vitium in Ἰλεὺς centies reprehenſum. v. ad B, 527) — „ et notandum quod πρὸς deeſt.“ — ϝέπεα. Etiam Townl. αὐτίκα δ' Οἰλιάδην. Eſt difficultas grammatica in formatione τοῦ Ὀϊλιάδης ex Ὀιλεὺς, vnde eſſet Ὀϊλείδης· vt videatur fuiſſe quoque Ὄιλος vel Ὀίλιος aut Ὄιλις cf. Euſtath. p. 13.

366. Αἶαν, σφῶϊ μὲν αὖθι. ⸖ aduerſus Zenodotum, qui male ſcribebat σφῶε, quod eſſet αὐτούς. At σφῶι, ὑμεῖς (v. ad. A, 8 et 574.)

Indocte ὁ interpoſitum in ed. Flor. Ald. 1. σὺ καὶ ὁ κρ. — Λυκομήδης in Harlei. adſcriptum vel Διομήδης. At Lycomedes, Creontis f. iam ſup. inter principes numeratus I, 84. et T, 240. Eius iterum memoratio P, 346.

367. ἑσταότες. „γρ. ἑστεότες. Barnes. cf. 336.

ὀτρύνετον ἶφι. manifeſta interpolatio Alexandrinorum. Fuit ὀτρυνετε ϝιφι. monuerat Bentl. quoque.

368. αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι. ⸖ „aduerſus eundem, quod nunc ille κεῖθι legerat. Atqui debet ire ἐκεῖσε, *in illum locum*. κεῖθι vero eſt in illo loco. — κεῖθ' Barocc. vn. Vindob.

369. αἶψα δ' ἐλεύσομαι αὖτις· „γρ. αὖθις. Deerat verſus Barocc. ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπαμύνω. ἐπιτείλω ἢ ἐπαμύνω, Euſtath. ſed praeſtat ἐπαμύνω.

371. *καί οἱ Τεῦκρος ἅμ' ᾖε κασίγνητος καὶ ὄπατρος.* — „*εἴρηται ὅτι διεσκεύασται*" ait Schol. A. Vti dramata *διασκευάζονται*, nouis curis perpolita, ita videtur id h. l. dictum de verſu inſerto: quemadmodum iam vidimus verſus de Teucro inſertos 350 et 363. Obelo tamen hic verſus confodi nequiit; nam eo carere non poteſt ſententia; potius dicendum eſt, cum animaduerteretur, antea de Teucro mentionem factam non eſſe, duo ſuperiores verſus eſſe inſertos; num autem ab iis qui rhapſodias in vnum corpus collegerunt, an a rhapſodis, quis pronuntiare auſit? Nondum enim liquido ſatis conſtat, quo ſenſu, et an eo, quo volumus, ſenſu, *τὸ διασκευάζειν* dictum ſit; interdum vtique eſt de interpolatione dictum; hoc loco videtur grammaticus *διεσκεύασται* de verſu dixiſſe, qui occaſionem dedit interpolationibus. Sch. br. Ven. *ᾖιε.* c. al. codd. recte ſi maiuſculis litteris exarata graeca ſunt.

ὄπατρον, *eodem patre natum*, iam videramus Λ, 257. Verſu hoc excitato interpretatur vocem Apollon. Lex. h. v. p. 503.

372. *τοῖς δ' ἅμα.* vn. Vindob. *τοῖς δ' ἄρα.*

374. Etiam Schol. A. ſententiam ita inſtituit, vt poſt *ἵκοντο* interpungatur, illa vero: *οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις* apodoſis ſit; vt ſaepe per *δὲ* illa conſtituitur. Attamen, ſiue ſic, ſiue alio modo verba refingas, habet locus aliquid impediti. *εὖτε* (debebat eſſe *εὖτε δὲ*) — *ἵκοντο* et *ἵκοντο, οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον.* Locus, ſi quis alius, interpolationem ſapit; et vſ. 373. 374 ſunt inſititii, a diuerſis tamen manibus. In altero pro *ἵκοντο*, Barnes e Cant. (adde Vrat. b. pro var. lect.) *ἵκανον* repoſuit, haud magno cum fructu. *ἐπειγομένοισιν*, *ἐσπουδασμένοις* Sch. br. male. Sed: *ſupervenit ipſis cum maxime vrgerentur.* At Townl. *ἐελδομένοισι.*

375. *οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον.* — „quod hinc patet, *κρόσσας* eſſe *κλίμακας.* aliter enim non apparere, quomodo conſcendere murum potuerint." Reſpicit Scholion dicta ad v. 258. et Ariſtarchi interpretationem, falſam

tamen; de qua vide ad e. l. Non ille intellexerat, vallum fuiſſe tam humile, vt parum excederet altitudinem et ſtaturam iuſtam hominis; vt adeo manu corripi poſſent pinnacula.

377. *σὺν δ' ἐβάλλοντο μάχεσθαι ἐναντίον.* Townl. *σύν τ' ἔβαλον μαχέσασθαι* Homerico vſui magis accommodate. Sic Π, 565 *σύμβαλον ἀμφὶ νέκυϊ κατατεθνειῶτι μάχεσθαι.* plene ſup. 181 *σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα.*

379. *Σαρπήδοντος* et *Σαρπηδόνος* ſcribi notant Sch. A. Satis ſubtiliter Apollon. Lex. h. v. et Heſych. ex eo emendandus, add. Euſtath. In Vrat. b. ad *Ἐπικλῆα* ſupra ſcriptum *Οἰκλῆα.* et hoc ipſum recitat in hoc verſu Apollon. Lex. p. 595.

380. *μαρμάρῳ ὀκριόεντι.* Vox iam Δ, 518 et Θ, 327. Π, 735. lecta, add. Od. O, 499. vbique aberrante ſcriptura; *ὀκρυόεις* lectum paſſim et excuſum, vt et h. l. quod tamen diuerſum eſt, a *κρύος, gelu*, ductum, etſi et hoc viciſſim aberrat in *ὀκριόεις.* Il. Z, 344. I, 64. Expedita nunc res: ab *ἄκρα, ἀκριόεις, ὀκριόεις* duci, vt ſit *ὁ τραχύς.* Sic Apollon. Lex. p. 494. Heſych. Etymol. Euſtath. Recte *ὀκριόεντι* emendauit in loco noſtro Barnes aſſenſu codd. Occurrit *ὄκρις* in Hippocrate, *ἐξοχὴ προμήκης* ſec. Galenum.

τείχεος ἐντός. Townl. et vn. Vindob. *ἐκτός.*

381. *κεῖτο μέγας παρ' ἔπαλξιν ὑπέρτατος.* in ſumma muri parte. At Schol. B. Moſc. *ὑπερμεγέθης.*

381. 2. *οὐδέ κέ μιν ῥέα χείρεσσ' ἀμφοτέρῃς ἔχοι ἀνήρ, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν,* — Magnae in hoc verſu fuere turbae; infructuoſae tamen. Antiquior fuit lectio, mutata ab Ariſtarcho; nec tamen conſtat, vtrum ex auctoritate codd. an ex iudicio; *χειρί γε τῇ ἑτέρῃ φέροι ἀνήρ.* quod alienum eſt a ſententia; minuit enim omnem mirationem roboris Aiacis: ſubſtituit Ariſtarchus alterum: *χείρεσσ' ἀμφοτέρῃς ἔχοι ἀνήρ.* Habet hoc Cod. Ven. B. Alii partim vitioſe partim interpolate, pro *ἔχοι, φέροι,* et *χείρεσ' ἀμφ. χείρεσιν* et *ἀμφοτέρῃσιν ἀνὴρ φέροι.* Antiquam lectio-

nem χειρί γε τῇ ἑτέρῃ Φέροι ἀνὴρ, quam ex vſ. 452 ſubnatam ſuſpicor, exhibet Venetus, at Sch. A. agnoſcit Ariſtarcheam, etſi priorem ἐν τοῖς κοινοτέροις, in vulgatis, reperiri ait. Euſtathius omnes has lectiones memorat p. 910, 11. et 27. et confundit. Idem ἔχοι, τουτέστι κρατοίη, ἢ Φέροι, ἀνήρ. In ἔχοι Sch. B. cum Sch. Lipſ. vim agnoſcit, vt recte praetulerit poeta τῷ βάλοι. Maius enim eſt, ſi ne quidem manu tenere et tollere poteſt alius id, quod Aiax proiicit. χειρί γε τῇ ἑτέρῃ Φέροι ἀνὴρ, quae erat antiqua illa lectio, habebant edd. Flor. Ald. 1. Rom. Subſtituit Ald. 2. cum ſequaci grege χερσὶν ἐπ' ἀμΦοτέρῃς ἔχοι ἀνήρ. (interpolate pro χείρεσιν aut χείρεσσ' ἀμΦ.) Turnebus inſpecta Romana antiquam lectionem reuocauit. Ex vtraque verſum improbum excudit Stephanus: χείρεσιν ἀμΦοτέρῃσι Φέροι ἀνήρ. cui vt mederetur, Barnes ſcripſit χ. ἀμΦοτέρῃσιν ἀνὴρ Φέροι. et Clarke χ. ἀμΦοτέρῃς Φέροι ἀνήρ. In Codd. autem, quos editores triuerunt, vtrumque occurrit. Antiquiorem iſtam ſcripturam χειρί γε τῇ ἑτέρῃ Φέροι, habent praeter Venetum Barocc. Mori. fragm. Moſc. Vrat. A. et b. et a rec. m. βάλοι, ſupra ſcript. ἔχοι. In eodem a pr. m. χειρί τε. Cant. videtur lectionem Ald. 2 habere. Ariſtarcheam exhibet Lipſ. et Eton. χείρεσιν ἀμΦοτέρῃς ἔχοι. Townl. χείρεσσ' ἀμΦοτέρῃσιν ἔχοι ἀνήρ· contra metrum. codd. Vindob. alius hanc, alius illam lectionem, exhibent. Quid ab Homero profectum ſit, nemo definiat; tenenda interea erat lectio Ariſtarchea; χείρεσσ' ἀμΦοτέρῃς ἔχοι ἀνήρ. etſi minus grata ad aurem.

383. ὁ δ' ἄρ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας. „ἐν ἄλλῳ· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ αὐτὸς" ex aliis locis, vti E, 304. Inf. 449.

384. θλάσσε δὲ τετράΦαλον κυνέην — θλάσσε δὲ de verbo iam dictum ad E, 307. et de τετράΦαλον ad E, 743 quae quatuor conos cum criſtis haberet. θραῦσε δέ οἱ ἢ θλάσσε Euſtath.

385. ἀρνευτῆρι ἐοικώς. ἀρνευτῆρα *vrinatorem* vulgo reddunt; quod per ſe ſatis tuto non ſit. Vox enim nihil amplius declarat, quam κυβιστῆρα, qui in caput ſe de-

iicit, *κυβιστᾷ.* Supra E, 586 erat *κύμβαχος.* ad ſimilitudinem arietum, *τῶν ἀρνῶν.* Vt Latini *arietare.* Hoc docet Apollon. Lex. Etymol. Euſtath. Schol. A. B. br. (Emendat quoque ex h. l. Heſychii gloſſam *ἀρνευτήρια, κυβιστήρια* Bentl. *ἀρνευτῆρι, κυβιστῆρι.*) In ſuperioribus vbique adiicitur alios a delphine repetere, quem hoc modo ludere conſtat. Quo auctore per vrinatorem vox reddita ſit, ignoro: niſi forte Heſychii: *ἀρνευτῆρες, οἱ δῦται. οἱ δύνοντες.* Et Sch. br. cum fragm. Moſc *κυβιστῇ ἢ δύτῃ.* Eſt tamen et ille *κυβιστὴρ,* et eſt de eo locus Jl. Π, 745—750.

386. *κάππεσ' ἀφ' ὑψηλοῦ πύργου.* Ergo iam vallum conſcenderat, ait Sch. B. Immo apprehenderat pinnam. Vide 390. 397.

„*γρ. ἀφ' εὐεργέος πύργου*“ Sch. A. et Vrat. b. pro var. lect.

388. *ἰῷ ἐπεσσύμενον βάλε τείχεος.* Ordinem eſſe notat Schol. A. *Ἰῷ βάλεν, ἐπεσσύμενον τείχους, ἐπὶ τεῖχος.* Bentl. mutarat *Ἰῷ ἐπεσσύμενος.* Sed irruebat et imminebat vallo Glaucus vt labefactaret.

389. *ἦ ῥ' ἴδε.* Immo fuit *ἦ ἴδε. ἦ ϝίδε.*

391. *ἀθρήσειεν.* Diligenter monet Schol. A. eſſe tenui, non aſpero efferendum: *ψιλωτέον.* apparere hoc ex *ἣ τ' οὔτ' ἀθρῆσαι δύνατο.* (Od. T, 478. *ἡ δ'*) Addit quoque vocalem ante aſpiratam et *ρ ψιλοῦσθαι·* quod enotauit Knight p. 42. Quaeras, quis tandem, aut quomodo aliquis in id incidit, vt *ἁθρῆσαι* ſcriberet? Scilicet *τὸ α* eſſe crediderunt pro *ἅμα,* et ab *ὁράω,* vel *ὁράω* vocem factam *ἁθρέω,* vti et *ἀθρόος,* quod eſt *ἁθρόος.* v. ap. Euſtath. ad Od. Λ, p. 1386. 7.

393. *αὐτίκ', ἐπεί τ' ἐνόησεν. αὐτίκ' ἔπειτ' ἐνόησεν* vulgo ſcriptum, et tamen verſum ac ſi eſſet *ἐπεί.* Si *ἔπειτα* probabatur, erat ſaltem interpungendum: *Γλαύκου — ἀπιόντος. Αὐτίκ' ἔπειτ' ἐνόησε.* ſic diſtinxerat Stephanus; et iam ed. Flor. Rom. At Ald. 2. emendate: *ἐπεί τ' ἐνόησε.* quod et Turnebus retinuerat: a quo, vt vidimus, Stephanus receſſit, quem ſequitur Barnes. Monent iam

Sch. A. B. at παρέλκειν τὸ τ'. sed B. iungit ἐπεὶ αὐτίκ' ἐνόησεν· quandoquidem statim id animaduertit. putes potius esse, ἄχος γένετο αὐτίκα, ἐπεὶ ἐνόησε sc. τὸν Γλαῦκον ἀπιέναι. Clarke iterum Aldinae 2. exemplo distinxit ἐπεί τ' ἐνόησε. quod et in mſ. Lipſ. occurrere ait Ernesti. Malim Ionicum ἐπεί τε νόησεν. Vulgata expressa in fragm. Mosc. et ex Veneto. Bentleius importunum illud τ' post ἐπεὶ damnauit, legitque: Σαρπήδοντος ἄχος γένετο Γλαύκου, ἀπιόντα αὐτίκ' ἐπεί ῥ' ἐνόησε.

ὅμως δ' οὐ λήθετο χάρμης. disertum ad haec verba Scholion est ap. Apollon. Lex. p. 500. quasi locus esset magnae difficultatis; vt declaretur esse ὅμως, ἔμπης (quae sunt synonyma. v. sup. ad 326) non ὁμῶς. cf. Villoiſ.

394. ⊱ quod *Alcmaeon* non est Calchantis (qui et ipse Θεστορίδης est) frater, sed alius eiusdem nominis; alioqui poetam aliquid adiecturum fuisse quo id innueret. Sch. A.

395. ὁ δ' ἑσπόμενος πέσε δουρί. βάλε δουρὶ Vrat. b. et πέσε pro var. lect. ὁ δ' ἐπάλμενος vn. Vindob. vitiose.

400. 401. ⊱ habent stigmen; de qua tamen in Scholiis nil monetur. Spectauit haud dubie ea ad ὁμαρτήσανθ' et ad βεβλήκει. et repetitum forte fuit de hoc vulgare monitum super vsu τοῦ βάλλειν; et illud, quod est ὁμαρτεῖν et ἁμαρτεῖν. v. ad E, 656. vbi cf. Excurſ. III, sub f. Vox iterum occurrit N, 584 et Ω, 438. Od. N, 87. Φ, 188. In ὁμαρτεῖν scriptura sibi constat, (nisi quod ἐφαμαρτεῖτον legerat Aristarchus Ψ, 414) at variat in ὁμαρτῇ. Est autem ὁμαρτεῖν facere aliquid ὁμαρτῇ, ἅμα. Ergo et h. l. ὁμοῦ καὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀφιέντες τὰ δόρατα καὶ ἐπιτυχόντες Sch. br. Non tenebat vsum vocis Eustath. qui reddit ἀραρότες καὶ συνασπίσαντες. Sch. Apollonii lib. I, 305 κεῖσε δ' ὁμαρτήσουσιν. — ὁμαρτεῖν ἐνταῦθα μὲν τὸ ἀκολουθεῖν. ἀλλαχοῦ δὲ τὸ ἅμα τυχεῖν.

401. περὶ στήθεσφι „γρ. στήθεσσι." Itidem sup. 151. Sic Lipſ. Cant. fragm. Mosc. et vn. Vindob. e correct.

402. ἀσπίδος ἀμφιβρότης. De voce hac iam vidimus B, 389.

403. ἐπὶ πρύμνῃσι. Ita ſcribendum eſt, ſi nobis conſtare volumus, non ἔπι.

404. ἡ δὲ διὰ πρὸ, ita vulgatae: (vt H, 260. 1.) At Ariſtarcheae οὐδὲ διὰ πρό. Sch. A. haud dubie melius; etſi forte ex emendatione. Legitur ſic in Harlei. Vrat. b. fragm. Moſc. Si haſta Aiacis traieciſſet ſcutum Sarpedonis, inhaerente haſta in ſcuto vix Sarpedon recedere a vallo potuiſſet; at percuſſo ſcuto, repercuſſus et ipſe Sarpedon contuſo corpore recedere debuit.

406. χώρησε δ' ἄρα τυτθὸν ἐπάλξιος. Ven. et fragm. Moſc. a pr. m. χώρησαν. nec hoc male. οὐδ' ὅγε πάμπαν χάζετ'. Barocc. Mori. et vn. Vindob. οὐδέ γε.

407. ἐέλπετο. „Ariſtarchea lectio. Alia ἐέλδετο.“ Sch. A. hanc habent Mori. Barocc. vn. Vindob. et alter ἐέλδεται. Tertia lectio eſt in Townl. ἐβούλετο.

408. ἀντιθέοισιν ἐλιξάμενος. Cant. et Townl. ἀντιθέοισι καθαπτόμενος. forte ex Jl. Π, 421. Iterum ἐλιξάμενος inf. 467.

409 τί δ' ἄρ. Eſt τί τ' ἄρ in Barocc. Townl. vnde τίπτ' ἄρ Vrat. b. μεθείετε Townl.

410. ἀργαλέον δέ μοι ἐστίν. Appoſita ſtigme. ⸓ Nec tamen Scholion ſuccinit. forte propter ἀργαλέον. δύςκολον. χαλεπὸν, ἀδύνατον in Sch. br. vt ſup. 176.

412. ἐφομαρτεῖτε Ariſtarchea lectio. Vulgaris ἐφομαρτεῖτον. cum tamen duali locus non ſit; ita tamen Venetus et Sch. br. Mori. Barocc. Harl. Vrat. A. b. fragm. Moſc. Vindob. Townl. ſed ε ſupra ſcripto. Nec non edd. Aldd. Suſtulit vitium Turnebus praeeunte ed. Rom.

πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. Vitioſa lectio; non enim eſſe potuit τοι Ϝεργον. etſi nec aliter ipſe Venetus cum fragm. Moſc. δέ τι Cant. Mori. Barocc. Vera lectio fuit δέ τε. quod et Bentl. adſcripſerat.

413. οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν. In ὑποδδείσαντες duplici δδ antiquiores profecto vſi non ſunt; geminarunt pronuntiatione. Sequendus tamen eſt mos grammaticorum.

De ἐπιβρίθειν v. ſup. ad 346.

416. μέγα δέ σφισι φαίνετο ἔργον. ⊱ „quod φαίνετο non est, ipsis visum est animo; sed, exorta est pugna grauis, τῆς μάχης ἔργον ἀνεδείκνυτο. Et B. ἀνεφαίνετο." Aliquoties hoc occurrit: vt inf. Π, 207 Νῦν δὲ πέφανται φυλόπιδος μέγα ἔργον, v. Od. Φ, 73 et 106. Χ, 149.

420. ἐπεὶ τὰ πρῶτα πέλασθεν. οὕτως πέλασθεν. Ἰακῶς. Sch. A. fuit ergo etiam aliter scriptum. Recte, debuit in aliis occurrere πρῶτ' ἐπέλασθεν. Pro ὤσασθαι est ὤσεσθαι Vrat. A.

421. ἀλλ' ὥστ' ἀμφ' οὔροισι δύ' ἀνέρε. δύω ἀνέρε Lips. indocte. Saltem deb. ἀμφ' οὔροις δύω ἀνέρε. — In Apollon. Lex. voc. οὖρος. σημαίνει καὶ τὸν ὅρον τῆς γῆς. οἱ δ' ὥστ' ἀμφ' οὔροισι. memoriter.

422. ἐπιξύνῳ ἐν ἀρούρῃ. ἐπικοίνῳ Hesych. additur καὶ ὁμόρῳ χωρίῳ in Sch. br. et Eustath. κοινοὺς ὅρους ἐχούσῃ Sch. B.

423. ὥ τ' ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ. Zenodotus: ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ.

οἵ τ Townl. et ἐρίζετον. corrupte. ἐρίζητον iterum exemplum praebet coniunctiui pro optatiuo; communi vsu esset ἐρίζοιτον ἄν.

περὶ ἴσης. vn. Vindob. περὶ ἴσου. indocte.

425. δῄουν ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι. — δηΐουν edd. Flor. Aldd. donec ex Rom. Turnebus δῄουν expressit. Vtrumque ap. Eustath. στήθεσφι Vrat. A. v. modo 401.

426. ⊱ propter λαισήϊα, quae varie interpretantur viri docti. De his v. ad E, 453. Verbo: est genus levium parmarum.

428. ἠμὲν ὅτῳ στρεφθέντι. „ὅτῳ. Zenodotus ὅτεῳ. (debuit esse ὅτεῳ quod et in Herodoto occurrit.) Et habet hoc Homericum characterem. Nam et alibi ὅτεῴ τε πατὴρ κέλεται." (Od. B, 114. Add. Jl. O, 664) Sch. A. Meminit quoque Sch. br. auctor.

429. πολλοὶ δὲ διαμπερὲς ἀσπίδος αὐτῆς. αὖτις in fine versus vitium ed. Stephan.

430. πάντῃ δὴ πύργοι. Aristarchus δὴ pro copula accepit (ergo debuit scribere δὲ?) quod malim, quodque

Ernesti optabat.) Tyrannio autem δ' ῇ, *qua parte*, vti ῇ ῥ' ὄγ' ὁ λυσσώδης N, 53. nec tamen necesse." Porro πάντῃ scribit Ven. et Sch. vterque. Saepenumero tamen iam antea scriptum fuit πάντῃ.

431. ἐῤῥάδατ' ἀμφοτέρωθεν (οἱ πύργοι καὶ ἐπάλξιες αἵματι φωτῶν) ⊱ ad stigmen nihil adscriptum in Scholiis, praeterquam: ἐῤῥάδατ' ἀπὸ τοῦ ῥάζω. Schol. br. ἐῤῥάδατο· (male excusum ἐῤῥάδαται) ἐῤῥασμένοι ἦσαν et Hesych. ἔῤῥαντο. ἐπέφορτο. Ab hoc ῥάζω, eodem quod ῥαίνω, et ῥάσσατε Od. Υ, 150 vt a φράζω, πεφράδαται. cf. Eustath.

433. ἀλλ' ἔχον, ὥςτε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς — Sch. B. Mosc. τὸ ἰσοπαλὲς τῶν μαχομένων παρέβαλε ζυγῷ· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀκριβὲς πρὸς ἰσότητα. Comparatio habet suauitatem ex simplicitate, declarans re leuiore rem grauissimam, aequam pugnae fortunam, μάχην ἰσόῤῥοπον. Lanifica, vt mercedem pro opere exigat, lanam appensam libra ponderat, aequatis lancibus, altera lanam, altera pondus sustinente. Simili modo aequata erat pugna inter vtramque aciem. Est tamen aliquid impediti in verbis, quod a veteribus non notatum video; Vidit Koeppen; verum is supplet: Ἀχαιοὶ εἶχον μάχην ἐπὶ ἶσα, ὡς γυνὴ ἔχει τάλαντα· quae graece vix dicuntur. Vertitur in edd. *se ita habebant* vtrinque pugnantes, *vt lances mulier* sc. habet: parum venuste! Melior modus est: ἀλλ' ἔχον ἐπὶ ἶσα, ὡς γυνὴ ἔχει τάλαντα scil. ἐπὶ ἶσα. Subiungitur repetitio: οὕτως τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο. Est ergo dictum ἔχειν ἐπὶ ἶσα, pro εἶναι. εἶχον οἱ Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπὶ ἶσα, ὡς τάλαντα, ἃ ἔχει γυνή, erant ita inter se pares pugnando, vt lances, quas mulier tenet, quae eas aequari vult. Malis forte ἔχον sic accipere pro ἀντεῖχον vtrinque ἐπὶ ἶσα, ἴσως. In cod. Apollonii Lex. voc. τάλαντα. ἐπὶ μὲν τῶν ζυγῶν. p. 631 erat ἔχεν, quod interpretandum esset ἀλλ' ἔχεν ἡ μάχη, ὡς ἔχει τὰ τάλαντα γυνή, multo minus commode. Verbo; res aperta est, sed verbis non satis diserte expressa.

ὥςτε olim ſcriptum fuit ὧτε vel ὥτε. Etymol. ὧτε χερνῆτις γυνή. ἀντὶ τοῦ καθάπερ. ἔχει δὲ τὸ ῐ. ἔστι γὰρ ὡςεί τε. ἀποβολῇ τοῦ σ καὶ κράσει τοῦ ω καὶ ε ὧτε. Pleniora dat Euſtath. ad A, 359. p. 117. ὧπερ ἀντὶ τοῦ καθὰ, κατὰ τοὺς τεχνικούς. καὶ τὸ, ὧτε, οἷον ὧτε χερνᾶτις γυνὰ (putauitne ille haec eſſe e lyrico ſeruata? eſt etiam ὧτε vel ὧτε ap. Pindar. Nem. VI, 47 et VII, 90. 137.) — γίνεται δὲ κατὰ Ἡρωδιανὸν οὕτως· ὡςεί τε καὶ ὡςείπερ καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ, καὶ κράσει τοῦ ω καὶ ε εἰς τὴν ω δίφθογγον διὰ τὴν τοῦ ι συναίρεσιν, ὧτε καὶ ὧπερ. Hoc eſt difficiles nugas ſequi: ſimpliciſſimum erat dicere, eſſe ῷ, ὧτε ſc. τρόπῳ.

γυνὴ χερνῆτις ἀληθής. Schol. A. χερνῆτις, ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἰδίων χειρῶν ζῶσα. ὅ ἐστι, μισθοῦ ἄλλοις ἐργαζομένη. Similiter Apollon. Lex. p. 709. χερνῆτις, ἡ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶσα. Heſych. Schol. A. et Schol. br.

ἀληθής. In Schol. B. cum fragm. Moſc. accipitur, nec hera, nec ancilla, οὐ γὰρ αὗται ζητοῦσι τὸ ἀκριβὲς, ἡ δὲ τῇ ἀληθείᾳ χερνῆτις λίαν ἀκριβολογεῖται, h. e. pondus aequatum ſubtiliter exigit. Schol. br. ἀληθὴς, δικαία καὶ ἀκριβής. Etiam ἀκριβὴς pro gloſſa eſt in Vrat. A.

Mirum eſt Scholion in Apollonii Lex. p. 94. ἀλῆτις. — χερνῆτις ἀλῆτις, ἥτε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἰρίον, ἀμφὶς ἀνέλκει. ἀλῆτις οἷον δικαία παραλαμβάνειν τὸν σταθμὸν, καὶ παραδιδόναι. Haud dubie truncatum eſt Scholion, vixque ἀλῆτις poteſt eſſe corruptum ex ἀληθής. ſed eſt ἀλῆτις per ſe. forte quoque h. l. lecta, vt ſit paupercula, mendica, mulier; ab hoc tamen loco aliena. Subiicitur altera lectio ἀληθής, bene expoſita a Tollio, mulier, quae aequum pondus in vtramque lancem partitur κατὰ τὸ δίκαιον. Sic Latini *verus* pro iuſtus, aequus. Inepte autem Euſtath. cenſebat ipſam Homeri matrem reſpici: de qua in Homeri Vita Herodotea.

Ceterum his vſſ. 433. 4. 5. Dionyſius Halic. de Compoſit. ſ. 4. vtitur, vt hoc exemplo doceat, verba poetae reſoluta in aliud metrum, vi ſua priuari; qua de re ſane

nemo dubitabit. Repetit eadem Hermogenes de formis orat. p. 290. ed. 1614.

434. 435. ἀμφὶς ἀνέλκει ἰσάζουσ'. Ait Schol. A. iungenda esse ἀμφὶς ἰσάζουσα. ἀμφοτέρωθεν ἰσάζουσα. Et Schol. br. ἑκατέρωθεν ἰσάζουσα. Recte. Quaeras, quid tandem alii? Videntur iunxisse ἔχουσα εἰρίον ἀμφίς. colligo e Sch. B. qui ait, non posse interpungi ad ἀμφὶς, οὐδέποτε γὰρ ὁ ἐννεαδέκατος χρόνος τοῦ ἔπους διαστολὴν ἔχει. (*interpunctionem recipit.* bona obseruatio!)

435. ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται. „In nonnullis ἀνεικέα, ἔξω νείκους. Et aliud Scholion: ἔξω νείκους τὸ ἴσον αὐτοῖς ἀπονέμουσα.“ (Saltem hoc aliter interpretarer: *mulier accurate appendit lanas, vt mercedem auferat* ab eo, cui opus facit, *sine controuersia:*) Additur: ἄμεινον δέ, φησιν, (at quis? nisi fuit φασιν) ἀεικέα, τὸν εὐτελῆ.“ Schol. A. At Sch. br. τὸν εὐτελῆ καὶ οἰκτρόν.

ἄρηται recte ad ἵνα. in codd. Dionysii Halic. l. c. et Hermogenis l. c. ἄροιτο. Totus locus nihil lucis foeneratur e grammaticis, ne ex Eustathio quidem, homine nugaciter verboso.

436. ὡς μὲν τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο πτόλεμός τε. Versus iteratur O, 413. Sup. Λ, 336 erat: ἔνθα σφὶν κατὰ ἶσα μάχην ἐτάνυσσε Κρονίων. Dubitari potest, sintne iungenda κατὰ ἶσα, et nunc ἐπὶ ἶσα, pro ἴσως. an ad verbum retrahenda praepositio, vt iungantur ἐπιτέτατο ἶσα. Sic Od. Λ, 19 ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. v. sup. ad Λ, 336. Et est εἰ δὲ θεός περ ἶσον τείνειε πτολέμου τέλος.

Recte πτόλεμος scriptum post τέτατο. Est tamen πόλεμος in Lips. et ed. Flor. Aldd. restituit prius e Rom. Turnebus.

438. ὅς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν. Sch. br. ἐὰν μὲν δασέως, εἰσῆλθεν. ἐὰν δὲ ψιλῶς-ἔσεισεν, ἤγουν ἐσάλευσεν. Scilicet credidere nonnulli esse verbum σάλω, h. e. σαλεύω. v. Hesych. in ἐσήλατο et σήλατο. ibique Notam. Eustath. ad h. l. et ad Π, 558. At est ab ἅλλομαι:

idem quod inf. 466 ἐςᾶλτο πύλας. vide ad Π, 558. in vn. Cod. Vindob. est ἐςήλλατο, vt ap. Iulian. Or. II, p. 71 erat ἐςήλλατο.

439. ἤϋσε δὲ διαπρύσιον Τρώεσσι γεγωνώς. ⊱ „quod de Ioue hoc accipiendum est, non de Hectore.“ Quis hoc ferat! ita tamen Zenodotus quoque acceperat, vt apparet ex Schol. ad 444. διαπρύσιον nunc Ven. B. explanat; quod iam vidimus Θ, 227.

440. ὄρνυσθ' ἱππόδαμοι Τρῶες. hemistichium iam Δ, 509 lectum. Vitium ed. Stephan. ὄρνυθ' per edd. propagatum iterum sublatum est a Barnes. ῥήγνυσθέ τε vn. Vindob. superscripto δέ.

441. ἐνίετε θεσπιδαὲς πῦρ. hoc sup. vs. 177 vidimus. ἐνείετε Townl. cum vno Vindob. alter ἐνίητε.

442. ὥς φατ' ἐποτρύνων — ⊱· στιγμὴ περιεστιγμένη apposita debuit contra Zenodotum monitum aliquid declarare, sed scholion excidit. Ven. cum Townl. ὥς ἔφατ' ἐποτρύνων. saltem deb. ὥς ἔφατ' ὀτρύνων.

444. κροσσάων ἐπέβαινον ἀκαχμένα δοῦρατ' ἔχοντες. ⊱ „quod Zenodotus ediderat: κροσσάων ἐπέβαινον, ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυεν αὐδήν. de Ioue.“ Sch. A. Quomodo in hoc inciderat Zenodotus? quia sup. vs. 439 ἤϋσε δὲ διαπρύσιον ad Iouem, paullo ante memoratum reuocata res erat; nisi innerse temere pronuntiatus versus est ab aliquo, in cuius animum venerant verba aliquoties obuia: ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυον αὐδήν, vt O, 270. Od. B, 297. add. N, 757. Occasionem dedit mirae isti interpretationi vs. 439.

κροσσάων. per κλίμακας hoc quoque loco reddunt veteres: v. sup. ad 258.

446. ἑστήκει πρόςθεν, πρυμνὸς, παχὺς, αὐτὰρ ὕπερθεν ὀξὺς ἔην. vulgg. εἱστήκει. Sed Aristarchus ἑστήκει. rationem cur reciperem Ionicum, dixi sup. ad Δ, 329. Accedunt h. l. ed. Rom. cum Eustath. Cant. Lips. Vrat. A. Mosc. fr. cum Ven. B.

πρόςθε πρυμνὸς, erat πρόςθεν. sed nullus hic locus τῷ ν. nec est in Veneto.

πρυμνὸς παχὺς, iungere iubet Schol. A. (ſicque interpungit fragm. Moſc.) h. e. κατὰ τὰ πρυμνὰ, κατὰ τὸ ἔσχατον, κάτωθεν, ſequente αὐτὰρ ὕπερθεν, h. e. κατὰ τὸ ἕτερον ὀξὺς. Similia habent Schol. br. Heſych. etiam Erneſtio notata; et primo loco Apollon. Lex. p. 575. Euſtathius vulgarem interpunctionem ita exponit: εἱστήκει πρυμνὸς, ἔσχατος πρὸς τοῖς θεμεθλίοις. agnoſcit tamen et alteram. Poſſunt ſane haud vna ratione haec iungi; πρόσθε πυλάων, haud dubie iungenda; iungi vero vna cum his poteſt πρυμνὸς, iacebat ſaxum ante partes, extrema parte, paullo longius a porta, vt adeo primo in manus Hectoris veniret. πρυμνὸς παχὺς, eſt minus ſuauiter dictum. Homero eſſe πρυμνὰ παχύς. αὐτὰρ Homero ſaepe ſimpl. eſt copula, καί. Locum diſerte expreſſit Virgil. Aen. XII, 896 ſqq.

447. δύ' ἀνέρε δήμου ἀρίστω. ed. Flor. δήμω. ſphalma Ald. 1. correxerat δήμῳ. emendauit δήμου Ald. 2. Sunt δύ' ἀνέρε δήμου, δημόται, vt B, 198 ὃν δ' αὖ δήμου ἄνδρα ἴδοι. δήμου ἀρίστω fortiſſimi, aliter quam Λ, 328.

448. ἐπ' ἄμαξαν. non ἐφ' ἄμαξαν, vt Mori. Vrat. b. et alii. v. ſup. ad VII, (H) 426. Pro ὀχλίσσειαν, paſſim ὀχλίσειαν male. ὀχλήσειαν Mori. Barocc. vn. Vindob.

450. τόν οἱ ἐλαφρὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. — ⟝ „ἡ διπλῆ, ὅτι ἐκλύει τὴν τοῦ βαστάζοντος δύναμιν" habemus hic exemplum critices prauae, verſum damnantis, quia ſententiam improbat; tum vero nec docte ſatis improbat; ex ſenſu enim aetatis heroicae non minuitur laus viri fortis, ſi numen ei adfuerit; contra miratio virtutis eo ipſo augetur; et ſunt loca multa, in quibus dii operam praeſtant, vbi hoc idem moneri poſſet. Pergit Schol. A. „καὶ Ἀριστοφάνης ἠθέτει. Ζηνόδοτος δὲ οὐδὲ γράφει" hae vero ſunt rationes criticae, eaeque ſatis validae; adiuuat iudicium criticum, quod verſus nexu idoneo cum ceteris caret, eoque ipſo interpolatoris ſedulitatem prodit. Debebat ſaltem eſſe: ὥς οἱ ἐλαφρὸν etc.

τόν οἱ. Barnes: „γρ. τόν ῥ' οἱ." hoc vtique praue de ſuo attulit. Antiquum fuit τον ϝοι.

πάϊς ita Homerus recitauit, non παῖς. Monuit quoque Bentl.

ἐλαφρὸν θῆκε Cant. Spondeus h. l. numeros infringit.

451. ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει. Schol. A. „οὕτως, διὰ τοῦ ε." Quid igitur lectum fuit ab aliis? forte φέρῃ, nam ſubiunctiuo ſic vtitur Homerus poſt ὡς ὅτε. In Townl. eſt φέροι. De οἰὸς v. ad Λ, 677.

452. ὀλίγον τέ μιν ἄχθος ἐπείγει. Cant. Mori. Harlei. fragm. Moſc. Ven. cum Euſtath. praefert quoque Bentl. vulgato δέ μιν.

454. πύλας εἴρυντο. nunc a ῥύομαι. v. Exc. IV ad A. p. 179.

455. δοιοὶ δ' ἔντοσθεν ὀχῆες. Townl. ἔκτοσθεν male. nam vectes ſemper ab interiore parte obducti ſunt foribus.

456. εἶχον ἐπημοιβοί. ⊱ „quod duae trabes, duo vectes, vtrinque e poſtibus prodeuntes, in medio ſe inuicem excipientes, iuncti indito vno peſſulo continentur: hic peſſulus appellatus κλείς, quem ingreſſuri remouebant loro per foramen immiſſo: ἐνῆκε δὲ κληῗδι ἱμάντα Od. Φ, 47 ſq. ſi modo ſatis haec percipio. cf. inf. Ξ, 156. Bene haec et alia expoſuit Dammius vir de Homerica dictione meritiſſimus, voc. κλείς. At δικλίδες et δικλείδες (v. c. apud Hippocratem) diuerſa ſunt; hae ſunt fores binis clauibus aperiendae, at illae, δικλίδες, ἀπὸ τοῦ κλίνεσθαι, ſunt binis valuis inſtructae.

ἐπημοιβηδὸν Vrat. b. cum altero ſupra ſcripto.

457. στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών. „in alio στῆ δ' ἄρ ἐπ' οὐδὸν ἰών." Sch. A.

458. ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη. ⊱ „quod omne miſſile βέλος dixit; nunc ſaxum." Schol. A. ἀφαυρότατον Schol. br. ἀντὶ τοῦ ἀφαυρὸν καὶ ἀσθενές. Ita vero comparatiuus magis conuenit.

459. ῥῆξε δ' ἀπ' ἀμφοτέρους θαιρούς. Schol. A. B. θαιροὺς, τοὺς ἄνω καὶ κάτω στρόφιγγας. Apud Apollon. eſt θαιρὸς, στροφεύς.

ῥῆξε δ' ἐπ' Vrat. b. a m. fec. Eton. fragm. Mofc. Schol. Victor.

πέσε δ' αὖ λίθος. vn. Vindob.

460. πύλαι μύκον. vt E, 749.

461. σχνίδες δὲ διέτμαγεν ἄλλυδις ἄλλῃ. Recte legitur διέτμαγεν inde ab Ald. 2. Erat διέτμαγον in Flor. et Ald. 1. vt et alibi aberratum eft. v. Obff. A, 531. Schol. br. διέτμαγον praefixum habent, reddunt tamen διεσχίσθησαν, διεχωρίσθησαν. quod eft διετμάγησαν.

462. λᾶος ὑπὸ ῥιπῆς. λᾶος ex λάεος, vel λάϊος. v. ad Γ, 12. Laudat verfum Schol. Sophocl. Oed. Col. 194. Br. 188. vbi eft ἐπ' ἄκρου λάου. ductum ab λάας, λάου. Turbatum eft Scholion ap. Suidam in λάας.

Tyrannio ὕπο fcribebat, vt effet, ὑπὸ λᾶος. inepte. ὑπαὶ illatum erat in edd. ftatim a Flor. At recte eiectum a Wolfio, iam in pr. edit. bonorum codd. omnium auctoritate: etiam Schol. Soph. Oedip. Col. l. c. Euftath. ὑπὸ ἢ ὑπαί.

ὁ δ' ἄρ ἔςθορε. Ad h. v. fpectat Hefychii gloffa: ἀρέσθορε et ἀρήσθορεν. ἐπήδησεν.

463. νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια. ⊱ „ὅτι τὰ Φοβερὰ νυκτὶ ὁμοιοῖ πρὸς τὸ· ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς. ὁ δὲ Ζηνόδοτος γράφει· νυκτὶ ἐλυσθείς." Sch. A. Spectant haec ad A, 47. ad quem vide fupra p. 27. Vol. I. νυκτὶ θοῇ feruant ceteri. Videtur hoc latere in Hefych. in θοῇσιν. νυκτὶ θοῇ, τῇ πτηνῇ, ἢ ταχείᾳ. v. ad K, 394.

τὰ ὑπώπια Schol. br. τὴν πρόςοψιν. ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. nec aliter Euftath. Hefych. Etymol. qui recte diftinguunt pugilum ὑπώπια h. e. πελίδματα. οἰδήματα. In noftro tamen loco proprie dictum malim; ad truculentum adfpectum faciunt haud dubie loca fub fronte caua nigricantia.

464. λάμπε δὲ χαλκῷ σμερδαλέῳ. „Alii σμερδαλέον" ait Clarke. „γρ. σμερδαλέος καθ' ἑτέραν γραφήν." Eu-

ſtath. et hoc equidem praeferam. Eſt tamen quoque N, 192 πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ σμερδαλέῳ κεκάλυπτο.

465. οὐκ ἄν τίς μιν. Ariſtarchus: οὐ κέν τίς μιν.

466. πυρὶ δ' ὄσσε δεδήει. verſus apud Chalcid. in Timaeum Plat. p. 361 latine redditus: *furor ignea lumina voluit.* Cant. et pro var. lect. Vrat. b. περὶ δ' ὄσσε δεδήει. vt ſit περιδεδήει. Videtur ad h. v. gloſſa Heſychii ſpectaſſe: ἐδεδήει. διώκει. ἐῴκει. ἢ ἐξεκέκαυτο. Fuit ἐδεδίει, ἐδεδιώκει. ἐδεδήει, ἢ ἐξεκέκαυτο. etſi vltimam vocem in margine haerere narrat Schow. nam lectum erat quoque ὄσσ' ἐδεδήει. Totus tamen verſus, etſi per ſe poeta dignus, ſpeciem tamen additamenti rhapſodici habet.

467. ἑλιξάμενος. ἐπιστραφείς. idem fere verſus praeceſſerat 408.

468. τοὶ δ' ὀτρύνοντι πίθοντο. „ὀτρύνοντι. οὕτως διὰ τοῦ ο." Schol. A. An igitur alii aliter? ὠτρύναντι? Porphyr. ſup. ad vſ. 9 recitat τοὶ δ' ὀτρύνοντος ἄκουσαν Mox ὑπέρβασαν eſt ab ὑπερβάω.

469. αὐτίκα δ' οἱ μὲν τεῖχος ὑπέρβασαν. ⸖ „quod vallum ſuperarunt, qua parte Lycii viam fecerant, non per totum vallum" Sch. A. Deſidero hic grammatici iudicium: diuerſis vtique locis Sarpedon cum Lyciis pugnabat et Troiani cum Hectore: vt apparet ſtatim vſſ. 88. 102. vide Obſſ. et Notam ad vſ. 290. Sunt h. l. ipſi Troiani, qui circa Hectorem ipſam portam irrumpentem vallum impugnarant.

470. οἱ δὲ κατ' αὐτὰς ποιητὰς ἐςέχυντο πύλας. ⸖ „quod πύλαι et hic pro ἡ πύλη. ἡ διπλῆ, ὅτι μία πύλη, πληθυντικῶς δὲ εἴρηται." καὶ, „ὅτι ἔφευγον, ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς. διὰ ταύτης δὲ εἰςέρχονται (ingredi caſtra ſolebant, tanquam per vnicam caſtrorum portam) τῆς πύλης, δι' ἧς ὁ Ἕκτωρ. Sch. A. Spectant omnia ad Ariſtarchi doctrinam, de qua ad v. 175 vidimus; veram, puto, hactenus, quod πύλαι dicuntur Homero pro *vna* porta;

attamen fuiſſe videntur caſtrorum portae et aditus plures.

„γρ. Δ. δὲ Φόβηθεν Barnes. Sic Townl. fragm. Moſc. Ionice pro vulg. ἐφόβηθεν.

471. ὅμαδος δ' ἀλίαστος ἐτύχθη. Sch. A. notat, ὅμαδος ſcribi aſpirate, quia eſt ex ὁμοῦ et ἀλίαστος leniter, quia eſt a λιάζομαι." Ergo fuere olim qui ὅμαδος, et ἀλίαστος ſcriberent? Argutiae ex etymo ductae, de quo diſſenſus erat. De ἀλίαστος dictum ad B, 797 et de ὅμαδος ad B, 96. Eſt h. l. ſimpl. *ingens*, nec conueniunt, quae Sch. br. habent, ἀμετάτρεπτος. ἄπαυστος. ἀναπόδραστος; ineptit quoque Euſtathius.

Pro ἐτύχθη „γρ. ὀρώρει." Barnes.

EXCVRSVS AD LIBRVM XII (M)

EXCVRSVS I

De castrorum oppugnatione per Troianos facta. Τειχομαχία (lib. XII—XVI, 398) *et insequuta pugna diei reliqua ad* XVIII, 242. (Σ).

Postquam Achiui effusa fuga intra castra se receperant, Troiani in ipsa castra irrumpere conantur, vt caede eorum facta naues incendant. Exoritur inde pugna ad vallum, *τειχομαχία*, quam hunc in modum factam colligo.

Polydamantis consiliis vsi Troiani (lib. XII, 75) curribus descendunt, et vno Asio excepto, qui curru inuehitur, pedites fossam quinis turmis superant. Asius portam patentem cernens, *νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ*, (XII, 118) irruendi cum fugientibus copiam sibi factam putans, impetum facit, infelici tamen cum euentu (XII, 110 sq.). Quae hic sint *laeuae nauium partes*, et *porta sinistra*, in dubitationem venit; non accipi potest respectu Troianorum; sed quod res docet, laeua est *ναυστάθμου* Achivorum (XII, 118. ad quem locum vide; perperam olim tricas feceram in Soc. R. Commentat. Vol. VI.). Interea turmae reliquae alias valli partes tentabant: XII, 175 sqq.

Troianos necesse est curribus relictis pedites in fossam descendisse, et, stipitibus seu vallis in aduersa fossae ora euulsis in eam escensu facto ad vallum processisse. XII, 251. coll. 199. Nisi probabilius est, omnem Troianorum processum ad castra factum esse in aggere seu via,

quae ad portam caſtrorum ducebat, inde Troianos in interuallo inter vallum et foſſam patente explicitis turmis vallum vndique eſſe adortos. Nec aliter Achiuos ipſos fuga ſe in caſtra recepiſſe putes VIII, 343. 4. *αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν φεύγοντες.* — Videntur verba parum accommodata eſſe; ſed *inter foſſam ſtipitibus vallatam* nihil aliud deſignare puto quam aggerem, pro via per foſſam factum, foſſa vtrinque latera ambiente. Etiam Vlyſſes equos Rheſi *τάφροιο διήλασε* X, 564. non vt foſſam ſuperaret, ſed hoc aditu ad portam. Simili modo accipio dicta de Troianis fugientibus XV, 1. Aliter ſe res habet in verbis Polydori XII, 62 ſqq. vbi ait foſſam ſuperari non poſſe. Aggeris anguſtia Achivos fugientes haud recipiens facit, vt illi ante foſſam huc et illuc fugiant XV, 344. 5. *Ἀχαιοὶ τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ ἔνθα καὶ ἔνθα φέβοντο.* — Itaque paullo poſt Troianis inſequentibus Apollo foſſa aggeſta latiorem facit aditum 355 ſqq. Si Troianos poſtea e caſtris iterum expulſos *ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε, πολλοὶ τ' ἐν τάφρῳ ἵπποι ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων,* XVI, 369 ſq. referendum hoc eſt ad loci anguſtias et turbam confertam, et *ἐν τάφρῳ* eſt, in aggere foſſae.

Quinas turmas verſus *quinas portas* ductas eſſe, vulgaris eſt opinio; numerum poeta haud ſuppeditat. Eſt tamen verſus XII, 175 *ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσι,* vnde ſaltem *plures* aditus fuiſſe probari poſſit. Verum turbatur omnis narratio ac deſcriptio caſtrorum ceteris in locis; et deleuerat iſtum verſum iam olim Ariſtarchi ſagacitas. (v. Obſſ. ad XII, 175) In errorem induxerat interpolatorem alter locus VII, 339. 340 repet. 438. 9. *ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας, ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.* cum non meminiſſent Homero vbique *πύλας* de vna porta dici; nam ſunt proprie *πύλαι* valuae, ſeu fores duplices. Contra me recte ſtatuere arbitror, vnum tantum fuiſſe aditum, portam caſtrorum vnam. Nec ſi vallum pluribus locis op-

pugnatur, vbique ad portam pugnatum eſt, verum ad vallum et turres. Ita res ſe habet XII, 256 ſq. cum Hectore, cum Sarpedone vſ. 308. 332. 397. 416. 430 donec Hector ad portam accedens ſaxo fores diffringit: 445 ſq. interea alii vallum eſcendunt 469. accommodandi ſunt his enuntiatis ceteri verſus 340. Eſt quoque vna tantum eademque, de qua nunc agitur, porta in XXIV, 443 ſq. qua Priamus caſtra intrat.

Redeamus nunc ad narrationem τειχομαχίας, quam principio Excurſus exorſi eramus. Itaque per iſtam portam ad ſiniſtram caſtrorum, quae vnica erat, patentem Aſius curru inuectus irrumpere in caſtra volebat; vano conatu, tutabantur enim aditum duo Lapithae XII, 118 ſq. Locis proximis ab eadem porta copias duxerant Hector et Polydamas, fruſtra vallum conuellere et labefactare parantes; XII, 257 coll. 291. Interea Sarpedon ea parte vallum aggreditur (πύργον vſ. 332) qua Meneſtheus, Athenienſium ductor, illud propugnat; (nihil hic de porta aliqua memoratum video) is arceſſit Aiacem cum Teucro; 292—436. His profectis in aliam partem Hector porta ſaxo perfracta in caſtra irrumpit; quo facto Achivi ad naues fugiunt; (470) vnde eos mox reuocatos Aiax vterque verſus hoſtem ducunt. Conſiſtunt circa eos denſati in phalangis morem Achiuorum ordines, (XIII, 1—126 ſq.) reprimuntque Hectorem nauibus imminentem. (143 ſq.) Interea alio loco (v. 156) a Deiphobo, qui alterum agmen ducebat, fortiter res geritur; Meriones, haſta fracta, ad aliam petendam ad tentorium properat. Redit (v. 170) ad Aiaces poeta, quo loco adverſus Hectorem omnibus viribus enixe pugnatur. In *medio nauium* hanc pugnam factam apparet ex v. 312 ἐν μέσσῃσι νηυσί. quod ad medium inter duo cornua ac latera caſtrorum ſpectare neceſſe eſt. Aduerſatur ſane locus XIII, 679 ſq. cum tamen adulterinum eſſe, multis de cauſſis probabile ſit.

Cum Merione nouis armis inſtructo Idomeneus in pugnam redit, et omiſſis mediis partibus *ad laeua* ten-

dit: *ἐπ' ἀριστερὰ στρατοῦ* vſ. 326. quae eadem ipſa ſtatio eſſe videtur, qua iam ante ille conſtitutus pugnauerat. Occurrit Idomeneo Aſius, qui curru tandem deſcenderat v. 384 ſq. Eius mortem vlciſcitur Deiphobus, quem ad ea loca agmen ducere iam ante videramus. (XIII, 156.) Proxima Aſio eſſe debuit turma Aeneae, nec non Paridis et Agenoris, nam hi cum Deiphobo memorantur (vſ. 489 ſq.) eo loco, quo aduerſus Idomeneum pugnatur; et cum iis Helenus vſ. 576. Iam autem Helenus vna cum Deiphobo, Aſio et aliis pugnaſſe dicitur vno loco; (vſ. 758 ſq. quod adiicitur: *νηυσὶν ἐπὶ πρύμνῃσιν* 'Αχαιῶν ſimpliciter accipe *ad nauium ſtationem, ναύσταθμον*) et Paris pugnat *μάχης ἐπ' ἀριστερὰ*; vbi manifeſtum eſt de laeua Achiuorum hoc accipiendum eſſe.

Troianis tamen vel ſic illa pugnae parte laborantibus, Polydamantis, qui eos ab hoſte vrgeri viderat, monitis (v. 726) Hector, ſuis ſub Polydamantis ductu fortiter pugnare iuſſis, (*ἐν μεσάτῳ νηῶν* puta) ad alteram pugnam, *laeua nauſtathmi parte* (*νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ* 674. 5) profectus, an pugnam reſtituerit, non memoratur; ſed Paride ſecum abducto, ad locum, vnde venerat, redit, (781 *βὰν δ' ἴμεν duo illi*). Hic (*ἐν μεσάτῳ νηῶν*) fortiſſimorum virorum globo facto Aiacem loco mouere, fruſtra tamen annititur (789 ad f.).

Interea principes Achiuorum, qui vulneribus acceptis pugna exceſſerant, ad confirmandos ſuorum animos, Diomedis ſuaſu, in pugnam redire conſtituunt. (XIV, 1 —134). Tum Achiui in turmam collecti et inſtructi in Troianos irruunt. Hector cum Aiace congreſſus, ſaxo percuſſus, pugna asportatur, —440. Tandem Troiani fugam circumſpiciunt, et extra vallum et foſſam fugati apud currus ſuos iterum conſiſtunt (XV, 1 ſq.).

Viribus refectis Hector in pugnam redit (XV—262) tum Achiui, multitudine ad naues recedere iuſſa, validiorum copiarum collecta et phalangis in morem denſata turma, Troianos aduerſus ſe ductos excipiunt —305. Mox tamen magna clade accepta fuga ſe in caſtra reci-

piunt — 343 ſq. Inſequuntur Troiani ferocibus animis, et via, aggere ad portam caſtrorum ducente, ab Apolline latiore facta per foſſam (XV, 355 — 360) curribus quoque vecti; pugnatur tandem ad ipſas nauium puppes — 389. Pulſi Achiui intra priorum nauium ordinem ſe recipiunt, et ſubeuntes Troianos de nauium tabulatis arcent contis; (653 ſq.) Aiax quidem Hectorem.

Tandem Hector vnius de Proteſilai nauibus puppim manu prehendit (704.) flammamque infert (XVI, 124 ſq.) Eo res iam adductae erant, vt extrema metuenda eſſent; cum Patroclus in pugnam progrederetur. Myrmidones ↀ ↀ ↀ in quinque turmas deſcripti totidem ducibus praeeuntibus incedunt, et quidem ordinibus denſis phalangis inſtar: (212 ſq.) qua quidem re Achillis copiae ceteris praeſtitiſſe videntur. Agnoſcunt in hac Myrmidonum distributione cohortium ſemina viri rei militaris periti; ipſe Puyſegur pr. Inclinata pugna Troiani perterriti vltra foſſam fugantur (366 ſq.). Debebat nunc victrices turmas in caſtra reducere Patroclus; at ille iuueniliter exſultans fugientes perſequitur vsque ad muros et portam Scaeam; (712) tandem, cum Hectore congreſſus, caeditur. Achiui fuga effuſa caſtra petunt, nec niſi intra vallum de ſalute confidunt, corpore tamen Patrocli reportato. (lib. XVII.) Troianos inſequentes, ne foſſam tertio ſuperarent, conſpectus Achillis, etſi inermis, de vallo, deterruit. Superuenit nox, XVIII, 1 — 242. et Troiani in campo Scamandrio ad quietem ſe componunt — 314.

Quae in narratione hac mirationem faciunt, ſunt potiſſimum duo: primum, quomodo vnius diei tempus toties repetitas pugnas capere potuerit; alterum, quomodo tantum camporum interuallum inde a caſtris ad Troiam aliquoties percurri potuerit vno die a copiis incedentibus, pugnantibus, fugientibus. Ad haec, quae reſponderi poſſint, haec eſſe video. Primo, haec non eſſe in hiſtoriarum fidem et rerum vere geſtarum ordinem referenda, et immerito referri inter ea, quibus pro argumentis hiſtoricis poſitis omne bellum Troianum cum ipſo

Ilio e priſcorum euentorum ordine tollitur. Poetam haec narrare, non hiſtoricum, reputandum eſt; eumque ea, quae fama accepta erant vniuerſe, ornare et locupletare iis modis ac copiis, quas vis mentis viuida ſuppeditat. Itaque nec aequum eſſe cenſeo, reuocare huius diei acta ad cenſuram, quam recte in ſcriptore belli Troiani adhibeas, perperam autem in poetam inferas; neque bene carmini, cuius omne conſilium propoſitum eſt, vt miratione rerum hominumque iniecta delectet audientes, ſi rerum ſigillatim expoſitarum ſubtilem recenſum facias et ſingula collecta in computum voces et rationes ſingularum rerum exquiras: id quod eſſet, puto, poetam in ordinem cogere Quiritiumque ius et libertatem tollere.

Poteſt quoque dici, poetam variorum dierum acta pugnarumque diuerſarum narrationes fama maiorum acceptas in vnum diem incluſiſſe; itaque hiſtoriarum fidei detraxiſſe non ipſis rerum commentis, ſed diuerſorum dierum factis vno die comprehenſis. Hac tamen ratione poetae ſeu ingenio ſeu iudicio ſeu fidei parum conſultum eſſe videtur. Probabiliora diceres, ſi diſcurſationem iſtam vtriusque exercitus per tantum inter vrbem et caſtra interuallum emenſos eſſe nec totos exercitus nec interuallum integrum; verum procurriſſe vtrinque, vt fit, turmas inſtantium et fugientium, pugna latius ſparſa, neque extremos locorum fines, inde vrbem hinc caſtra exacte vtrumque exercitum attigiſſe; ſed locum vtrinque medium a poeta ita declarari, vt extremas partes nuncupet. Commemorata ſunt alia, quibus occurratur iis, quae has procurſationes et fugas a reprehenſione vindicent; quas in ſcriptore hiſtoriarum fidem ſeruante praeclare dicta putabo; ad poetam tamen defendendum neceſſaria haud habebo; cum ille non iisdem legibus ſit arguendus et iudicandus.

Supereſt aliud iudicium, cui equidem plus tribuerem, ſi vltra ſuſpicionem et coniectationem aſſurgere poſſem. Scilicet fieri potuiſſe, vt, cum plura carmina ſingularia extarent, quorum argumenta eſſent pugnae

ad Troiam factae, cum in alio Agamemnon, in alio Aiax, in alio Hector, in alio Patroclus, in alio *τειχομαχία*, fummam rerum conftitueret, collecta ea et coagmentata effe hoc vno carmine. Poteft fane fic multarum rerum ratio reddi, inprimis aliarum discrepantia, aliarum iteratio, aut defendi aut excufari. Qua tamen vi negantem ac recufantem in partes meas pertraham, haud video.

EXCVRSVS II

ad M, 41.

de ὅτε. ὅταν. ὅτε κεν. εὖτε. εὖτ' ἄν.

41. *ὡς δ' ὅταν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευτῇσι κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται — οἱ δὲ — ἀντίοι ἵστανται καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς αἰχμὰς ἐκ χειρῶν, — ὣς Ἕκτωρ ἀν' ὅμιλον ἰὼν εἱλίσσετο.* Videmus h. l. *ὅταν* cum indicatiuo iunctum, quod ex feueriore grammatica et vfu non nifi cum fubiunctiuo iungi poteft.

ὅτε per fe cum *indicatiuo* iungitur, cum omnibus temporibus; etiam futuro, quod per fubiunctiuum aut optatiuum enuntiari poterat, v. c. P, 728 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖσιν ἑλίξεται* etc. fin oratio obliqua, conditionalis, incerta, et fic porro, eodem modo, vt *ὁπότε*, (de quo v. Exc. IV. ad J) cum *fubiunctiuo* iungitur idque faepiffime, E, 90. 91 *οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει — ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος.* O, 207 *ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.* Π, 385. 6 *ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ.* Sic et *ὅτε περ.* Jl. Δ, 209. 210 *ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον — κέρωνται.* interdum cum *optatiuo:* vt A, 610 *ἔνθα πάρος κοιμᾶθ' ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.* Γ, 55 *ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.* et 216 *ὅτε δὴ — ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς*, vbi antea fuerant, *ὅτε δὴ ἔμιχθεν — ὅτε δὴ — ὕφαινον.* Δ, 263 *πιέειν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι* et al. Saepe rationem ido-

neam haud reperias, cur optatiuus subiunctiuo, aut hic isti, praelatus sit. Sic et P, 463. Σ, 465 et al. Si varietas lectionis occurrat, vtrum praeferas, optatiuum an subiunctiuum, difficilis est dubitatio. Brunck. in Apollon. I, 76 ὅτε κλίνωσι φάλαγγας praetulit ὅτε κλίνειε φάλαγγας. Etiam ὅτε μή. N, 319. 320 νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσι. Ξ, 248 ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι. add. Od. Ψ, 185. Π, 197. 198. Sic ὁππότε μή οἱ ἐπ' ἀκάματος πέλοι αἰὼν reposuit Brunck. in Apollon. IV, 1656 e codd. pro πέλει. ὡς δ' ὅτε v. sup. Exc. I ad lib. IX. (J).

ὅταν, ὅτ' ἄν, ὅτε κεν, vt etiamnum in codd. et edd. occurrit, cum *subiunctiuo* sine controuersia ponitur; et ineptum esset, exempla cumulare. A, 567 ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω. Z, 225 ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι etc. et εἰς ὅτε κέν μιν μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι. K, 130. I, 138. et al. B, 397 ὅτ' ἂν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται. Z, 448 ἔσσεται ἦμαρ ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή. Etiam ὅταν cum subiunctiuo, quando eadem sententia futuro indicatiui efferri poterat, vt Θ, 373 ἔσται μὰν, ὅτ' ἂν αὖτε φίλην Γλαυκώπιδα εἴπῃ. Attamen vss. praescriptis huic Excursui ὅταν — στρέφεται iungi manifestum est.

Nisi igitur ὡς δ' ὁπότ' ἔν τε κύνεσσιν legimus, dicendum est, etiam hunc locum ad monumenta rudioris grammaticae referendum esse. Probabilius tamen prius, cum toties ὡς δ' ὁπότ' in comparatione occurrat.

Erat aliud exemplum insolens cum optatiuo Jl. T, 375 ὡς δ', ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείη. quod nunc melioribus e libris correximus φανήῃ. Erunt eodem modo emendanda loca in Hesiodo.

Attamen ὅτε κεν, quod idem est, cum optatiuo iunctum sine vlla variatione est Jl. I, 521 ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι. Nullum alium locum vidi; procliuisque sum, vt rescribam ἵκῃ.

εὖτε et εὖτ' ἄν, εὖτέ κεν prorsus eodem modo se habet et iungitur atque ὅτε, ὅταν. Sic εὖτε cum indicatiuo: E, 396 τλῆ δ' Ἀΐδης, εὖτέ μιν αὐτὸς ἀνὴρ — ὀδύ-

νῆσιν ἔδωκε. A, 242 εὖτ' ἂν πολλοὶ πίπτωσι. B, 34 εὖτ' ἄν σε μελίφρων ὕπνος ἀνήῃ. et al. Od. A, 192 εὖτ' ἄν μιν κάματος κατὰ γυῖα λάβῃσιν. Itaque ap. Hefiod. Ἔργ. 458 εὖτ' ἂν δὴ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη, fcribendum φανήῃ.

Similiter *in comparationibus* adhibitum εὖτε et ἠΰτε ad exemplum τοῦ ὅτε regimen fuum conftitutum habet: Sic Il. B, 87 ἠΰτε ἔθνεα εἶσι — ὣς τῶν ἑ. 455 ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει — ὥς. et Γ, 3. Π, 487 et al. In his ἠΰτε eft idem ac ὡς ὅτε. cum fubiunctiuo P, 547 ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ. Etiam εὖτε aliquo loco ita pofitum. Γ, 10 εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὁμίχλην — ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ κονίσσαλος ὤρνυτο, vbi εὖτε eft ὡς ὅτε, ὣς ἄρα. nifi, quod fufpicor, olim fuit fcriptum, ὡς ὅτ' ὄρεος (ὄρους) κορυφῇσιν.

IN LIBRVM XIII. (N) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Est hic liber inter nobiliores et diligentiore grammaticorum opera expolitus. Inſcribitur ille vulgo ἡ ἐπὶ νηυσὶ μάχη.

1. Ζεὺ „quod poſt Troianos Hectorem ſeorſum nominat poeta; vt B, 641 poſt Oenei filios Meleagrum: tanquam ceteris praeſtantiores: de qua forma etiam Strabo diſerte memorat lib. I, p. 68. B. C. Etiam ex Porphyrio ea obſeruatio memoratur; interpoſita ab eo, vt et in Sch. br. alieno loco narratione de Hectoris oſſibus Thebas Boeotiae translatis, auctore Ariſtodemo; qui Νυσαεὺς eſſe videtur, cuius fuit μυθικὴ συναγωγή. Expoſita quoque res a Lycophrone 1194—1213 vbi cf. Schol. ad 1194. et Pauſan. IX, 18. p. 746. Spectant quoque eo duo epigrammata iam a Barnes laudata; alterum Anthol. Steph. p. 98. Brunck To. II, p. 285 Ἕκτορ, ἀρήϊον αἷμα. et alterum Anth. Steph. p. 502 Ἕκτορι τόνδε 'μέγαν. quod in Brunckio non reperio.

τε ante καὶ exciderat in Barocc. — πέλασε male ſcriptum paſſim, et editum in edd. Aldd. Laudat vſ. 1 et 3. Apollon. de Synt. II, 2. p. 103.

2. τοὺς μὲν „vel vtrosque, Achiuos et Troianos vel Troianos ſolos". — παρὰ νηυσί. Zenodotus et Ariſtophanes περὶ νηυσί· — πόνον vel vt ἔργον πολέμου, *pugna*, vel κακοπάθεια" (hoc haud dubie!)

3. πάλιν τρέπεν. ſimpl. *auertit* oculos: quo facto ſequi poteſt alterum, vt alio, ἀλλαχοῦ, *conuertat oculos*

vt h. l. Sic sup. Γ, 427 Venus ὄσσε πάλιν κλίνασα *auertens.* Φ, 415 Mineruа; sic et δόρυ πάλιν ἔτραπε, non *retro*, sed auertit Υ, 439 et πάλιν ἰέναι est simplic. *discedere.* Alibi aliter dictum πάλιν, vt Sch. B. et Sch. br. docent. Meliora ista, quam quod Apollon. Lex. ait: πάλιν εἰς τοὐπίσω. αὐτὸς δὲ πάλιν τρ. ὄ. Φ. Atqui h. l. non potest esse *retrospicere*, nisi hactenus,, quod qui ab adspectu se reuocat, retrahit oculos. Est de hac voce πάλιν obseruatio Aristarchi passim repetita: esse Homero πάλιν dictum τοπικῶς, non vt serioribus χρονικῶς· esse adeo *retro*, εἰς τουπίσω, non autem *postea.* v. c. in Etymol. Sch. ad B, 276. Itaque viri docti vim faciunt multis passim locis. πάλιν αὖτις quoque discernunt B, 276. At enim ap. Hesych. in πάλιν obseruationi additur: τὸ πλέον, *plerumque* πάλιν esse τοπικὸν, non, *vbique.* Haesit quoque in versu hoc Porphyrius, si Mysiam, (quae Asiae est) inquit, Iupiter respexit, quomodo Thraciam Europae videre potuit? Soluitur: Thraces h. l. sunt Thracum coloni, Bithyni, qui in Asiam migrauerant." Quae parum docte sunt dicta. Mysi h. l. non sunt Asiae, sed Europae; quod iam Posidonius docuit ap. Strab. VII, p. 453. qui de toto h. l. egregie disputat. cf. sup. ad B, 858. Fuere Mysi origine Thraces et cum his habitarunt in Europa; iidem occupauerant Asiae partem, Mysiam dictam; et Thyni e Thracibus, Bithyniam. A Mysis Europae, supra Thraciam habitantibus, versus septentrionem memorantur Sarmatae, forte et Scythae, vt statim videbimus.

ὄσσε φαεινώ. „γρ. ὄσσε φαεινὰ" Barnes vt iterum vs. 7. nescio vnde. Ceterum versu hoc vtitur ad declarandum vsum τοῦ αὐτὸς Apollon. de Syntaxi p. 103.

4. νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν. νόσφιν superioribus adiungit Schol. A. nec male: τρέπεν ὄσσε νόσφιν. In ἱπποπόλων cogitandum de vsu curruum in bello, estque hinc pro πολεμικῶν.

5. 6. Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν, γλακτοφάγων, ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Recitan-

tur hi verſus a Strabone aliquoties: VII, p. 460 A. 463 C. 454 C. Populum Ἀγαυοὺς interpretati ſunt veteres ap. Schol. A. B. Apollon. Lex. Heſych. Et retulit eos inter populos vltra Tauros Dionyſ. Perieg. 308 τῶν δ' ὕπερ ἐκτέταται πολυΐππων φῦλον Ἀγαυῶν, vbi nunc φῦλον Ἀλανῶν editum eſt: quod monuere viri docti, et Wernsdorf. repoſuit in Priſciano vſ. 299 *Hos equites ſupra celeres funduntur Agaui.* At Demetrius (Sceſius) ἀγαυοὺς, τοὺς εὐειδεῖς interpretatus eſt, et recte. Vtrumque affertur in Schol. br.

De nominibus iungendis multa ſunt disputata apud veteres, quod teſtantur Schol. A. B. profitentes, conſultius eſſe (cum Ariſtarcho) ſine copula legere. " Scilicet poſt γλακτοφάγων τ' interpoſitum olim fuiſſe putes? Sed reſpicit hoc vltima verſus, inter δικαιοτάτων et ἀνθρώπων interpoſitum fuit ab aliis τ'. cf. Apollon. Lex. l. c. At illi recte illud eiiciunt, vt ſint Ἱππημολγοὶ, eorumque epitheta ſint γλακτοφάγων ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Ita etiam ſtatuerat Apollon. Lex. in ἀβίων p. 11. et in Ἱππημολγῶν, cum Euſtath. Ita, qui equas mulgent, ſunt et γλακτοφάγοι. ſuntque ἄβιοι, qua tamen notione, valde disceptatur; idem Apollon. ὡς δικαίως βιοῦντες, κατὰ στέρησιν τῆς βίας. ἢ τὸν ὡρισμένον βίον οὐκ ἔχοντες — vel ἀποδιδόασι τοὺς μακροβίους. Apion α pro ἅμα acceperat, ἤτοι πῶς καὶ ὁμοίως βιοῦντες. leg. ἤτοι πως καὶ ὁμῶς βιοῦντες, ἤτοι βίοις ἐλλειπόντων apud Etymol. ἤτοι βίοις μὴ χρωμένων, ὅ ἐστι, νόμοις καὶ πολιτείαις. ἔνιοι δὲ κακοβίους — ἄλλοι δὲ περισπῶντες, ἀβιῶν, τοῖς βιοῖς μὴ χρωμένων. Antiphon apud Harpocrationem h. v. ἄβιον, τὸν πολὺν κεκτημένον βίον dixerat. Videas haec et alia in Schol. A. B. Euſtath. Etymol. in Ἄβιοι et γλακτοφάγοι. inprimis Stephan. Byz. in Ἄβιοι.

Alii qui et ipſi princeps vocabulum voluerant eſſe Ἱππημολγῶν iunxerant γλακτοφάγων, tum vero Ἀβίων, δικαιοτάτων ἀνθρώπων ſeorſum; Ariſtarchus autem ad Abios reuocauerat etiam antecedens: γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. v. Apollon. in Ἀβίων. ita

Abii funt Scythae, e Nomadibus, e quibus Anacharfis fuit: Sic quoque ftatuiffe videmus Arrianum IV pr. iufti illi erant, quia omnia communia habebant, praeter poculum et enfem. Mireris grammaticos adeo nomen gentis, quod barbarum effe debuit, tamen ex graecis etymis, quae paullo ante memorata funt, ducere, fiue a *βίος*, fiue a *βιός*. Aefchylo fuere *Γάβιοι*, quod nuper in Prometh. 420 reftituit Hermann. Inter alia in Schol. A. B. funt verba: *„ἢ ἁμαξοβίων. τινὲς δὲ τούτους σπάρματά Φασι"* *Sarmatas* dicere debuit, et fic eft emendandum; ita quoque in Etymologo diferte legitur p. 232 extr.

Ii qui *Ἀγαυῶν* pro nomine proprio habuerant, ad hos epitheta reliqua retulerant: ap. Apollon. Lex. l. c.

Tandem vnice de *Myfis* agere poetam Pofidonius ftatuerat ap. Strabon. lib. VII, p. 413. 414. hos fuiffe *ἀγχεμάχους*, bellicofos, *ἱππημολγοὺς*, *γλακτοΦάγους*, *ἀβίους*, quia erant inter eos Thraces, Ctiftae dicti, qui a mulieribus abstinebant; vnde fufpicor verba: *δεῖν δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ ἐγγράΦειν ἀντὶ τοῦ, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων* . . . . . ita effe explenda: *δεῖν δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ καὶ τρίτῳ* (fcil. *τῆς Ἰλιάδος*) *ἐγγράΦειν ἀντὶ τοῦ, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, Κτιστῶν ἀγχεμάχων.*

Poteft tandem ftatui, omnia haec nomina non effe nifi epitheta populorum feptentrionalium plagarum, quorum nomen proprium poeta non appofuit, forte, quia nec notum ipfi, aut nondum frequentatum ea aetate fuit; quod et Strabo concedit ita fe habere XII, p. 831. A. B. qui alioquin Homero nullam non rerum notitiam vindicare folet, atque etiam h. l. aduerfus Apollodorum *περὶ νεῶν* acriter disputat p. 457 C. fqq. quia ille nimium tribuerat Eratofthenis afferto, Homerum terrarum remotiorum notitiam nullam habuiffe. cf. fragmenta Apollodori p. 1104 fqq. Declarat igitur poeta Nomades fupra Myfos verfus feptentrionem colentes, quorum fama erat obfcura; conftabat de iis faltem hoc: victu eos ex lacte equino, *τῇ ἱππάκῃ*, vti; effe eos pauperes, *ἀβίους*· hunc enim fenfum vocis amplector, Nomadum vitae con-

venientiſſimum et ſimpliciſſimum, inprimis cum ἀμαξό-βιοι ſint; Strabone quoque adſtipulante lib. VII. p. 457 B. eſſe eosdem iuſtiſſimos, cum nullas opes, quibus inhiarent, haberent. Sarmatas autem, h. e. gentes e Sarmatarum ſtirpe a poeta reſpici, admodum probabile eſt, quos ab antiquiſſimis inde aetatibus ea loca tenuiſſe conſtat. Diuerſi ſunt Scythae, proprie dicti: qui ſane ſimili vitae genere vſi ſunt; nec tamen illos fama ferebat iuſtos eſſe, ſed feros et immites; etſi contrarium contendit Strabo p. 460 C. vsque ad p. 465. adde p. 478. 9. Eadem opinione imbutus Arrianus lib. IV, 1 memorat Scythas Abios et δικαιοτάτους appellat. Strabo porro laudat verſum Heſiodi: Αἰθίοπες Λίβυές τ' ἠδὲ Σκύθαι ἱππημολγοί. (vt eum lectum eſſe puto.) Addit p. 461 A. fragmentum Aeſchyli, ex Prometheo ſoluto, forte, cum altero ap. Stephan. Byz. in Ἄβιοι. Ex vtroque apparet, Aeſchylum, quod et Ephorum feciſſe ibid. p. 463 B. C. colligas, locum Homericum de Scythis accepiſſe et ἀβίους victu abundantes interpretatum eſſe. Heſiodeum quoque verſum Strabo laudat ibid. p. 463 C. Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων· ex carmine, τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ, de quo v. ad Apollod. Notas p. 191. 2. Cimmerios ἱππημολγοὺς appellauit Callim. in Dian. 252. 3.

ἀγχεμάχων, vt alia ſimilia: Ἀρχέμαχος. Ἀρχέλοχος. v. ad B, 823. non ἀγχιμάχων, quod in aliis eſt, vt Vrat. A. Vitioſe quoque in Barocc. Lipſ. et al. γαλακτοφάγων.

8. οὐ γὰρ ὅγ' ἀθανάτων τιν' ἐέλπετο — „ὅγ'. Ἀριστοφάνης διὰ του ε̄. οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάτων" Sch. A. Fuerat lectum ante eum ὅτ'. pro ὅτε, οὗτος. pro quo ille habuit ἔτ' ex ἔτι. Barocc. τινὰ ἔλπετο. forte antiquius hoc.

9. ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν. ἀρηξέμεν Harl. Lipſ. Euſtath. Sup. Θ, 11 ἓν δ' ἂν ἐγὼ — ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ Δαναοῖσιν.

10. οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχε. ⸖ Stigme haec denotat lectionem Zenodoteam damnatam a grammatico. Excidit tamen pars Scholii, quae ad eam ſpectabat. Supra ad K, 515 vidimus Zenodotum legere οὐδ' ἀλαὸν σκοπιὴν

εἶχ' ἀ. 'A. Venetus vt ibi, ita hic legit: οὐδ' ἀλαὸς σκοπιὴν, idque praefixum Scholio, quod ſic ſe habet: ματαίαν τὴν κατασκοπήν. (putes hanc eſſe interpretationem vocis ἀλαοσκοπίην) ἀλαὸς γὰρ κατὰ διάλεκτον ὁ τυφλός. Scilicet, vt Sch. B. qui tamen ἀλαοσκοπίην in ſuo legebat, ſubiungit, fuit ἄλη, ἀλεὸς, ἀλαός. Αἰολικῶς· „vt ἄλη ſit πλάνη." Melius tamen ducitur a λάω, βλέπω. ἀλαὸς ſiue ὁ μὴ ſiue ὁ κακῶς βλέπων. v. ſup. ad K, 515. etſi Apollonius Lex. in ἀλαὸς prius praefert. Idem verſum laudat et interpretatur: οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχε κρ. 'E. οὐ τυφλὴν τὴν σκοπιὰν εἶχε. ὡς ἂν εἴποι τις· οὐδ' ὡς ἀλαὸς ἐσκότευσεν. vbi cf. Villoiſ. et Toll. Tandem ad hunc verſum Porphyrii eſt ζήτημα, quod proprie ad v. 21 ſpectat, cur non ſtatim ex Samothrace Troiam Neptunus proficiſcatur, ſed primo Aegas? Reſpondetur, facere eum hoc, ad fallendum Iouem, quaſi pugnam non amplius curet, tum vt Aegis ſe armet, ſi forte cum Ioue congrediendum ſibi ſit. At Sch. B. exiſtimat, Neptunum ire Aegas, vt enſem inde petat, quo inſtructus Troianos terreat; quod et per ſe ineptum eſt, nec Neptunus contra Troianos vt pugnet, progreditur, ſed aſſumta perſona Calchantis Achiuorum animos confirmat. Ex Porphyrio ſua habent Sch. br. et Euſtath. ad v. 21. Ad quem vſ. v. Notam.

11. καὶ γὰρ ὁ θαυμάζων ἧστο. ⊱ Excidit Sch. A. ſpectauit forte illud voc. θαυμάζων, ad quam Sch. B. θεωρῶν. vt ἱστάμενοι (ἱστάμεναι) θαύμαζον Jl. Σ, 496. Sch. br. θεώμενος. καθορῶν. Et Apollon. Lex. hoc verſu recitato: ἀντὶ τοῦ θεώμενος. τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς θαυμάζειν, θηεῖσθαι. καὶ θηητὸς, ὁ θαυμαστός.

12. ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑλησσης Θρηϊκίης. ⊱ „quod nunquam compoſitum in Homero occurrit Σαμοθράκη. v. Strabo X, p. 701. VII, p. 522. Repetunt hoc Heſych. et Suidas, hic quidem emendatus ex altero a Kuſtero et Toupio, et iterum a Porſon. Nomen ductum eſſe a montibus, σάμους δὲ τοὺς λόφους ἔλεγον, paſſim traditum, etiam inf. ad Ω, 78 vbi quoque addi-

tur: vetus nomen fuſſe *Λακωνίαν*. Sic Sch. B. at Euſtath. *Λευκωνίαν* et Heraclid. in Politiar. fragm. *Λευκανία*, et quod ex Ariſtotele *ἐν τῇ Σαμοθράκης πολιτείᾳ* memorat, Schol. Apollon. Arg. I, 917 *Λευκοσία*. Fuit quoque dicta *Δαρδανία*. Steph. Byz. vbi v. Holſten. Sunt ſuper hac Samo Thracica Scholia Apollonii Lex. p. 593. et Heſychii, vtrobique turbata et corrupta.

Ariſtophanes legebat *ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς* plurali. „Nec improbabilis ſcriptura, addit Sch. A. *Σάου* pro *Σάμου*. (videtur ea in eodem Ariſtophane fuiſſe) *τὴν γὰρ Σαώκην τὸ ὄρος φησὶ καταδηλοῦσθαι*." Fuit ergo *Saoce* mons in inſula Samothrace. Etiam Plin. IV, ſ. 23 *Samothrace attollitur monte Saoce X mill. paſſuum altitudinis.* Fuit tamen antiquum montis nomen *Σάος*, quod e Schol. Nicandri Ther. 472 docuit et docte illuſtrauit Schellenberg ad Antimachi fragm. p. 74. vti et ipſa inſula antiquitus *Saos* dicitur appellata eſſe. Cui tamen repugnat, quod *σάμος* priſcum vocabulum declarauit locum *altum;* vnde inſula *Same* et *Samos*. Coepit appellari *Samothrace*, vt discerneretur ab *Samo* inſula ad Ioniam ſita. In Schol. A. et in Sch. br. e quibus iſtud eſt emendandum, narrantur Samii poſt annum CC a Troiae excidio oraculo iuſſi eſſe migrare in Thracen in Troade (*εις τὴν ἐν*, ſ. *ἐπὶ apud*, *Τρωάδι Θράκην*) additur: *ἀφ' ὧν ἡ Σαμοθράκη*, h. e. ab iis Samothracen appellatam eſſe." Quod non ita accipiendum, quaſi nomen *Sami* tum demum inſula acceperit; (occurrit enim nomen illud iam in Homero h. l. niſi hoc retuleris inter ea, e quibus ſuſpiceris Homerum ſerius, et poſt iſta tempora vixiſſe) ſed, ab eo tempore, vt discerneretur inſula ab altera Samo, nomen Samothraces inualuit pro antiquiore Sami. Ita quoque antiquam famam conſtituit Strabo X, p. 701. 2. memorato verſu noſtro. Indocte paſſim Samothrace a Samiis condita eſſe dicitur, vt ap. Suid. Etymol. Sunt ex his nonnulla apud Euſtath. In inſula Samios inuitos conſediſſe, cum a Thracibus nauigia abducta fuiſſent littore, ait Sch. ad Ω, 78. Threſſas fe-

minas id fecisse Eustath. ait ad e. l. Qui ante Samios insulam incoluere, fuere Thraces admixtis Pelasgis. Alia de Samothrace videnda ap. Diodor. V, 47. Recitat versus 12. 13. 14. Strabo lib. X, p. 701. 2. vbi ἐντεῦθεν ἐφαίνετο occurrit; ita γὰρ abesse deberet. At ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτη κορυφῇ legitur in Townl. et in Vrat. b. (in hoc quidem altera vox in rasura) quod mirifice placet, sequente alio casu secundo Σάμου ὑλῃέσσης Θρηϊκίης, ne in vno versu tot genitiui concurrant. Etiam cum tertio casu sic legitur sup. A, 486 ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις, etsi et ibi ἐπὶ ψαμάθου legitur.

13. ἔνθεν γάρ. Barocc. μὲν cum vno Vindob. alter ἔνθεν γὰρ φαίνετο.

16. Τρωσὶν δαμναμένους. ⸓ „quod Τρωσὶν ἀντὶ τοῦ (ὑπὸ) Τρώων. Τρωσὶ Townl. vt vetustiores scripsisse censeo.

17. αὐτίκα δ' ἐξ ὄρεος κατεβήσετο παιπαλόεντος. κατεβήσετο meliores: Cant. Vrat. b. Lips. Ven. Eustath. add. duo Vindob. sicque Flor. quam deseruit Ald. 2. et intulit κατεβήσατο. quod tamen et ipsum ferri posset; etsi alterum tempus etiam in ceteris verbis h. l. seruatum est. De varietate hac v. ad B, 35 et Γ, 262 et passim monitum, licenter in his vocibus esse versatos editores.

παιπαλόεντος. τραχέος Hesych. et Schol. br. τραχέος καὶ σκολιώδεος Apollon. Lex. Vocem vidimus modo M, 168 vbi ὁδὸς παιπαλόεσσα poterat accipi altera notione, vt sit puluerulenta; at h. l. manifestum fit ὄρος παιπαλόεν altero significatu accipiendum esse, vt sit saxosus mons, scrupeus, asper.

18. κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς. nunc de descensu de montis vertice; inde vs. 20 tres gressus super mare. Laudat locum tanquam sublimem Longin. 9. s. 8. in cuius codd. nonnullis post τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη subiungitur versus ex Υ, 60 καὶ κορυφὰς Τρώων τε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν, tum subtexuntur vss. mox legendi 27. 28. 29.

20. Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών. Apollon. Lex. ad h. v. ὀρέξατο, ὥρμησεν. οἱ δὲ, διέβη εἰς τὸ κατατρέχειν. (sic recte

Tollius) ὀρέγειν γάρ εἰς (leg. ἐστί) τὸ ἐκτείνειν. ὁ δὲ διαβαίνων ἐκτείνει τὰ σκέλη. itaque de eo accepit, qui altiore nifu affurgens curfum orditur. Immo vero follenne eft ὀρέξασθαι extendere, protendere fe, prominere in curfum, cf. ad Δ, 307. Eft vtique vox ἐναργής. Recitat hemiftichium Scholiaftes Pindari ad fimilem locum P. III, 75 de Apolline: vbi βάμασι δ' ἐν πρώτῳ ab Ariftarcho mutatum quoque erat βάμασι δ' ἐν τριτάτῳ.

τὸ δὲ τέτρατον (fcil. ὀρεξάμενος) ἵκετο τέκμαρ. Lipf. τέκμαρ. At τέκμωρ vbique, etiam ap. Iulian. Or. II, p. 55 D.

21. Αἰγάς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης. — „quia notatu dignum, quod, vt deorum in Olympo, fic Neptuni fedem in mari, ad Aegas, collocat poeta; funt autem Aegae vrbs Achaiae in Peloponnefo.“ Sic Schol. A. B. Leid. ap. Valk. ad Phoen. p. 639. Euftath. Omnes narrationem de Dionyfi fefto ibi celebrato, et vitis ἐφημέρου miraculo ex Euphorione repetunt: quae ad h. l. nequaquam fpectant: nil addunt de Neptuno; nec quisquam de eo cogitat, quam parum commode fic iter Neptuni fupra continentes terras fiat: etfi Aegae cum Helice memorantur loco alio Θ, 203. Videtur hactenus magis confentaneum effe, de vrbe Euboeae haec accipere, quae nec minus Neptuni templo et facro clara fuit: conuenit enim profectioni a Samothrace per mare, quod Aegaeum dictum ab iisdem Aegis plerique crediderunt; conuenit quoque alteri profectioni inde ad Troiam: Praefert etiam hanc opinionem Strabo VIII, p. 592 C. et IX, p. 621 A. Stephan. Byz. in Αἰγαί. Etymol. h. v. Alii, (Nicoftratum memorat Euftathius, Schol. Apollonii I, 831 autem Nicocratem) paruam infulam, Aegas, ad Euboeam fitas intelligi voluerunt, a qua ipfi mare Aegaeum dictum effe cenfuerunt, v. Schol. Pindari N. V, 68. Hefych. in Αἶγαι. Ad hanc infulam, liberum per mare fuiffet Neptuno iter. Sane quidem geographi infulam haud memorant, nec alibi eius memoria habetur, nifi quod vf. 33 Hymni in Apoll. poft Aeginam et Eu-

boeam memorantur Αἰγαὶ, Πειρεσίαι τε καὶ ἀμφίαλος Πεπάρηθος. vbi quidem Aegae Euboeae intelligi possunt, videtur tamen locus ab Euboea diuersus ibi requiri, si reliqua compares. Tam diligenter de Aegis quaesitum, et tam varie autumatum est, quia de nomine Aegaei maris, vnde ducendum sit, tam anxie circumspexere veteres; probabile autem fit, nomen illud primo fuisse certae maris Aegaei partis, ab vrbe seu insula antiquissimo tempore a nauigantibus adiri solita ductum. Iterum Od. E, 381 Neptunus adit Aegas, ὅθι οἱ κλυτὰ δώματ' ἔασι. sed versus ille ex h. l. est translatus, nec quicquam aliud, quod ad rem faciat, adiectum. Cur autem Aegas prius adeat, nec recta a Samothrace Troiam tendat Neptunus: supra quaesitum vidimus ad vs. 10. v. Notam ad vs. 21.

Respicit et verba huius locis vsurpat Philostrat. Imagg. I, 8.

ἔνθα δέ οἱ. alii ἐνθάδε. κλυτὰ δώματα Sch. B. τινὲς, ὑποκλυζόμενα. ἀπὸ τοῦ κλύζειν, aqua obducere. inepte. Deorum et diuinarum rerum proprium est epitheton κλυτὸν, *praeclarum*.

22. ἄφθιτα αἰεί. faciunt haec hiatum. Bentl. coniicit ἄφθιτον αἰεὶ, vt simile sit illi: νωλεμὲς αἰεί. Mihi versus profectus esse videtur a rhapsodo. Lectum quoque τετεύχατο nouo hiatu. Sic Vrat. b. a m. sec.

23. ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο — ἵππω. Apoll. Lex. ἡτοιμάζετο quod iam ad Θ, 41 vidimus: vbi sunt vss. 41—45 hisce similes. ὑποζευγνὺς τοῖς ὄχεσιν εὐτρέπιζε. Sch. br. Eustath. nescio vnde, nomina equorum Neptuni norat esse Eriolen et Glaucum p. 918, 13.

24. χρυσέῃσι ἐθείρῃσι irrepserat vitium χρυσέοισιν, quod et in Vindob. Alt. est, in ed. Turneb. inde in Stephan. et ceteras. eiecit Barnes.

25. χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε. — Excidit Sch. A. Si spectauit ad γέντο δ' ἱμάσθλην pro εἵλετο v. ad Θ, 43. Vitium ἔνδυνε in pluribus, etiam Vrat. A.

26. χρυσείην εὔτυκτον, ἑοῦ δ' ἐπεβήσετο δίφρου. Homericum est εὔτυκτον pro εὔτυκτον. etsi Ernesti aliter tra-

dat. v. ad H, 12. ἐπεβήσετο Flor. Aldd. et hinc ductae omnes, etiam Rom. Mutauit Clarke ſine auctoritate in ἐπεβήσατο. Atqui ἐπεβήσετο codd. quoque, ipſe Ven. vt ſup. in eodem verſu Θ, 44. vbi tamen Ionica forma ἐπιβήσετο omnes edd. occupabat, quae forte et hic erat reponenda vel ſine auctoritate. Verum fruſtra nunc tales ad conſenſum conſtantem reuoces, niſi ſexcenta mutes; quod tamen fieret temere, et nullo cum fructu.

27. Recitat vſſ. 27. 8. 9. Longin. 5 ſ. 9. vbi male a Pearcio omiſſum καὶ ante βῆ δ' ἐλάαν. — ἐπὶ κύματ'. in Mori eſt κήτε'.

ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ hoc vno loco ἀτάλλειν occurrit; ſaepe ἀτιτάλλειν, ſignificatu τοῦ τρέφειν, quod iam vidimus ſup. E, 271. de equis τοὺς μὲν ἀτίταλλ' ἐπὶ φάτνῃ. Ab ἀταλὸς, pro ἁπαλός. v. c. Jl. Π, 191 εὖ ἔτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλε. Debuit ἀτάλλειν eandem vim habere; ſicque res ſe habet in noto illo Sophoclis Ai. 559 νέαν ψυχὴν ἀτάλλων, puerilem, teneram, vitam, aetatem *alendo, fouendo*. At nunc ἀτάλλειν vim immanentem habet, *delicate agere, ludere*, παίζειν. Sch. br. A. B. ἐσκίρτα καὶ ἔχαιρεν, puerili more, et Apollon. Lex. p. 174 ὁ μὲν Ἀπολλόδωρος (v. ei. Fragmenta p. 1147.) ἔσαινε καὶ ἐσκίρτα. Addit alia; tum: Comanus autem ait: ἀτάλλειν κυρίως ἐστὶ τὸ ἐκ νηπίου τρέφειν. νῦν δ' ἐν ἴσῳ τὸ (leg. τῷ) ἔχαιρεν — omitto reliqua. Apponit ſignificatus promiſcue Heſychius in ἀτάλλει. cf. Etymol. in ἀτιτάλλειν. Occurrit quoque vox ap. Heſiod. Ἔργ. 131. prima tamen producta: ἐτρέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. verum verſus ille cum ſequente 132. inter inſititios eſt habendus.

ὑπ' αὐτοῦ. Vulgatum erat in edd. ὑπ' αὐτῷ. vtrumque recte ſe habet; nam etſi proprie caſus ſecundus auctorem vel cauſſam, tertius dominum, qui in poteſtate habet, monet, iubet, declarant, ſaepe tamen vtraque notio in eandem reſoluitur: itaque auctoritas lectionis plerumque litem decidere ſolet. Hoc loco ὑπ' αὐτῷ ſecundum edit. Flor. et Rom. reuocauerat Turnebus. At ὑπ'

αὐτοῦ erat in Aldd. 1. 2. et ſequacibus; tum vero in codd. Cant. Mori. Harl. Lipſ. Townl. Vrat. et Ven. add. duo Vindob. ita quoque editum in Longino l. c. Maximo Tyr. 32. p. 130. Hermog. π. ἰδεῶν lib. II. p. 485. In Schol. br. eſt: ὑπ' αὐτῷ. ἀντὶ τοῦ· δι' αὐτόν. at in Schol. A. B. Lipſ. ὑπ' αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ· δι' αὐτόν. Addit tamen Schol. A. ἐν ἄλλῳ· ὑπ' αὐτῷ.

Iam ſi de proprietate et vſu quaeritur, negari nequit, ὑπ' αὐτῷ praeſtare. At ſunt loca plura, in quibus ſollenni vſu caſus tertius requirebatur, occupauit tamen locum ſecundus, ita vt videatur hic vſus eſſe exquiſitior: vt in illo ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ Od. T, 114. Sic inf. 140 κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ ὕλη. Sic Ξ, 285. B, 465. ſaepe enim eadem res pariter bene binis modis reddi poteſt: ἐμῷ δ' ὑπὸ δουρὶ δαμέντα E, 653 poterat aeque recte dici ἐμοῦ ὑπὸ δουρός. Non igitur erat, quod Toupius ad Longin. l. c. diceret, non intellexiſſe interpretes, qui ὑπ' αὐτοῦ reponerent.

Phantaſma poeticum in his vſſ. expreſſere alii poetae, in his Quint. V, 93. παραφράζει Aelian. H. An. XIV, 28.

28. πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα. — „quod ἠγνοίησαν ſcribendum, more Homerico, (qui ſcil. in hoc poſitus eſt, quod neutris pluralibus interdum verba pluralia ſubiunguntur) Ariſtarchi ea eſt lectio; at alii ἠγνοίησαν" nec aliter Venetus, et recte cum aliis codd. quia antiquitus fuit οὐδ' ἠγνοίησε ϝάνακτα. Apparet itaque hoc quoque loco, Ariſtarchum digamma prorſus ignoraſſe.

ἐκ κευθμῶν, a κευθμός. Indocte nonnulli contractum eſſe dixerant ex κευθμώνων ab ὁ κευθμών. ap. Schol. A. B. et in his fuit ipſe Apollon. Lex. in κευθμῶνες.

29. γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο. — Habemus ad h. v. praeclarum Scholion A. idem in mſ. Lipſ. exſcripſerat illud iam Euſtathius. Herodianus (non, vt in Veneto eſt, Herodicus, nam nec in medicum, nec in poetam haec cadunt, et eſt quoque diſerte ſcriptum alterum in mſ. Lipſ. ap. Erneſtium) ſcribebat: γηθόσυν' ἡ δὲ, vt

esset neutrum plurale pro γηθοσύνως· γηθόσυν' ἡ δὲ θάλασσα διίσταται. Aristarchus autem reposuerat γηθοσύνη δὲ θάλασσα pro γηθόσυνος, χαίρουσα." Hoc sequutus est Apollon. Lex. γηθοσύνη, γεγανῖα, laudato versu. καὶ τὸ ἀρσενικόν. Γηθόσυνος πέτασ' ἱστία. Od. E, 269." Alii γηθοσύνῃ, casu tertio, quibus praeiuerat Aristophanes; et huic adstipulatur Schol. A, τῇ χαρᾷ, pro ὑπὸ χαρᾶς, vt, „ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, Od. B, 16." Eadem ambiguitas Od. Λ, 539. Anima Achillis Φοίτα — γηθοσύνη, ὅ οἱ υἱὸν ἔφη ἀριδείκετον εἶναι. „Sunt autem plura in — υνη substantiua, vt κερδοσύνη, ξεινοσύνη, πλαγκτοσύνη et alia nunquam epitheta; ergo et γηθοσύνη substantiue accipiendum. Quod si adiectiuum occurrit δικαιόσυνος Ζεὺς, (et ipsum γηθόσυνος Ζεὺς Od. Λ, 269) non tamen femininum in — υνη reperitur adiectiuum. Similia exscripta sunt ab Eustathio. Ergo γηθοσύνῃ recte nunc obtinet: etiam in Iulian. Or. II, p. 56. A. sic quoque Sch. br. reddit τῇ χαρᾷ. sicque diserte Jl. Φ, 390 ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ γηθοσύνῃ. In Vrat. A. iota subscriptum erat rubro a m. sec.

διίστατο. quod inf. Σ, 66 περὶ δέ σφισι κῦμα θαλάσσης ῥήγνυτο de nymphis emergentibus, natantibus.

30. διαίνετο. antiquata vox iam grammaticorum Alexandrinorum aeuo. διαίνειν, βρέχειν Apollon. Lex. tum Sch. br. διάβροχος ἐγένετο. add. Etymol. Sch. Apollon. I, 184.

τοὶ δὲ πέτοντο recte ap. Longin. l. c. ad v. 18 pro vulg. τοὶ δ' ἐπέτοντο.

31. ἐΰσκαρθμοι ἵπποι — εὐκίνητοι Apollon. Lex. h. v. idem et ταχεῖς. Sch. A. Similia Sch. B. cum Sch. br. Hesych. Etymol. πολυσκάρθμοιο Μυρίννης eodem sensu vidimus B, 814. cf. inf. ad vs. 443.

38. νοστήσαντα ἄνακτα· ὁ δ' ἐς στρατὸν ᾤχετ' Ἀχαιῶν. Versus laborat hiatu in verbis ἄνακτα· ὁ δ' ἐς σ. nisi dixeris propter vocis remissionem in medio versu hiatum bene locum suum tueri. Bentl. emendabat ἄναχθ'. ὁ δ' ἐπὶ στρατὸν, vel ἄναχθ' ὁ δ' ἄρ' ἐς στρ. Mihi et hic

ſuſpicio iuſta haberi videtur, verſum eſſe attextum a rhapſodo ad ſententiam explendam.

39. Τρῶες δὲ Φλογὶ ἶσοι ἀολλέες ἠὲ θυέλλῃ. Iunge Φλογὶ ἠὲ θυέλλῃ. ergo minus bene Barocc. Mori. Vrat. b. d. Vindob. ἠδὲ θυέλλῃ.

40. ἄμοτον μεμαῶτες iungenda; vt ſaepe. Additur alibi μάχεσθαι, quod ἀκόρητος πολέμοιο alibi. v. ad Δ, 440.

41. ἄβρομοι, αὐΐαχοι. ⁓ „quod ἄβρομοι, ἄγαν βρομοῦντες et ἄγαν ἰαχοῦντες. Semper enim Troianos magno cum ſtrepitu ferri narrat“ Schol. A. Etiam Schol. br. ἀντὶ τοῦ πολύβρομοι, πολύηχοι. Idque recte; ſic et alterum αὐΐαχοι, μετὰ μεγάλης ἰαχῆς Apollon. Lex. vt ſit α intenſiuum.

αὐΐαχοι. „aliis eſt ab αὔειν et ἰάχειν, vtrumque, clamare; aliis pro ἀνίαχοι, (et ſic quoque legitur in Mori mſ. ἄμβρομοι, ἀνίαχοι.) ita vt ν mutatum ſit in υ, vt ἀγαθὸς ἀγανὸς et κατάξαντες, κανάξαντες.“ Sic aliud Scholion A. quod et in Schol. br. habetur, corruptum illud, et emendandum: ὡς ἀγαθὸς, ἀγανὸς καὶ ἀγαυός. et κατάξαντες, κανάξαντες καυάξαντες, quod v. c. eſt apud Heſiod. Ἔργ. 660 οὐδέ κε νῆα καυάξαις, κατϝαξαις, ex καταϝαξαις. ἀνίαχοι legitur quoque apud Quintum XIII, 70 de Achiuis noctu claſſe reducibus et tacite (ἐς Ἴλιον ἐσσεύοντο ἄτρομοι, quod alias eſt ἀτρέμας, nec tamen mutandum) ad Ilium accedentibus: ὥς οἵγ' ἀνίαχοι Τρώων ποτὶ ἄστυ νέοντο. vbi manifeſte eſt, *ſine clamore.*

Pergit idem Schol. A. „aliis eſt pro α intenſiuo, vt ſit pro ἀΐαχοι. Chryſippus Stoicus et Dionyſius Thrax δασύνουσι τὸ ἴαχοι, ἵν' ᾖ ξηρόφωνοι.“ ita debuere non τὸ ι aſperare, ſed τὸ α, vt eſſet αὐΐαχοι, ex αὖος, αὔω. cf. ſup. ad M, 137. Schol. br. tamen, quae haec eadem adſcripſerunt, habent ψιλοῖ τὸ αὐΐαχοι. ſane etiam αὖος, ſiccus, vulgo ſcribitur; ita redit res ad eorum iudicium, qui αὐΐαχος ex binis vocibus compoſitum eſſe voluere.

Cum tandem α ſit quoque in compoſitis nonnullis ἅμα, vt ἄξυλος, ὁμόξυλος, v. ad Λ, 155. fuere quoque

qui αὐΐαχος, ἅμα ἰαχῇ acciperent. Porphyr. Qu. Hom. 26 δηλοῖ γάρ, φασι, τὸ α καὶ τὸ ὁμοῦ. — καὶ ἄβρομοι, ἅμα βρόμῳ. καὶ αὐΐαχοι, ἅμα ἰαχῇ. Ineptiora videas ap. Hefych. h. v. Mifcet quoque vera falfis Etymologus. Et Euftath. modo per ἅμα ἰαχῇ, modo per aeolicam epenthefin τοῦ υ explicat.

Omnia haec procedunt ab ignoratione τοῦ digamma: fcilicet, quod iam Alberti ad Hefych. fufpicatus eft, erat antiquitus, vt aliquoties vidimus, ϝιαχη; ϝιαχω. vnde αϝιαχος, vel fine vel cum clamore.

ἔλποντο „γρ. ἤλποντο“ Barnes.

42. κτενέειν δὲ παρ' αὐτόφι πάντας Ἀχαιούς. In Harlei. Lipf. Vrat. b. d. A. etiam in Ven. eft παραυτόθι. quod Ernefti defendebat tanquam vnice verum; quia fenfus requirit: ibidem, eodem in loco; at παρ' αὐτόφι effe παρ' αὐτῷ. debere tamen h. l. effe παρ' αὐταῖς fcil. ταῖς νηυσί. Atqui vel fic poterat locum παρ' αὐτόφι habere pro παρ' αὐτῷ fcil. τῷ χώρῳ, quo vfu alibi occurrit, vt Τ, 255. Ψ, 640. vnde eft quoque idem quod παραυτίκα. vt Τ, 140. ita vt παραυτόθι poffit pro interpretamento haberi. tum vero παρ' αὐτόφι eodem modo pro αὐτοῖς ponitur fup. M, 302. Enimuero omnino nihil refert, vtro modo fcripferis; feruaui αὐτόφι, vt fibi conftet lectio in fimili disfenfu codd. per totam Iliadem: v. ad M, 302. Erat παρ' αὐτόθι in ed. Flor. fubftitutum παρ' αὐτόφι ftatim in Ald. 1. et hinc in ceteris, confentiente quoque ed. Rom.

κτενέειν. „alii κτανέειν“ ait Barnes.

πάντας ἀρίστους. Vrat. d. vn. Vindob. et Harlei. vt eft inf. 117. 276. At v. 629 eft κτεῖναι δ' ἥρωας Ἀχαιούς.

43. De epithetis Neptuni γαιήοχος. ἐννοσίγαιος. v. ad I, 183.

45. εἰσάμενος Κάλχαντι δέμας. ~ „quod εἰσάμενος multa fignificat; nunc ὁμοιωθείς, alibi, καὶ ἐπιεισαμένη, (Φ, 424) ἐφορμήσασα“ Schol. A. debebat potius dicere, aliud effe ductum ab εἴδομαι, ϝεισαμενος, aliud ab εἶμι vel ἔω. εἰσάμενος. vide dicta ad M, 103. 118.

Cur Calchantis potiſſimum perſonam Neptunus induerit, quaeri poteſt; ſi quidem is vates eſt, non ex primoribus aliquis virtute inſignis. Ex Euſtathio video fuiſſe, qui hunc Calchantem vnum ex nouem praeconibus eſſe putarent. Forte vatis auctoritas non erat aliena a re, quia is iam ante obiurgauerat Achiuos de diſceſſu cogitantes: B, 300 ſqq.

47. Αἴαντε, σφὼ μέν τε σαώσετε. σφὼ cum melioribus ſcripſi, vt Cant. Mori. Ven. Lipſ. Euſtath. add. alios Vrat. A. Alii σφῷ, deberet eſſe σφῷ, ex σφῶϊ, quod et eſt in Vrat. b. a m. ſec. Sed vſus probauit σφώ. v. ad A, 574. Etiam Apollon. Lex. σφὼ, ὑμεῖς, οἱ δύο. Αἴαντε, σφὼ μέν κε σαώσετε.

Pro μέν τε, quod ex iisdem codd. eſt receptum, quia auribus quoque eſt magis gratum, erat μέν κε σαώσετε. Sane futura indicatiua pro aoriſtis optatiuis poni alibi quoque vidimus: cf. ad A, 175.

σαώσατε Lipſ.

49. ἄλλῃ μὲν γὰρ ἔγωγ' οὐ δείδια. ⸓ ſed excidit Scholion; ſpectauit, puto, illud ad ἄλλῃ, vt ſit dictum reſpectu ad quinas turmas, quibus vallum aggreſſi erant Troiani; vni ex his praeerat Hector: de qua vſ. 52 agere perget.

50. τεῖχος ὑπερκατέβησαν. Vrat. b. ὑπὲρ κατέβησαν. Probabo equidem τεῖχος ὕπερ.

51. ἕξουσι γὰρ ἅπαντας. Ariſtophanes σχήσουσιν. quod ſane ſollenne, hoc ſenſu, vt inf. 151. In Vrat. d. eſt gloſſa κωλύσουσι. γάρ οἱ πάντας vitioſe Ald. 2 cum ſeqq. γὰρ πάντας Cant. Barocc. Lipſ. Ven. Vrat. d. γὰρ πάντες Townl.

52. τῇ δὲ δὴ αἰνότατον περιδείδια. In Veneto diremta περι δειδια, et Schol. A. ἔφαμεν, ὅτι ἡ περὶ οὐκ ἀναστρέφεται, ὅτε σημαντικὴ ὑπάρχει τοῦ περισσῶς. „Delendum eſt οὐκ, vt conueniat cum doctrina aliorum locorum, ſcribendum eſſe πέρι, quoties eſt περισσῶς. v. ad Δ, 375. Λ, 508. Brunck ad Apollon. II, 1203 ſolum περιδείδια ſcribendum eſſe pronuntiat. nec tamen ſibi con-

ſtant vbique grammatici. Sane cur alterum alteri h. l. praeferam, cauſſam non video.

53. ἧ ῥ' ὅγ' ὁ λυσσώδης. τῇ et ἧ ſibi reſpondere, monet Schol. A. vt O, 46. 448.

φλογὶ εἴκελος. reſtituit Barnes, cum, quod mireris, proſodia aduerſante, vbique editum ſit ἴκελος, et ab H. Steph. ἴκελος, quod et codd. habent. ſed εἴκελος recte Lipſ. Ven. alii. εἴκελος ἀθανάτοισι ſcripſerat Townl. mox ipſe adſcripſit ἡγεμονεύει. quo exemplo apparet, quomodo interdum oſcitante librario disſimillimae lectiones in codd. illatae ſint.

55. σφῶϊν δὲ ſcil. ὄντοιν τοῖϊν, οἵω ἐστέ.

57. τῷ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν. κε ante καὶ excidit Cant. ἐρωεῖν hoc vno loco actiue, adeoque proprie dictum occurrit; ſic et ap. Callim. in Del. 133. alibi neutrali notione, vt ſtatim A, 303.

58. εἰ καὶ — ἐγείρει vbique legitur. Nusquam ἐγείροι. In Townlei. ſuperſcr. η. εἴ κεν Vrat. d. et a pr. m. b. probabilior ſane lectio ex vſu Homerico eſſet εἴ κεν — ἐγείρῃ vel ἐγείροι.

59. σκηπανίῳ. Κυρηναῖοι οὕτω καλοῦσι τὸ σκῆπτρον. σκῆπτρον δὲ καὶ δόρυ Ποσειδῶνος ἡ τρίαινα. Sch. B. Acumen grammaticum! Potuit Cyrenenſibus hoc familiare eſſe; verum Homerus antiquiore vocis forma vſus eſt pro σκῆπτρον vel σκῆπτον. Tum Neptunus h. l. Calchantis perſona ſimulata incedit, ideoque *haſtam* manu gerit, non tridentem.

Ceterum notabilis eſt, Euſtathio quoque notatus, ſcipionis ſeu baculi vſus, qui in Moſis quoque monumentis occurrit, vt res praeternaturales, etiam magicae, baculi contactu et ope perficiantur. Notus eſt baculus Circes, notus baculus, ſeu virga Mercurii, qua *animas ille euocat Orco* etc. Virgil. Aen. IV, 242 ſq. Bacchi thyrſus, quo ille in furorem coniicit contactos. Horat. II. C. 19, 8. vbi nunc v. Mitſcherl. Minerua Vlyſſis faciem mutatura baculo eum tangit Od. N, 429. Π, 172. Scilicet, vt quid fieret mirabili modo, neceſſe erat fieri ali-

quid ad ſenſum, quo id videretur effici, tanquam inſtrumento; accommodatiſſimum autem ad ſenſum eſt, fieri id ſeu *tactu* ſeu *afflatu*, ſi leuior motus requirebatur; inde etiam ſerius *obtutu* faſcinatio fieri poſſe credita. Remotius a ſenſu eſt, dicto ſeu verbo pronuntiato vel ſcripto aliquid fieri ſine alia manuum opera, ductum a precum exauditarum effectu, primo in morbis ſanandis et in re magica, formula arcana, carmine. Nec vero h. l. cogitandum eſt de verbere, quo percuſſi ſint Aiaces, ſed de leui tactu, vt fit inter familiares, vt manu humeris iniecta aliquem hortemur.

60. ἀμφοτέρω κεκοπὼς — ⸖ „quod κεκοπὼς pro κόπτων poſitum. Ariſtophanes duplicem lectionem habuerat, κεκοφὼς et κεκοπὼς" vtrumque recte ex antiquo κόπω. Ariſtarcho hoc tribuit Euſtathius. κεκοπὼς obtinuit in codd. etiam Sch. br. hic et Od. Σ, 334.

61. γυῖα δὲ θῆκεν — ⁜ „quod verſus hic ſuo loco recte poſitus; minus bene de Vlyſſe in ludis in funere Patrocli Ψ, 772" ad q. l. vide.

γυῖα δὲ θῆκεν. Sic mſ. Mori et vn. Vindob. Vulg. γυῖα δ' ἔθηκεν. — πόδας καὶ χεῖρας. Faciunt autem manus quoque mobiles ad declarandam agilitatem: v. exempla ap. Iacobs Exercitat. To. II, p. 95. vnde ap. Philoſtr. Imagg. II, 2 Achilli currenti ἐς γόνυ αἱ χεῖρες.

62. ὥςτ' ἴρηξ. Sch. B. παραβολικὸς, οὐ φανταστικὸς ὁ λόγος. h. e. non accipitris formam aſſumſit Neptunus; ſed diſceſſus leuis et celer comparatur cum volatu accipitris. „Ἴρηξ, Ionice. male edd. rec. ἴρηξ." Ern. male ſic quoque codd. inprimis poſt ὥςτ'. vt Vrat. A. in quo etiam ὠκυπέτης. Tam ignarus metri erat ipſe Michael Apoſtolius; debebat ſaltem refingere: αὐτὸς δ' ὠκυπέτης ὥςτ' ἴρηξ.

63. ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης περιμήκεος. περιμήκης, vt μεγακήτης. κακοήθης. quia ducta ſunt a ſubſtantiuo neutro. At a verbis ducta ὀξύνονται, λαθικηδὴς, οἰνοπληθὴς, a κήδω et πλήθω. Sch. A. Euſtath.

64. ὅς ῥα — ὁρμήσῃ πεδίοιο διώκειν ὄρνεον ἄλλο. ⌐ „quod πεδίου pro διὰ πεδίου."

ἄλλο pro ἀλλοιογενὲς. *ales ex alio genere*, vt accipiter columbam perſequitur, et ſic porro. Sch. br. et Euſtath. ἀλλόφυλον. Sic inf. Φ, 22 ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι φεύγοντες. h. ἑτεροειδεῖς.

ὁρμήσῃ pro vulgato ὁρμήσει, etſi hoc et ipſum bonum eſt, praeferendum tamen ex Homerico vſu et codd. auctoritate, Townl. Vrat. b. d. Lipſ. Ven. ὁρμῆσαι Etymol. in ὄρνεον.

66. τοῖϊν δ' ἔγνω πρόσθεν. ⌐ πρὸς τὸ δυϊκὸν σχῆμα. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων. Σειρήνοιϊν. ὅτι ὁ λόγος ὡς περὶ δύο. Sch. A. Reſpicit Od. M, 52 ὄφρ' ἀκούῃς Σειρήνοιϊν. vbi disputatum ſuper duali. — ἐν τοῖϊν ἐν τούτοιν, *ex his*. Mirum h. l. ſine cauſſa idonea fabulam Aiacis Oilei eſſe intextam in Sch. br. et Sch. A.

68. Αἶαν, ἐπεί τις νῶϊ θεῶν — ⌐ „ὅτι ἀναλόγως ἐκφέρει τὰ τοιαῦτα ὁ ποιητής, καὶ οὐ δεόντως ὁ Ζηνόδοτος ἔγραφεν. ὦτε αὖ Κάλχας, χωρὶς τοῦ ν." Sch. A. Moleſtum eſt talia Scholia appoſita eſſe, quae, vt ea conſtituas, operam poſtulant inutilem. Reſpicit grammaticus A, 86 ᾧ τέ σύ, Κάλχαν, pro quo Zenodotus legerat ὦτε σὺ, Κάλχα. vnde emendandum eſt Scholion. cf. inf. ad 222.

Iam porro ad h. v. Sch. A. obſeruat eſſe iungenda: ἐπεί τις θεῶν κέλεται νῶϊ, μάχεσθαι, καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ etc. reliqua eſſe διὰ μέσου dicta. Nec tamen additur, vbi ſit apodoſis ad ἐπεί. Laborat quoque Euſtath. Clarke apodoſin ab his ipſis verbis vſ. 73 καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ incipere ait. Quod vix commode ſatis fieri poteſt. Dicendum eſt, immutatum eſſe verborum ordinem, cum vulgaris eſſet hic: οὐδ' ὅγε Κάλχας ἐστὶν, ἐπεί τις νῶϊ θεῶν — καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ etc. aut, quod aliis exemplis firmari poteſt, omiſſam eſſe eam ipſam apodoſin: Αἶαν, μαχώμεθα, ἐπεί τις νῶϊ θεῶν. cf. Obſſ. ad Γ, 59. *quandoquidem deus aliquis nos hortatur ad pugnandum; agedum pugnemus.*

69. *μάντεῖ* conſtanter legitur, nusquam *μάντιῖ*, cf. Ω, 221.

71. *ἴχνια* ſcribendum, non *ἰχνία* docent Sch. A. B. Etymol. in *θηρίον*. Pergunt Schol. A. „*γρ. καὶ ἴθματα*. Zenodotus et Ariſtophanes *ἴχματα*."

Fuiſſe *ζήτημα* ad h. v. apparet e Sch. br. et Sch. A. *πῶς ὁ Ποσειδῶν οὐκ ἔλαθε τὸν Αἴαντα*; ſed *λύσις* parum docta. vid. Notam ad h. v.

72. *ῥεῖ᾽ ἔγνων ἀπιόντος. ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ*. Iungere *ῥεῖ᾽ ἀπιόντος* iubent Schol. B. Barnes excitat notum locum Heliodori Aethiop. III, 13. vbi ille ex aeui ſui opinionibus philoſophatur et inepte argutatur de praeſentia deorum eiusque ſignis; ex eo itaque hominum veterum opiniones ea de re peti debebant; a profanis ait, deos non agnoſci, ſapientes autem eos non latere; ſed ex oculis notari poſſe, — et magis etiam ex inceſſu, *τῷ βαδίσματι, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον ἢ διαπορευομένων. — ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς — ἐπὶ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος· Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων ῥεῖ᾽ ἔγνων ἀπιόντος. οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ῥεῖ᾽ ἀπιόντος, καὶ οὐχ, ὥς τινες ἠπάτηνται, ῥαδίως ἔγνων, ὑπολαμβάνοντες.* Apparet, Heliodorum *ῥεῖ᾽* reuocaſſe ad *τὸ ῥεῖν*· nec tamen apertum eſt, quo modo. Barnes putat *ῥεῖ* eum aduerbii loco duxiſſe; itaque, more ſuo, inter lectiones variantes hoc de ſuo retulit. Melius Mitſcherlich noſter in ſua editione p. 199. Heliodorum ſuſpicatur legiſſe in Homero, *ῥεῖν*, inceſſu quaſi fluente. Forte praeſtat ſtatuere, eum iunxiſſe: *ἴχνια γὰρ — ῥεῖ, ἀπιόντος*. interpoſito, *ἔγνων*. *fluunt eius veſtigia, ſuſpenſa et leuia ſunt.* Quicquid eſt, homo non eſt audiendus.

Argutatur quoque Euſtath.: Cum recte dixiſſet, deum eſſe agnitum *ἐν τῷ ταχὺ ἀπιέναι καὶ κοῦφα θέειν*, (nam de hoc tantum verba poſſunt accipi, elucidanda ex vſ. 62 ſq.) addit ille: *ἢ καὶ πλατὺ διαβαίνοντος, ὡς πολὺ*

διαβῆναι ἀλλήλων. referens ad paſſus ingentes vſ. 20. at id alienum a comparatione vſ. 62. Suſpenſum et levem ſimulque celerem inceſſum dearum declaratum vidimus ſup. E, 778 comparatum cum columbarum inceſſu: Atqui nec ille fit magnis ac diuaricatis greſſibus. Omnino autem h. l. non agitur de inceſſu dei omnino, ſed de inceſſu in abitu, cum ſe hominum oculis eripit et tandem euaneſcit. De re ipſa v. Excurſ. ad Virgil. Aen. I. ad vſ. *Et vera inceſſu patuit dea.*

ῥεῖα ex h. l. declaratur a Suida: ῥαδίως. εὐκόλως. εὐμαρῶς. ἰσχυρῶς. ὁμαλῶς.

ἀρίγνωτοι. εὔγνωτοι, μεγάλως ἐπιγινωσκόμενοι. Apollon. Lex. Eadem fere Heſych. in ἀρίγνωστοι.

73. 74. 75. καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ. — Laudat vſſ. καὶ δέ μοι Galen. de Hippocr. et Plat. placitis III, 2. πολεμίζειν· alias dicere amat πολεμιζέμεν ἠδὲ μάχεσθαι.

75. μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερθεν. Schol. br. μαιμώωσι, μετὰ προθυμίας ὁρμῶσι. Ad h. v. ſpectat Heſychii gloſſa: μαιμωῶσι, ἐνθουσιῶσιν. ὀρέγονται, προθυμοῦνται. Idem mox apponit vitioſe μαινοῶσι. Apollon. Lex. μαιμόωσιν, ἐνθουσιῶσι. Scilicet hoc ipſum ο mutatum in ω nulla apparente analogia ſtatuunt grammatici: ſi μαιμώω eſt, deberet eſſe μαιμώουσι, ſi μαιμωάω, μαιμωῶσι, quod vere grammaticum eſſet.

ὕπερθεν. correxi ὕπερθε. Nam ſi ἔνερθε eſt, debet quoque eſſe ὕπερθε, ſequente τόν. Et habet id Townl. Ven.

77. χεῖρες ἄαπτοι. ſcripſerunt olim ἀάπτοι. v. ad A, 567. περὶ δούρατι. vt B, 389 περὶ ἔγχεϊ χεῖρα καμεῖται.

78. νέρθε δὲ ποσσίν. Ven. νέρθε πόδεσσιν. et pro μαιμῶσι καί μοι vn. Vindob. μαιμώωσιν, ἐμοί.

79. μενοινώω δὲ καὶ οἶος. Vrat. b. a m. ſec. μενοινάω. et ad καὶ οἶος adſcriptum: „γρ. καὶ, αὐτός." Apollon. Lex. μενοινόω, προθυμοῦμαι. ſcripſit, puto, μενοινάω. vnde μενοινῶ, et ώω. vt paullo ante μαιμάω, μαιμῶ, μαιμώω. ἄμοτον μαιμαῶτι μάχεσθαι v. ſup. 40.

82. *χάρμῃ γηθόσυνοι.* ⸎ „quod deest *ἐπὶ* ad *χάρμῃ*, et *χάρμῃ* est *τῇ μάχῃ*." At Schol. B. *νῦν δὲ, ὡς Ἀρίσταρχος, τῇ εἰς τὸν πόλεμον προθυμίᾳ.* Minus bene Hesych. *ἡ μετὰ χαρᾶς μάχη.* Aliter argutantur alii: Schol. br. ad Δ, 222. et Etymologus.

83. *τόφρα δὲ τοὺς ὄπιθεν γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς.* Apollon. Lex. in *σκῆπτρον*, laudat versum *σκηπανίῳ γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς.* memoriter conflatum ex hoc et ex vs. 59.

84. *οἳ παρὰ νηυσὶ θοῇσιν ἀνέψυχον φίλον ἦτορ.* Barnes: „*γρ. ἀνέψυχθεν*" vt K, 575 *καὶ ἀνέψυχθεν φίλον ἦτορ.* Clarke monet: hoc esse, *recreati* sunt; requiri, *recreabantur.* (hoc esset *ἀνεψύχοντο*, vel vt in Homero est, *ἀνέψυχον φίλον ἦτορ.*) Nec tamen video cur non etiam tempus praeteritum hic ferri posset. At Barnesii sedulitas haud dubie inepta est, dum variantem lectionem constituit ex loco simili.

85. *τῶν ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέῳ καμάτῳ φίλα γυῖα λέλυντο.* ⸎ *πρὸς τὸ σχῆμα. ὅτι ὡς, σπάρτα λέλυνται.* Il. B, 135 quod plurali nomini adiectum quoque verbum plurale.

Interpunxi plene post *ἦτορ.* *Τῶν ῥ' ἅμα.* est enim *τούτων ἄρα* —

88. *ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λεῖβον.* Fuere apud Schol. B. et in Schol. br. qui acciperent, *λεληθότως ἔκλαιον.* Enimvero *ὑπ' ὀφρύσι* est ad amplificationem adiectum, quod poetam facere fas est, vt Ξ, 236 *κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ.* sicque aliquoties in Odyssea, *ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβειν.* Similiter *ὑπ' ὀφρύσι μειδιᾶν* occurrit dictum, et simpliciter *μειδιᾶν ὀφρύσιν*, et Pindarus P. IX, 66 *Κένταυρος ζαμενὴς ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσας ὀφρύϊ.*

89. *οὐ γὰρ ἔφαν φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ.* Barocc. Vrat. b. *φεύξασθαι.*

90. *ῥεῖα μετεισάμενος.* Spectat ad h. v. Hesych. *μετεισάμενος, μετελθών.* vt et Schol. br. reddunt. Bentl.

adſcripſerat: an ῥέα μεταϝεισάμενος. At h. l. non eſt ab εἴδομαι.

92. Πηνέλεών θ' ἥρωα. Ariſtophanes Πηνέλεον.

Δηΐπυρόν τε. Townl. Δηΐπυλον. Vrat. d. Δηΐπυτον.

μήστωρας ἀϋτῆς, ἐργασαμένους μάχην. v. ad Δ, 328.

95. αἰδὼς, 'Αργεῖοι, κοῦροι νέοι. Schol. A. „λείπει τὸ ἔσω." leg. τὸ ἔστω. Vult quoque diſcretim ſumi, κοῦροι, νέοι.

96. σαωσέμεναι νέας ἀμάς. „ἀμὰς, ἡμετέρας Δωρικῶς" non modo Schol. ſed et Etymologus et Apollon. Lex. hoc verſu laudato; debebant dicere: eſſe antiquum, ſeruatum ſerius a Doribus. Scribitur et editur ἁμὰς vel ἅμας, in Schol. A. ἁμᾶς. vbique aſpirate; atqui Dores aſpirationem reſpuunt; nec illa erat ſup. Z, 414 vbi v. Obſſ. et Λ, 448. et ſcribitur ſemper ἄμμες. ἄμμι. Etſi ſunt, qui diſtinguant inter Doricum ἁμὸς et Aeolicum ἀμός. In loco noſtro Vrat. d. ſolus ἀμὰς exhibet. Procliuis eſſem ad obſequendum, ſi alia auctoritas accederet.

Ad μαρναμένοισι πέποιθα Schol. B in animum reuocat quod A, 71 dictum erat de Calchante, cuius perſonam induerat nunc Neptunus: νηυσὶν ἡγήσατ' 'Αχαιῶν.

97. πολέμοιο λευγαλέοιο, ὀλεθρίου, δεινοῦ. Heſych. cum Schol. br. v. ſup. ad I, 119.

98. νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ, ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι. εἴδεται, ἀνεφάνη. addit Schol. B. ἐλλείπειν τὸ τοῦ. τὸ ἦμαρ τοῦ δαμῆναι." At hoc ſerior aetas intulit; Homero eſt ὥςτε δαμῆναι.

99. ὢ πόποι ἦ μέγα θαῦμα. Idem verſus iterum legitur O, 286. Υ, 344. Quod ſequitur δεινὸν, eſt per epexegeſin accipiendum μέγα, δεινὸν, ὅ. non autem explendum δεινόν ἐστι.

100. δεινὸν, ὃ οὔποτ' ἔγωγε. Ergo hiatum non extimuit poeta? nec ſcripſit ὃ μήποτε? Et adſcriptum erat hoc ipſum in Townl.

102. φυζακινῆς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν. Schol. A. φυζακινῆς vt εἰαρινῇσι Θ, 307. Barnes: „γρ. φυζανικῆς." Spectat ad h. v. corrupta Heſychii gloſſa: Φαζακηνίαις,

δειλαῖς. Apud Themiſtium qui Or. XV, p. 198. vſſ. 99 — 102. recitat, eſt φυζακινοῖς ἐλάφοισι, vti et pro νέας, πόλεις.

103. θώων, πορδαλίων τε, λύκων τ' ἤϊα πέλονται. „θώων Ariſtarchus et vſus; at θωῶν alii. Longum eſt Scholion hac de re; e quo hauſit ſua Euſtathius. Qui θῶες ſint (*Schakal*), iam vidimus ad Λ, 474. Repetunt Schol. et Euſtath. ad h. l.

πορδαλίων. Sic quoque Apollon. Lex. in πόρδαλις. παρθαλίων Ariſtarchus legebat, ſicque Mori. Cant. Harl. Lipſ. ſicque Suidas et Etymol. in ζειαὶ, qui tamen in ἤϊα, πορδαλίων ſcripſit, ſi recte editum eſt. Barnes: „γρ. καὶ παρδαλέων." Agnoſcit et defendit πόρδαλις Euſtathius. cf. ad Γ, 17.

Tandem ἤϊα, aliquoties in Odyſſea obuium, hoc vno loco in Iliade legitur; ſunt omnino τὰ βρώματα οὐ τὰ ἐν οἴκῳ, ἀλλὰ τὰ ἐν ὁδῷ· τὰ ἐφόδια. Bene ſic Sch. A. B. br. Etymol. Euſtath. Heſych. Proprie ſunt τὰ φερόμενα, vnde et de paleis dictum Od. E, 368. ἀπὸ τοῦ ἰέναι. Translatum h. l. ad animantia, vt ſit pro *praeda*, in quam ea incidunt: τὰ ἑλώρια. Bene Koeppen memor erat Horatii: *cerui luporum praeda rapacium.* Etiam Apollon. Lex. h. v. tres notiones attulit, ſed confuſe.

104. αὔτως ἠλάσκουσαι. Apollon. Lex. περὶ τὸν αὐτὸν εἰλούμεναι τόπον. cum ἀλᾶσθαι eſſe videatur: vbi v. Not. Toll. Vidimus vocem B, 470. „γρ. αὔτως. vt alibi Z, 400." Barnes. οὐδ' ἐπὶ χάρμης Barocc. nec aliunde memoratur, niſi quod nunc ab Altero expreſſum video. Venit tamen in ed. Wolf. neſcio an caſu (eiectum nunc in altera). Eſt ſane paullo inſolentius dictum ὁ ἐπὶ χάρμῃ ſc. ὤν, quod vulgari modo eſſet ἐπὶ χάρμην, εἰς, vel πρὸς πόλεμον εἶναι, de eo qui idoneus eſt ad pugnam. Poſſit alioqui aliquis eo deuenire, vt iungat ἠλάσκουσαι αὔτως, οὐδ' ἐπὶ χάρμῃ. Vix tamen probes. Koeppen videtur accepiſſe, quaſi eſſet οὐδ' ἔπι χάρμῃ, pro ἔπεστι. Sic deberet eſſe ἀλκὴ aut ſimile.

106. οὐκ ἐθέλεσκον. οὐκ ἐδύναντο. Sch. br. Eustath, vt saepe.

107. νῦν δ' ἕκαθεν hic vbique editum erat. Nec aliter codd. et Eustath. Qui meminerit, ϝεκας et ϝεκαθεν esse; statim fuisse suspicabitur: νυν δε ϝεκας. Et firmatur iudicium per Scholion: Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης· νῦν δὲ ἑκὰς πόλιος. Hinc manifestum fit, Alexandrinos ignoratione τοῦ Digamma multa mutasse; Aristarchum quidem etiam ea, quae intacta reliquerant Zenodotus et Aristophanes. Cum supra E, 791 codicum consensu νῦν δὲ ἑκὰς reposuissem, vt mihi constarem, etiam h. l. ita scribere debui. Adscripserat quoque id Bentleius.

πόλιος. „γρ. πόλεως" Barnes.

Porro Heracleo recitari volebat cum mora post πόλιος — κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχονται. scilicet vt esset: quid dico, longe ab vrbe! quin ad ipsas naues pugnant.

108. κακότητι. Sch. br. κακίᾳ. δειλίᾳ nec aliud h. l. μεθημοσύνῃ. v. Not.

110. νηῶν ὠκυπόρων. ⸓ „stigme sine Scholio. forte quod omissum ὑπὲρ νηῶν.

113. οὕνεκ' ἀπητίμησε. pro simplici ἠτίμησε. cf. ad Ψ, 4. Legitur in edd. nescio quibus vitiose ἀτητίμησε.

115. ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν. ⸓ „In nonnullis exemplaribus ἀκεσταί τε φ." Sch. A.

ἀκεώμεθα θᾶσσον. duplici modo haec interpretati sunt veteres in Schol. A. et B. „ἀκεώμεθα τὴν ἑαυτῶν ἀμέλειαν" saltem deb. τὰς φρένας ἡμῶν. „τινὲς δὲ τὴν εἰς Ἀχιλλῆα ἀτιμίαν." Alii ἰασώμεθα διὰ τάχος τὸ γεγονός, vt et in Schol. br. male, nam subiicitur: ἀκεσταὶ φρένες. Apollonius autem Lex. nimis vage et laxe, ἀκεώμεθα, θεραπεύσωμεν. et ἀκεσταί, εὐΐατοι.

Haud dubie referendum est ad Achillem. Si iniuria facta est Achilli, age quam primum eum placemus; ita conuenit, quod sequitur: boni viri sunt placabiles. Attamen vel sic, interea, nobis est fortiter pugnandum. Schol. A. B. εὐΐατοι γὰρ καὶ εὐθεράπευτοι αἱ τῶν ἀγαθῶν φρένες, ῥᾳδίως πρὸς τὸ κρεῖττον μετατίθενται. Dixit alibi

quoque ἀκέσασθαι, ἐξακέσασθαι τὸν χόλον pro placare, vt Δ, 36. Od. Γ, 145. abſolute ſup. I, 503 et Jl. O, 217 ἀνήκεστος χόλος. At proprie ἀκεστὰ, τὰ ἰατά. Galen. in Gloſſ. Hippocrat. Multo etiam remotior vocis vſus in ἀκεῖσθαι τὴν δίψαν Jl. X, 2. vbi cf. Euſtath. νῆας de reparandis nauibus, vt ſarcire, in voc. ſartis tectis.

Sententiam paſſim repetunt ex h. l. Ariſtides et ſimiles. Negari porro nequit, verſum eſſe interpoſitum abrupta reliquorum ſententia: niſi interpunctione et interpretatione adiuues: οὐ μεθιέναι μάχης, ἀλλ' ἀκεῖσθαι δεῖ ὡς τάχιστα τὸν χόλον Ἀχιλλῆος. Alioqui poteras incidere in ſuſpicionem, a rhapſodo verſum eſſe adornatum ex O, 203 στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

116—119. Loco hoc vtitur Plutarch. de adulat. et amic. discrim. ſub f. p. 72 C.

118. οὐδ' ἂν ἔγωγε ἀνδρὶ μαχεσσαίμην. ita nunc conſtanter ſcriptum video; nusquam μαχησαίμην. v. ad A, 298.

ὅστις πολέμοιο μεθείη. Induxit μεθείη Stephanus, neſcio vnde; niſi forte ex Plutarchi edd. l. c. Nam μεθίει editum erat inde a Flor. Aldd. Rom. Etiam ſic codd. Mori. Gant. Harlei. Vrat. b. a pr. m. et A. Euſtath. p. 922, 39 μεθείει, mox tamen p. 923, 6 idem, μεθείη. μεθείει etiam Ven. et Townl. ſed ſuperſcripto ιει. Vtique μεθείη bene ſe haberet, vt Od. E, 471 εἴ με μεθείη ῥῖγος. Praeſtat tamen, parere auctoritati librorum. Fuit praeter μεθίημι, etiam μεθίω, ῑεις, ῑει, media longa, vt Etymologus docet. Itaque ſup. K, 121 πολλάκι γὰρ μεθιεῖ τε non poterat ſcribi μεθίει, vt ab hoc ipſo μεθίω duceretur, ſed eſt a μεθιέω, μεθιεῖ. Sunt enim tres formae, ex ἕω ductae, ἵημι, ἱέω, ἵω.

119. λυγρὸς ἐών. Schol. br. χαλεπὸς, ἄδοξος. Aliena haec ab h. l. Nunc eſt ὁ κακὸς, ignauus. Oppoſ. vſ. 117 οἱ ἄριστοι. Sic et inf. 237 συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. tales autem iſta aeſtate omnino erant gregarii. Praeſtabant οἱ ὁπλῖται, et his πρόμαχοι. Inde λυγρὸς ad contemtum trahitur, vt ſit vilis. vt Od.

Σ, 106. quod contexta docent; vnde tandem omnino ea declarat, quae ſunt miſera et triſtia adſpectu, foeda.

νεμεσσῶμαι πέρι κῆρι. περισσῶς v. ad Δ, 46. Male et h. l. alii περὶ κῆρι et Schol. br. περὶ κῆρι, ἐκ ψυχῆς. Iteratur verſus O, 561. 661.

120. ὢ πέπονες. Schol. B. „nonnulli pro προςηνεῖς. τάχα γὰρ παραμυθεῖται αὐτούς.“ At Euſtath. pro convicio habet, ὡς οἱ ἔκλυτοι. Verum omnino eſt: o boni. v. ad B, 235.

121. 122. ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Verſum recitat Plutarch. de aud. poet. p. 32 C. vbi legitur: δὴ γὰρ μάλα. ἐνθεῖναι, ἐνθέσθαι, φρεσὶν, vt alias, μνήσασθαι ἀλκῆς, ἀρετῆς, exerere virtutem, virtute vti. vnde ſimpliciter tandem θέσθαι Od. X, 40 οὐδέ τιν' ἀνθρώπων νέμεσιν κατόπισθεν ἔθεντο.

Male in Barocc. et vn. Vindob. θέσθαι ἕκαστος.

αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Schol. B. τήν τε κοινὴν αἰσχύνην καὶ τὴν ἐξ ἄλλων προςγινομένην μέμψιν. Conuenit gloſſa cod. Harlei. αἰδῶ, οἰκείαν· νέμεσιν τὴν τῶν ἐκτός. Paria ap. Euſtath. De voc. νέμεσις v. ad Γ, 156. de pudore autem hoc, v. E, 530, 531. 532.

123. Ἕκτωρ δή. — Cum antecedat δὴ γὰρ, praefero Ἕκτωρ δὲ, quod et eſt in Cant. πολεμίζειν καρτερὸς Ald. 1. ſphalma tamen.

124. καρτερός. ἔῤῥηξεν δὲ πύλας. Barocc. ὡς ἔῤῥηξε. niſi fuit: ὡς ἔῤῥ.

125. ὥς ῥα κελευτιόων. Apud Heſych. eſt κελευθιόων et κελευστιόων. Eſt ſane ex κελευστὸς factum κελευστιάω, κελευτιάω.

ὦρσεν Ἀχαιούς. Mori, ὦσεν.

Vſſ. 126—133 cum vſſ. 339—344 recitaſſe narratur Homerus in certamine cum Heſiodo, cum iuſſi eſſent recitare verſus praeſtantiſſimos. Alio modo Heſiodum ſuperaſſe narratur Homerus ap. Philoſtr. Heroic. c. 2 ſ. 19. p. 692.

127. καρτεραὶ, ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθών. — „quod tempora mutata ſunt ὀνόσαιτο pro ὠνόσα-

το, et quod ἂν et κὲν ſimul appoſita ſunt." Miror Schol. A. haec pronuntiaſſe. haud dubie optatiuus requiritur: eſt quod Latini, Mars admiraturus fuiſſet: nam hic ſenſus eſt formulae: cf. Notam. Melius Schol. B. οὔτ' ἂν κεν ὀνόσαιτο, ἀλλὰ μᾶλλον θαυμάσειεν. Alterum notabile propterea, quod hoc οὔτ' ἂν Ἄρης ὀνόσαιτο κεν conuenit fere cum Atticorum iterato ἄν.

Theodor. Gaza p. 144. locum excitat ſic: οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος, οὔτε κ' Ἀθήνη τόν γε ἰδὼν ὀνόσαιτο. οὔτε κεν Cant.

128. οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος. Apollon. Lex. h. v. ἡ τοὺς λαοὺς σοοῦσα, ὅ ἐστι σοβοῦσα καὶ ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσα. (Eſt quoque σόω ap. Herodot. I, 200) ὁ δὲ Ἀπίων, ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα. Prauam hanc Apionis interpretationem amplexi ſunt multi; prior praeſtat; dea quae σοοῖ, excitat ad pugnam; ſic Diana eſt ἱπποσόα. ap. Pindar. Ol. III, 47 et Iolaus ἱπποσόας J. Υ, 40. Aliter Schol. br. ἡ τοὺς λαοὺς σεύουσα, τουτέστιν, εἰς φυγὴν ἄγουσα. Promiſcue haec afferunt Scholia, Etymol. Heſych. Suidas. Euſtath. pluribus locis. Plura ad h. l. contuliſſe video Koeppenium. In Homero epitheton tantum diis Mineruae, Apollini, Eridi, tribuitur; ap. Heſiod. Sc. Herc. 3, et 37. ductor copiarum heros eſt.

129. κρινθέντες. Male Flor. Aldd. cum parte codd. etiam Lipſ. κριθέντες, metro inuito. Emendatum a Turnebo ex ed. Rom.

130. σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ. De voce iam quaeſitum eſt ſup. ad I, 537. Plures vocis notationes eſſe ſatis conſtat; vix aliam h. l. admittas, quam vt ſit, *alterum ante alterum habitum*, vt ſibi mutuo impoſita ſint ſcuta, adeoque mutuo fulciant ſe. Sic et Euſtath. et Sch. br. ἐπαλλήλῳ, πυκνῷ. Ἀνδρόμαχος ἐν Ἐτυμολογικοῖς φησι, κυρίως λέγεσθαι τὰ ἐπ' ἀλλήλους κλάδους ἔχοντα δένδρα, διὰ τὸ θηλυμανεῖν. Habent vltima haec quoque Sch. B. vere per ſe; ſed inepto etymo. Si tamen reſciueris, quid ſit σάκος τετραθέλυμνον inf. O, 479 *quaternis coriis inductum*, procliuior eris ad ſtatuen-

dum, esse προθέλυμνον epitheton ornans, scuti, quatenus inductum est lamina vel corio in superficie. nam θέλυμνον est fundus, aut quod pro fundo est, vt in scuto crates, cui corium superinductum est. Voluit forte hoc aut simile quid innuere Schol. Harlei. προθελύμνῳ, πολυπτύχῳ Vrat. A. προθέλυμνοι, c. gl. πυκνοὶ, ἐπάλληλοι. Schol. Aristoph. Pac. 1209 τὸ συνεχὲς καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ δηλοῦσθαί φησιν· Φράξαντες δ. δ. —

131. 2. 3. repetuntur inf. Π, 215. 6. 7. de Myrmidonibus. Versus hos nobilissimos recitat Polyb. XVIII, 12 de phalange Macedonica. Suauiter Pammenes dicebat, τὸν ἐρώμενον πρὸς ἐραστὴν τάττεσθαι debere, ap. Plutarch. Amator. p. 761 B. Passim apud alios quoque recitantur vss. vt a Philostrato Vit. Sophist. I, 20 f. praestantissimi esse versus iudicantur in Homeri et Hesiodi certamine. Petitus hinc notatur versus Euripidis Heracl. 836 ποὺς ἐναλλαχθεὶς ποδὶ, ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς, ἐκαρτέρει μάχῃ. Et notum Aen. X, 360 *haeret pede pes, densusque viro vir.*

132. ἱππόκομοι cassides, quae habent λόφους ἐκ κομῶν ἱππειῶν, non ἱπποκόμοι quod esset ἀπὸ τοῦ κομεῖν, curare equum. Sch. A. Eust. Etymol.

ψαῦον non aliter accipi potest quam (cum Sch. A. B. br.) parum accurate dictum pro ψαῦον h. e. ἥπτοντο, ἀλλήλων, nec tam κόρυθες, quam λόφοι ἐν κόρυσι.

φάλοισι. recte nunc de conis quibus λόφος insertus erat, accipit Sch. A. quod et Eustath. recitat. Contra de προμετωπιδίῳ etiam h. l. Sch. B. v. ad Γ, 371. E, 743.

134. ἔγχεα δὲ πτύσσοντο Ven. magis Homerice. vulgatum δ' ἐπτύσσοντο. attamen et Apollon. Lex. ἐπτύσσοντο, ἐκραδαίνοντο· „ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο.“ πτύσσεσθαι quod est *plicari, complicari*, bene dicuntur τὰ ἔγχεα κραδαινόμενα· Sch. br. εἰς τὸ αὐτὸ συνήγετο, καὶ ἐκάμπτετο κραδαινόμενα. add. Eustath. Koeppen ingeniose, minus tamen vere, de hastis tam arta per ordines serie iunctis, vt quasi complicatae videri possent, accipit.

135. οἱ δ' ἰθὺς Φρόνεον, μέμασαν δὲ μάχεσθαι. Iungit Sch. A. οἱ δ' ἰθὺς Φρόνεον μάχεσθαι καὶ μέμασαν. Contorte. Immo ἰθὺς Φρόνεον maiore cum vi abſolute dictum, vt ἰθὺς μεμαὼς alibi, pro *vulgari:* Φρόνεον ἰθὺς ἰέναι. v. ſup. ad M, 124. ſi quid mutarem, eſſet μέμασάν τε.

136. Τρῶες δὲ προὔτυψαν. Sch. br. προέβαλον, (προενέβαλον Euſtath.) προέκρουσαν. Apollon. Lex. h. v. laudato hemiſtichio hoc: προενέσεισαν. Sch. B. προπαρενέβαλον, ἢ προσέπεσον καὶ συνῆλθον. Suidas: προήρξαντο. Iterum repetitur verſus inf. O, 306. P, 262. Nec multo aliter Od. Ω, 318 ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη Δριμὺ μένος προὔτυψε h. προῆλθε. προέπεσε. quod ibi videbimus. Apollon. I, 953 ἔνθ' Ἀργὼ προὔτυψεν ἐπειγομένη ἀνέμοισι. et III, 1396 ὅσσον ἄνω προὔτυψαν ἐς ἠέρα, προῆλθον, πρόεσχον. Non itaque locum habet ex etymo: προῆλθον τύπτοντες, vel ἔτυπτον, haſtis ferierunt priores. At hoc recte animaduertit Koeppen ſimili modo dici προκρούειν, προκόπτειν, προβάλλειν. admirabilis copia ſermonis graeci per tropica.

137. ἀντικρὺ μεμαὼς, *ruens in aduerſum*, niſi ſuppleas ἰέναι quod tamen exilem orationem faceret; etſi eo ſenſu dictum eſt. Vide modo ad 135.

ὀλοοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης. ὀλοότροχος Barocc. Mori. At ὀλοοίτροχος ceteri ſcripti et edd. ſc. πέτρος. vox antiquata, itaque a grammaticis partim ex contexto, partim ex etymo conſtituta. Alii ab ὅλος ducunt, alii ab ὀλοὸς, ὀλέθριος. afferunt et miſcent vtrumque fere omnes, interdum quoque admixtis aliis; ita quoque alii a τρόχος, curſus, ducunt, alii a τροχὸς, rota. Schol. A. B. br. Etymol. Apollon. Heſych. Secernamus et in ordinem redigamus ab iis dicta.

Redditur ab aliis λίθος στρογγύλος, καὶ περιφερὴς, ab aliis ὁ ἐν τῷ τρέχειν ὀλοὸς, ἐπεὶ καταφερόμενον πᾶν τὸ ἐμπῖπτον βλάπτει. Ii qui prius amplexi ſunt, aſpirarunt ὁλοοίτροχος ab ὅλος. Ita Demetrius ὁ Γονυπεσὸς (in Schol. cod. Baſil. ap. Valken. ad Herodot. p. 418 eſt Γονυπεύς) vt ſit ὅλος τροχοειδὴς (male Schol. Ven. A. ἵν' ᾖ

ὁ λόγος τροχοειδὴς) κατὰ πᾶν μέρος ἀστήρικτος. Sic et Hermappias (male Ἑρμάσίας cod. Basil.) et Nicias et Aristeas et Aristonicus. Haec Schol. A. B.

At Comanus et Ptolemaeus Ascalonita scribunt ὀλοοιτρόχος, intelligentes τὸν ἐπὶ τὸ τρέχειν ὀλοὸν καὶ δεινόν. (ap. eosd. A. B.) Attingit haec Etymol. laudatque Ptolemaeum cum Aristonico. Enimuero Apollon. Lex. p. 496. (tam parum fidere licet Excerptis grammaticis) prorsus alia tradit: „ὁ Κομανὸς ἰδίως ἀποδίδωσιν· ὅλος τρέχων, ἐπεὶ στρογγύλος καὶ παντὶ μέρει ἐφαπτόμενος τῆς γῆς. ὁ μὲν γὰρ τετράγωνος ἑνὶ μέρει ἐφάπτεται.“ Debuit ergo scribere ὀλοοίτροχος.) ἤ, ὀλοοιτροχὸς, ὅλος τροχώδης καὶ περιφερὴς, vt sit a τροχὸς rota. Xenophon, qui ex Homero mutuatus est, de Cyri Expedit. IV, 2, 2 τηνικαῦτα ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι ὁλοιτρόχους ἁμαξιαίους λίθους. vt et ap. Herodot. V, 92, 2 cum Valkenario est emendandum, τέξει δ' ὀλοοίτροχον. lib. VIII, 52 tamen editum est ὁλοιτρόχους ἀπίεσαν. quem locum memorans Eustathius, Herodotum quatuor syllabis dixisse ὀλοίτροχον πέτρον, ὃς λειαίνεται κατασυρόμενος ἐν τῇ πρὸς ἄλλους συντρίψει. suspiceris propter τὸ λειαίνεται eum scripsisse ὀλείτροχον. verum si rotundus est, necesse est eum laeuigatum esse attritu. Ex Xenophonte, quem imitatur, petiit vsum vocis Zosimus I, 52.

Addit tandem Apollonius l. l. βέλτιον δὲ, ὥς τινες, τὸν ὀλοὸν γινόμενον ἐν τῷ τρέχειν (scil. ἀποδιδόναι) οἷον ὀλεθρευτικὸν, καθ' οὗ ἂν ἐπενεχθῇ. Sunt ex eo nonnulla translata in Hesych. vbi ὀλίγα τρέχων deb. legi ὅλος τρέχων.

Haud dubie ii, qui ab ὀλοὸς ducunt, analogiae praesidium habent; sic enim ὀλοόφρων. Quod ῐ interponitur, ὀλοοίτροχος, ad suauitatem soni refertur ap. Schol. A. B. Comparat Eustathius ὁδοιπόρος, ὁδοιδόκος.

Tandem in Schol. A. B. Democritus τὸ κυλινδρικὸν σχῆμα ὀλοοίτροχον καλεῖ. Spectat hoc ad priorem sectam, et scribere ille debuit ὀλοοίτροχον.

Protulere ex his antiquiorum grammaticorum laciniis nonnulla Etymologus ex Herodiano, περὶ παθῶν, Hesych. Eustath et e recentioribus ipse Henr. Stephanus. Quia Homericum vocabulum est, nostri muneris erat, haec accuratius pertractare.

ἀντικρὺ μεμαὼς, Bentl. et h. l. scribit ἄντικρυς, et mox ὀλοϝοιτροχος ὥς. τ' ἀ. Porphyr. ap. Schol. A. ad Λ, 269 recitat ὡς ἀπὸ πέτρου.

138. ὅντε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥοος ὦσῃ. Schol. A. cum Schol. br. κατὰ στεφάνης. περικεφαλαίας ἢ ὄρους ἐξοχῆς. νῦν δὲ λείας πέτρας. Mirum hoc; est haud dubie h. l. ἐξοχὴ ὄρους, pars prominentior, saltem ora extrema montis. Nec aliter ap. Eustath. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. p. 613 στεφάνην. ἐπὶ μὲν τῆς κυκλοτεροῦς καταφορᾶς adscripto versu; et p. 390 κατὰ στεφάνης. — ὁ δὲ Ἀρίσταρχος, ἀπ' ἄκρου τοῦ ὄρους, hoc eodem versu adscripto. Et Comanus: ἀπὸ ὑψηλοτάτου τοῦ τόπου.

Pro ὦσῃ, ὤσει Vrat. b. superscripto tamen altero; Porphyr. in Schol. B. ad Λ, 269. Eustath. qui notat κατωθεῖν esse κάτω ὠθεῖν, vt ἀνωθεῖν, ἄνω ὠθεῖν Od. Λ, 595.

139. ἀναιδέος ἔχματα πέτρης. Vidimus ἔχμα ad M, 260. Schol. B. τὰ ἐξέχοντα, καὶ μὴ ἐῶντα κυλισθῆναι αὐτόν. De ἀναιδὴς v. ad Δ, 521. Schol. B. etiam h. l. ἀναιδέος δὲ, τῆς ἀνενδότου καὶ σκληρᾶς. Videtur tamen simpliciter magnitudinem vastam declarare.

140. ὕψι δ' ἀναθρώσκων. ὕψι vt οἴκοθι et ἄγχι. vt Ptolemaeus ait. Nonnulli acuunt ὑψί. Sch. A.

142. ὕλη· ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον. Schol. A. ἀσφαλέως, ἀνεμποδίστως, μὴ σφαλλόμενος τῆς τοῦ θεῖν σφοδρότητος.

ὕλη ἠδ' nil nisi sphalma ed. Steph.

ὄφρ' ἂν ἵκηται. Venetus: ἕως ἵκηται. Sicque vn. Vindob. et Eustath. et ex Lipſ. Bentleius; ex eodem tamen Ernesti adscripsit: „Lips. ἕως ἂν ἵκηται, superscripto tamen ὄφρ' ἂν"

143. ὡς Ἕκτωρ εἵως μὲν ἀπείλει. Sch. B. „εἵως μὲν, ἕως τινὸς alii pro τέως.“ ἀπείλει, ἠπείλει, ὑπισχνεῖτο. Schol. A. et br.

144. ῥεῖάδ' ἐλεύσεσθαι. Leue eſt, quod h. l. tenet, tenet tamen; vnde hoc δ' ſit, ſiue ſcribas, vt editum, ſiue vt in aliis, ῥεῖα δ'. quod bene locum ſuum tuetur inf. O, 490. et alibi, non vero h. l. Nullus expediendi modus ſatisfacit; ſiue dixeris τὸ δὲ παρέλκειν et eſſe otioſum, ſiue cum Euſtathio eſſe pro δὴ, ſiue cum Clarkio, eſſe dictum vt οἶκόνδε, quod prorſus abhorret, ſaltem ſic κλισίην δε fuerat ſcribendum. Occurrit tamen iterum hoc idem hemiſtichium ῥεῖά δ' ἐλεύσεσθαι inf. Υ, 253. vbi locum non habet ratio Koeppenii, quam ingenioſe ille huic loco adhibuit, vt iungantur μέχρι θαλάσσης, ῥεῖα δὲ (εἰς) κλισίας καὶ νῆας ἐλεύσεσθαι, *ad mare, atque etiam* ad ipſa tentoria et naues ſe peruenturum eſſe. Bentleius adſcripſerat ῥεῖά γ'. Sic ſane Od. Γ, 231 ῥεῖα θεός γ', ἐθέλων, καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι. Mihi videbatur expeditius eſſe ῥηΐ' ἐλεύσεσθαι, pro ῥηΐα, quod Ionicum eſt. Nunc veriſſima ratio erui poteſt ex cod. Townlei. quae ſola hunc codicem nobilitare poſſit: ῥεῖα διελεύσεσθαι. fuit olim ſcriptum: ῥέα διελεύσεσθαι. vt ῥέα vna ſyllaba pronuntietur, vt in Heſiod. Ἔργ. pr.

146. στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθείς. Vrat. b. d. ἐγχριφθείς, vt alibi alii. v. ad E, 662. H, 272. Schol. br. reddunt: ἐνερείσας, vt viribus anniſus vrgeat et irruat in Achiuos. Forte tamen eſt ſimpliciter; cum propius ad eos acceſſiſſet.

147. ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν. „propter ἀμφιγύοισι, quod varie eſt acceptum: ab aliis de haſtis, quae vtraque manu tractantur; ὅτι οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ (vt τὰ γυῖα ſint αἱ χεῖρες) διερείδοντες χρῶνται· (forte: ἐπὶ τοῖς — διερείδουσι.) aliis ἀπὸ τοῦ γυῶσαι (immo γυιῶσαι) ὅτι βλάπτει ἀμφοτέρωθεν· diſertius haec tradit Etymologus: ἀμφίγυα, (deb. ἀμφίγυια) adſcripto hoc verſu, οἱονεὶ τὰ ἑκατέρωθεν γυᾶσαι δυνάμενα, (γυιᾶσαι) ὅ ἐστι χωλῶσαι, καὶ πλῆξαι, διὰ τῆς ἐπιδορατίδος καὶ τοῦ

σαυρωτῆρος. habet quoque hoc Suidas in ἀμφιγυήεις, vbi male excidit ἀμφίγυος. ita putarunt esse hastas, quibus ab vtraque extrema parte ferire liceret. Conuenit sensu, quod alii in eodem Schol. A. dixere. „ἀπὸ τῶν γυίων, ὅτι ἑκατέρωθεν ἄκρον ἔχει. γυῖα γὰρ τὰ ἄκρα." vt dicantur γυῖα de extremis partibus hastae: cuspide et ferro quo in terra figitur. v. K, 153. In hunc sensum ap. Hesych. in ἔγχεσιν ἀμφιγύοις et in ἀμφιγυιῶσαι, sunt dicta ἀπὸ τοῦ ἑκατέρωθεν εἰς γῆν πῆξαι. Alio modo, ex eodem etymo dicta videntur quae ap. Apollon. Lex. sunt: ἀμφιγύοισι· τοῖς ἐξ ἑκατέρου μέρους (summa, puto, et infima) γυῶσαι (γυιῶσαι) δυναμένοις, οἷον βλάψαι. (h. e. vulnerare). Eodem puta, redire, quod in Schol. B. legitur: ἀμφοτέρωθεν βλάπτουσι, καὶ γόνυ ἐπάγουσιν, ἀπὸ αἰχμῆς τε καὶ στύρακος. Leg. καὶ γόον ἐπάγουσιν. Firmari potest ex Eustathio: ἢ τὰ ἀμφοτέρωθεν ἐπάγοντα γόον, ἀπό τε τῆς ἔμπροσθεν αἰχμῆς, καὶ τοῦ ἐν τῷ πέρατι σιδηρέου στύρακος, ὡς οἱονεὶ ἀμφίγοα, καὶ Αἰολικῶς, ἀμφίγυα. Addit tamen Apollonius eod. loco: ἔνιοι δὲ, τοῖς διὰ χειρὸς δυναμένοις (sc. βλάψαι· excidit διὰ χειρὸς ἑκατέρας vel ἑκατέρωθεν). quod etiam factum arbitror in Etymol. ἔνιοι τοῖς διὰ χειρός. οἱ δὲ μακροῖς καὶ ὀξέσιν. Eustath. ἄλλοι δὲ ἀμφίγυα εἶπον, τὰ ἀμφοτέροις γυίοις, ὅ ἐστι, χεροῖν ἀμφοῖν, τοῖς τῶν πολεμίων ἐπερειδόμενα σώμασιν. quae vides conuenire cum ratione, quam supra e Schol. A. primo loco apposui. Alio modo hastas cuspide ancipite reddunt Schol. br. ἑκατέρωθεν ἠκονημένοις καὶ βλάπτειν δυναμένοις. sunt ergo δούρατα ἑκατέρωθεν ἐστομωμένα.

Occurrunt haec ἔγχη ἀμφίγυα, et ipse versus, aliquoties Ξ, 26. Ο, 278. 712. Π, 637. Ρ, 731 et al. Occurrunt quoque ap. Apollon. Arg. III, 1355. Mirum est nusquam scribi ἀμφίγυια, quod tamen necesse esset ex etymo, τὸ γυῖον. Atqui id ipsum nec fit in ἀμφιγυήεις vt vidimus Α, 607. cum tamen scribantur γυιῶσαι, ἀπογυιῶσαι. Apparet itaque vsu loquendi diphthongum abolitam esse. Omnino manifestum fit, vocem (etsi ea vtitur Apollon. III, 1355) mature fuisse antiquatam, adeo·

que ex etymo definitam; quoties enim occurrit, est epitheton hastae. Bene se haberet, si esse posset, quae cuspidem habet *ancipitem;* id enim ad rem maxime est idoneum; dictum sic vt δίστομον. ἀμφίστομον. Si tamen τὰ γύα vel γυῖα vix aliter quam de *extremis partibus* accipere licere dixeris: erit ἀμφίγυιον merum epitheton *ornans* hastae vtrinque ferro munitae. Apud Sophocl. Trachin. 504 (512) in choro etiam duo pugnantes Achelous et Hercules dicuntur ἀμφίγυοι, in quo reddendo non minus ariolantur interpretes; analogiae conueniret, cum τὰ γυῖα sint *manus*, et quidem eo loco *cum notatione roboris,* esse τὸν ἀμφίγυον, *qui vtraque manu fortis est*, ἀμφοτέρωθεν h. e. ἀμφοτέραις χερσὶν, vtpote in lucta, μαχόμενος.

148. ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη. &c. „quod Zenodotus: ὁ δὲ χάσσατο πολλὸν ὀπίσσω.“ Quibus in Sch. A. subiicitur: ἠγνοίησε δὲ, ὅτι τὰ ἐμπεπηγότα δόρατα τῇ ἀσπίδι ἀναχωροῦντες διατινάσσουσιν, ἵνα ἐμπέσῃ. Primo leg. ἵνα ἐκπέσῃ. tum vero insolens est notio, quam voci πελεμίχθη, subiicit, vt sit pro ἐπελεμίξατο, vel ἐπελέμιξε τὴν ἀσπίδα. Verum de hoc iam dictum est ad Δ, 535.

149. ἤυσεν δὲ διαπρύσιον. nunc tandem hoc interpretatur Sch. A. et Sch. br. de quo iam vidimus ad Θ, 227.

151. οὔτοι δηρὸν ἐμὲ σχήσουσιν. οὔτι δηρὸν male edd. Flor. Aldd. Rom. et hinc omnes: cum codd. parte. Videtur primus οὔτοι, quod et codd. Ven. Lipſ. Cant. Harl. firmant, reposuisse Barnes. At idem appingit „γρ. οὔτι με δηρὸν ἔτι, et οὔτ' ἔτι δηρὸν ἐμέ.“ quae eius coniecturae sunt, non lectiones codicum.

152. καὶ μάλα πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες. πυργηδὸν, δίκην πύργου. ἐν τάξει. Sch. A. br. Vidimus iam ad M, 43. σφέας pronuntiandum esse σφᾶς monet Clarke, quia ας sit longa; qua analogia hoc contendat, ignoro: Nec quia vna plerumque affertur σφέας, sequi,

tur ας contra morem longam esse. σφέας αὐτοὺς iam vidimus M, 43. 86. et μάλα γὰρ σφέας ἄκ' inf. P, 278.

153. ἀλλ' οἴω, χάσσονται. οἴω. Sch. B. melius esse censet οἴῳ pro μόνῳ Hectori; nisi sit οἴω, πέπεισμαι. ἐτεόν περ Vrat. d.

154. ὤριστος. „γρ. ὢ 'ριστος. Barnes. Praefert ἄριστος Bentl. quod et Vrat. d. habet. cf. ad Λ, 288.

155. Turbat θυμον ϝεκαστου. sed huic iam occurri vidimus a Bentleio μένος θυμόν τε ϝεκάστου ad E, 470 et al.

157. πάντοσ' εϝισην. Alii πάντοσε ἴσην. Scriptura vbique variante; etiam mox 162. cf. ad Γ, 347.

158. κοῦφα ποσὶ προβιβὰς, καὶ ὑπασπίδια προποδίζων. Iterum inf. 806. 807. Vtroque loco variat in codd. Ven. et Schol. scriptura; ὑπ' ἀσπίδια, et ὑπασπίδια. hoc alterum vere, vt sit adiect. *neutr.* pro aduerbio. add. Π, 809. Sch. A. cum Sch. br. et Eustathio recte ὑπὸ τὴν ἀσπίδα ἠρέμα καὶ εὐρύθμως βαίνων. Sed subiiciuntur alia, quae inter se dissident, cum Deiphobus modo toto corpore tectus, modo ἀμφιβρότην ἀσπίδα non tenuisse dicitur. Similia in Sch. B. an ex vs. 163? Sed in his nolumus morari. Non enim obscurus est Deiphobi incessus, qui animosum pugnatorem deceat, κούφοις ποσί. Et Apollon. Lex. ὑπ' ἀσπίδα, (quod et in Lips. legitur, et in edd. Flor. Ald. 1. pro ὑπ' ἀσπίδια, quod codd. habent, vt Vrat. b. d.) seu vt emendatum, ὑπασπίδια, προποδίζων, ὑπὸ τὴν ἀσπίδα τιθεὶς τοὺς πόδας, καὶ οὕτως προβαίνων. ποδήρεις γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες. Priora exscripsit Hesych. in quo et προβιβὰς, et προποδίζων ex h. l. est προβαίνων. Diuersum est quod Toup. Emendatt. ad Suid. To. I, p. 310. comparat, vbi intendunt arcum, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες, *imposito pede, arcui humi inclinato:* quod Arrianus ἀντιβάντες τῷ ἀριστερῷ ποδὶ dixit. At h. l. est προποδίζειν, προβαίνειν, προβαδίζειν, de incessu. Aliter τὸν ὑπασπίδιον κόσμον h. e. τὸν ἐνόπλιον, dixit Sophocl. Ai. 1415 (1424). κοῦφα autem non ἐπ' ἄκρων τῶν ποδῶν, vt est in Sch. br. aut μετέωρα καὶ ὑψη-

λὰ προβαίνων, vt ibid. ſed *leui*, *alacri*, *celeri*, *inceſſu*.

159. Μηριόνης δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ. ⊱ „quod ad αὐτοῖο ſupplendum eſt ἐπὶ, et quod hoc eſt dictum pro ἐπ' αὐτόν.“ Porro Etymol. in τιτυσκόμενοι. τιτύσκεσθαι — τὸ στοχασμῷ χρῆσθαι. μηροὺς δ' ἐν τοῖσι τιτύσκετο. emendatum a viris doctis ex h. l. Habet ἐν τοῖσι laudato hoc verſu quoque Apollon. Lex. in τιτύσκετο. Poteſt antiquior haec lectio interpolata videri inf. ex v. 370 Ἰδομενεὺς δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ.

162. ἐν καυλῷ ἐάγη δολιχὸν δόρυ. „ἐν καυλῷ eſſe pro κατὰ τὸν καυλὸν, *qua parte* haſtae ferro lignum inſertum eſt,“ notat Sch. B. vti Z, 40 ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ. Scilicet καυλὸς, quod lexica docent, eſt proprie caulis, ſcapus, omnino; tum extrema pars haſtilis, quae ferro iungitur, cauo ſeu foramini ferri immittitur et annulo ferreo firmatur. Parum diſerte Apollonii Lex. καυλὸς τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος. Pleniora dant Heſych. Etymol. alii Euſtath. et ipſa Scholia h. l. et B. inf. N, 608. — Tandem εϝαγη Bentl. At videri fuiſſe εν καυλῳ ϝαγη. monitum ad Γ, 367.

163. ἀσπίδα ταυρείην σχέθ' ἀπὸ ἕο. „ἀπὸ ἕο. γρ. ἀπαὶ ἕο.“ Barnes. de ſuo credo. σχέτ' ἀπαὶ ἕο eſt in vno Vindob. in altero σχέτο ἀπὸ ἕο. Fuit απο ϝεο. v. ad B, 239.

165. χώσατο δ' αἰνῶς ⊱ „quod χώσατο nunc pro συνεχύθη (vt legendum pro ἐνεχύθη.) Sch. A. Similia Sch. B. ἐλυπήθη Schol. br. Volunt adeo eſſe *animo turbatus, commotus eſt*. Similiter acceptum videbimus χώσατο Ξ, 406. Φ, 519. X, 291.

166. ἀμφότερον, νίκης τε καὶ ἔγχεος, ὃ ξυνέαξε. ⊱ „quod deeſt περὶ νίκης καὶ περὶ ἔγχεος.“ Tum Zenodotus ediderat ξυνέηξε. Quod eſt contra vſum Homeri, niſi prouoces ad Jl. Ψ, 392 ad q. l. vide. ὃ συνέαξε Lipſ. quod probabat Ern. tanquam Ionicum. Fuit autem ξυνεϝαξε. v. ad Γ, 367.

167. ἰέναι. „γρ. ἴμεναι." Barnes.

168. οἰσόμενος δόρυ μακρόν. Fuit ad h. v. ζήτημα, quod habes in Sch. B. cum λύσει· cur ipſe Meriones ad haſtam petendam diſcedat, non alium mittat. Inter plura ſufficit hoc, quod ipſe ſine haſta in pugna verſari non poterat. Ceterum hoc tandem loco docent vim, quam mediam dicimus in diſcrimine inter οἴσων et οἰσόμενος Sch. B. Sch. br. et Euſtath. ſecundum τοὺς παλαιούς.

κλισίηφι cum Erneſtio praetulit ei quod vulgatum erat κλισίηςφι Wolf. ex Euſtath. et Lipſ. Accedit Venetus. Mori, probante Bentleio, Vrat. A. Etſi alibi promiſcue κλισίηςφι ponitur, h. l. tamen κλισίηφι accommodatius eſſe nemo neget.

172. ναῖε δὲ Πήδαιον. „quod Zenodotus legebat ὃς νάε Πήδαιον. ſed nec neceſſe continuare ſic orationem. In ſeqq. iugulatur verſus: πρὶν ἐλθεῖν. poſſe produci πρὶν bene teneo; toties tamen occurrit πρίνγ'. — Πήδασον eſt in ed. Flor. Sch. br. et adiectum Πήδασος, πόλις Καρίας. Male. v. ad Z, 34. media eſt breuis.

173. Μηδεσικάτην. Lipſ. at verum nomen Μηδεσικάστην, eſt ap. Apollodor. et al. Erat inter captiuas in pictura Polygnoti ap. Pauſan. X, 25 p. 861 extr. vbi ad h. l. reſpicit.

177. τὸν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος. τὸν δ' υἱὸς Vrat. A.

178. ὁ δ' αὖτ' ἔπεσε. „ἐν ἄλλῳ· ὁ δ' αἶψ' ἔπεσε" Sch. A.

179. ἥτ' ὄρεος κορυφῇ. Ariſtarchea lectio. Alii κορυφῆς plurali numero. Sicque Cant. Mori. Harl. et Italici codd. a Th. Bentleio inſpecti, Vrat. b. d. et vn. Vindob. Verum *plurium* locorum notio infringit vim poeticam. Et eſt κορυφῇ etiam in Sch. br. Euſtath.

περιφαινομένοιο. περιφανοῦς. ἐκ περιωπῆς.

180. ταμνομένη recte Barnes reſtituit ex vſu poetae et codd. Cant. Mori. Euſtath. add. Ven. Lipſ. Harl. Vratt. Vindob. ed. Rom. At ceterae τεμνομένη. v. ad Θ, 87.

τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ. πελάσσῃ. Errore, etſi non prorſus abſono, Scholio B. praefixum πετάσσῃ. quod

et Vrat. A. habet a pr. m. At πελάσσειν τὰ φύλλα τῇ χθονὶ eſt pro πεσεῖν· nam *cadendo admouet frondes terrae* arbos.

184. ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος. Sch. B. λείπει τὸ φερόμενον. haſtam *per aerem volantem* voluit intelligere.

186. νισσόμενον πολεμόνδε. „γρ. νεισόμενον. Townl. Vrat. d. Lipſ. νισόμενον. (Bentl. inde laudat νεισ.) Ven. nota varietate. v. ad I, 381.

190. ὀρέξατο δουρὶ φαεινῷ. occupauerat locum τοῦ ὀρέξατο vox ἀκόντισε ex v. 183. Praebebant tamen illud Sch. br. Harl. Lipſ. etſi in vtroque additur: γρ. ἀκόντισε. Mori. Townl. Vrat. b. pro var. lect. adde ed. Flor. quam deſeruit Ald. 1. nunc quoque Ven. multoque magis poſtulat ipſa ratio: nam Aiax vtebatur haſta longa: quam paullo ante Imbrii vulnere extraxerat 177. 178. itaque reuocandum duxi eſſe. De vocis vſu v. ad Δ, 307. ὠρέξατο extendit ſe, prominuit κατ' αὐτοῦ σὺν δουρί. vt vulnere percutiat. Peſſime ἀκόντιζε Turneb. Steph.

191. ἀλλ' οὔπῃ χρόος εἴσατο. ⊱ „quod χρόος per diaereſin dixit pro χρὼς et εἴσατο, ἐφάνη." Sch. A. Scilicet duo diuerſa ſunt verba a quibus εἴσατο ductum eſſe poteſt, ſiue ab εἴδομαι, conſpicior, φαίνομαι, ſiue ab εἶμι, quod olim εἴω, εἴσω et ſic porro; eſt adeo, εἴσατο vel *penetrauit* haſta in corpus: οὐκ εἴσατο δόρυ διὰ χροὸς, οὐ διῆλθε, vel οὔ πῃ, οὐκ εἴσατο, ἐφάνη, ὁ χρὼς vel ὁ χρόος, χροῦς, *nusquam corpus, cutis conſpiciebatur, quod totum thorace erat tectum.* In altera hac ratione deſiderabatur χρὼς, quod et Zenodotus ediderat, male is deſertus hoc quoque loco vel, χροῦς, caſus primus, in priore χροὸς, accipiendum eſt caſu ſecundo, pro διὰ χροὸς, vt Δ, 138 οἰστὸς διὰ μίτρης — διὰ πρὸ δὲ εἴσατο καὶ τῆς. At veteres duo haec confuderunt, atque etiam in altero, εἴσατο διῆλθε, retinuerunt χρόος, vt ſit nominatiuus: (hoc quoque Suidas) poterant dicere eſſe pronuntiandum atque etiam ſcribendum χροῦς, ſed putarunt illi eſſe χρὼς, diphthongo reſoluta in οο. Contorte! tum vero non viderunt dis-

ſyllabum χροος ante εἴσατο, διῆλθεν, locum nequaquam habere. deberet eſſe χρόος ante ϝείσατο. Audiamus nunc reliqua Scholii: „χρόος Ariſtarchus; idque Tyrannio teſtabatur; contra Alexio narrauerat χροὸς ab Ariſtarcho (f. ab Ariſtophane) ſcriptum fuiſſe. Schol. A. vtrumque ferri poſſe putabat. Ignorabatur digamma iam tum; alioqui animaduertere debuiſſent ante ϝεισατο (a ϝειδομαι) χρόος per diaereſin peccare in metrum. Saltem contractum et χρόος, vt ſit pro χρὼς, et χροὸς, vt ſit pro χρωτὸς, et εἴσατο pro διῆλθε· praeferendum autem eſſe alterum hoc, quia primus caſus ὁ χροὸς apud Homerum non occurrit, ſed χρὼς, (χρωτὸς) vt Δ, 510 ἐπεὶ οὔτι σφι λίθος χρὼς οὐδὲ σίδηρος. Ex dictis patet, lectionem, quam habemus, χροὸς εἴσατο eſſe vitioſam, nam haud dubie eſt h. l. ab εἴδομαι, corpus enim conſpici non poterat, vt haſtam ei infigeret, quippe Hector toto corpore armatus erat; ergo legendum aut χροῦς, aut χρὼς ϝεισατο.

Porro πᾶς δ' ἄρα vel ὁ χρὼς, vel Hector. πᾶς autem ὅλος. χαλκῷ σμερδαλέῳ, τῷ ἐκπλήττοντι ἐν τῷ βλέπεσθαι Euſtath. v. ſup. ad B, 309.

192. οὖτα. ita nunc vbique editum: cum toties quoties occurrerat, adhuc editum eſſet οὖτα, etiam in fine verſus, vt h. l. Λ, 490. inf. 561. v. ſup. ad Δ, 319. Sane οὖτα etiam h. l. Vrat. b. d. Poteſt tamen οὖτα ſcribi; nam fuit non modo οὐτάζω, οὔτημι, (et vt cenſeo οὔταμι) verum et οὐτάω. Od. X, 356 μηδέ τι τοῦτον ἀναίτιον οὔταε χαλκῷ.

194. ἐξείρυσαν Ven. et al. vt in locis aliis. v. A, 141. Bentl. adſcripſerat ἐκϝειρυσσαν. ſed v. Excurſ. de Digammo.

195. Στύχιος Barocc. et Mori. Στίχιος vulgo. E canone grammaticorum Στιχίος.

196. κόμισαν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν. Vulgata erat κατὰ λαὸν, quod alienum ab vſu praepoſitae voculae eſt. μετὰ λαὸν eſt in Ven. Lipſ. et al. codd. etiam in edd. Illatum κατὰ in edit. H. Steph. mero ſphalmate typo-

grapho quod seruarunt editores, et ipsi Glasg. Schol. A. addit: „ἐν ἄλλῳ· μετὰ ἔθνος" quod haud dubie antiquius fuit, male correctum ab Alexandrinis, qui non videbant esse μετα ϝεθνος.

197. Αἴαντε μεμάοτε θούριδος ἀλκῆς. ⊱ „quod duali vtitur συνεχῶς (num, *per totum locum*, an, *semper de Aiace* vtroque, an tantum in voc. Αἴαντε? Recte hoc postremum.) idque notatur respectu patriae: (Salaminis quae Atheniensibus accensa) iis enim proprius is vsus dualis" Sch. A. quam subtiliter! Mallem docuisset vsum casus secundi post μεμαότε. Sollennis vsus est cum infinitiuo μέμασαν μάχεσθαι et similia, tum absolute μεμαώς. ἔγειρεν Ἕκτορα — μάλα περ μεμαῶτα καὶ αὐτὸν O, 604 et al. At cum casu secundo iunctum occurrit quidem interdum, vt tamen possis alio modo accipere: P, 181. 182 ἤ τινα καὶ Δαναῶν ἀλκῆς, μέγα περ μεμαῶτα, σχήσω. hic iungenda sunt ἀλκῆς σχήσω. et I, 651 Ἕκτορα, καὶ μεμαῶτα, μάχης σχήσεσθαι ὀΐω. Υ, 256 ἀλκῆς δ' οὔ μ' ἐπέεσσιν ἀποτρέψεις μεμαῶτα: vbi est ἀλκῆς ἀποτρέψεις. At h. l. est μεμαῶτε ἀλκῆς, aut vt sit διὰ ἀλκῆς, ἀλκῇ, virtute incitati, ὁρμῶντες, vt sit idem quod ἀλκῆς μνήσασθαι, μέδεσθαι, aut vt ἀλκὴ sit pro μάχη, appetentes pugnam, cupiditate pugnandi flagrantes: vt E, 732 Iuno ἔριδος μεμαυῖα καὶ ἀϋτῆς.

μεμαῶτε miro stupore edd. vsque ad Barnes. Sane et haec forma recte se habet, obuia B, 543. 818 et al. diuersa tamen prosodia.

198. Comparatio tantum ad direptionem a binis factam spectat; non enim inter leones societas est, sed, altero rapiente, subit leo alter praedae partem sibi praedatur. Hoc Scholion vnde natum sit, disco ex Eustathio, qui narrat, Zenodotum legisse δύ' αἶγε, dicens, ὡς λέοντες οὐ συμμαχοῦσιν ἀλλήλοις. Ita vero euertitur comparatio, si vterque leo capram suam aufert. Duo leones vna praedatum exeuntes memorantur et alibi, vt E, 554. Laudat Schol. A. fragm. Aeschyli: εἷλκον ἄνω λύκηδον.

καρχαροδόντων vidimus iam K, 360. ſunt τραχεῖς (Sch. br. ὀξεῖς καὶ ἐπικαμπεῖς) ὀδόντας ἔχοντες.

199. ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνά. οἱ τόποι ἐν οἷς ῥῶπες φύονται, ῥῶπες δὲ πολύφυλλα καὶ ἱμαντώδη φυτὰ δρυῶν (F. δρυμῶν, ſiluarum) Schol. B. et br. Similia Apollon. Heſych. Etymol. Plura admiſcet Euſtath. Occurrunt ῥῶπες aliquoties in Odyſſea. Apud Apollon. Lex. recitatur διὰ ῥωπήϊα, memoriter.

200. μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντε. Cant. et vn. Vindob. ἔχοντες. κατὰ γ. ed. Erneſti, ſed operarum vitio.

γαμφηλῇσι. iterum Π, 489. Τ, 394. vox antiquata. Notat eam primo loco Apollon. Lex. ταῖς σιαγόσι, οἱονεὶ καμφηλαὶ, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ σχῆμα ἐπικεκάμφθαι.

201. δύω Αἴαντε κορυστὰ, tamen Porphyr. ad Δ, 457 κορυσταὶ ſcribit, cum vno Vindob.

202. τεύχεα συλήτην. pro ἐσυλάτην. Schol. br. „ἢ Δωρικόν ἐστιν, ἢ παρὰ τὸ συλησάτην" reſtat tertium, fuit non modo συλάω, ſed et συλέω, vnde et factum συλεύω.

ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς. Vrat. b. a m. ſec. ὑπὸ δειρῆς.

203. κόψεν Ὀϊλιάδης, κεχολωμένος Ἀμφιμάχοιο. ⸖ „quod ſupplendum περὶ ad Ἀμφιμάχοιο; et quod Zenodotus, qui Ἰλεὺς pro Ὀϊλεὺς vbique ſcripſerat, etiam h. l. exhibuit κόψε γὰρ Ἰλιάδης. De hoc v. ad B, 527.

Nouum eſt, monitum tamen quoque ab Etymologo, in Βουτίδης l. 9. quod Euſtath. ad h. l. diſputat, ſcribendum eſſe Ὀϊληάδης, contra quam vetera exemplaria habeant: eſſe enim Ὀϊλεὺς, Ὀϊλῆος, non autem Ὀΐλιος, Ὀϊλίου, vt inde duci poſſit Ὀϊλιάδης, vt ex Δέξιος Δεξιάδης. Atqui ex Ὀϊλῆος, ſi analogiam ſequeris, non Ὀϊληάδης, ſed Ὀϊληϊάδης ducendum erat, vt Πηληϊάδης. Veriorem rationem hanc habeo: ex Ὀιλέως eſt Ὀιλείδης, vt Πηλείδης, hinc Ὀϊλίδης, Ὀϊλιάδης.

204. ἧκε δέ μιν σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου. σφαιρηδὸν δίκην σφαίρας, quod illuſtrat Euſtath. „Ordo: ἧκε δέ μιν δι' ὁμίλου σφαιρηδὸν, συστρέψας τὴν χεῖρα, πρὸς τὸ εὔτονον τῆς βουλῆς." Schol. B. qui ſic reddit τὸ

ἑλιξάμενος, quod eſt circumagens ſe ad iactum validiorem. Schol. br. *ἐπιστραφείς*.

Cum vbique ſit in Homericis *ϝελίσσω*, laborat metrum in *σφαιρηδὸν ϝελιξάμενος*. Bentleium hoc vitium non fugit; ipſe emendabat *σφαιρίνδα*, vt *φαινίνδα. φεννίνδα*. Lubricum eſt, nouam vocem procudere ad medelam loci. Si Heſychium inſpexeris; „*φεννίδα, παιδιὰν σφαίρας*“ legitur, quod et Suidas habet et Euſtath. p. 1554, 36. emendatum illud eſt a viris doctis ex Athenaeo, *φαινίνδα*, dictum quaſi *σφαιρίδδα* aut *σφαιρίνδα*.

Mihi magna ſuſpicio ſit, vſſ. 204. 205 a rhapſodo aliquo inſertos eſſe; qui forte ſibi in hoc ingenioſus eſſe videbatur. Meminerat forte verſus Λ, 146. 147. Facile tamen erat verſum proſodice reſtituere: *σφαιρηδὸν δέ μιν ἧκε ϝελιξαμενος*. Forte tamen neque eo eſt decurrendum, ſed fuit antiquitus ſcriptum *σφαιρηδὰ*, vt videmus ap. Heſiod. Theog. 367 *ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες* et *καναχηδὰ κυλινδόμενοι φορέοντο* ap. Apollon. III, 71. quod alias eſt *καναχηδὸν* ſicque alia.

Grammatici laborant in excuſanda immanitate Aiacis Oilei f. aliena a virtute Telamonii generoſa. Si tamen ille Caſſandram potuit vi ab ara abſtrahere, et deos conuiciis laceſſere: res non eſt adeo aliena ab eius perſona.

205. *Ἕκτορι δὲ προπάροιθε ποδῶν.* — „quod *Ἕκτορι* pro *Ἕκτορος*“ Schol. A.

206. *πέρι — ἐχολώθη*. vt modo ad vſ. 52.

209. *ὀτρυνέων Δαναοῖς Τρώεσσι δὲ κήδε' ἔτευχεν.* Nemo legit *κήδεα τεύχων*. quod poſt *ὀτρυνέων* expectabam; ne quidem *κήδεα τεῦχεν* Ionice.

211. Laborarunt in nomine *τοῦ ἑταίρου*, et fuerunt, qui pro nomine proprio acciperent. Diſcas ex Euſtathio: adde Sch. A.

212. *ἦλθε* pro *ἀπηνέχθη εἰς τὴν σκηνήν*. Sch. B. At Sch. A. „*κατ' ἰγνύην. Ἰωνικῶς μετέβαλε τὸν τόνον. ἐπεὶ τὸ ἀκόλουθον ἰγνύα ἐστίν. ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ια τῆς καθόλου.*“ Voluitne ſcriptam olim vocem fuiſſe *ἰγνυά*?

Alia obſeruatio eſt Euſtathii ſuper ſpiritu mutato, cum ἡ ἰγνὺς et ἡ ἰγνύη (*poples*) ducta ſint ἀπὸ τοῦ ἱκνεῖσθαι, pro ἱκνύη. add. Etymolog.

βεβλημένος repoſuit Barnes pro βεβολημένος, quod edd. obſederat, ex obſeruatione grammaticorum, de qua dictum ſup. ad I, 3. adhiberi hoc de animo, illud de vulneribus. Eſt vero etiam βεβλημένος lectio codd. quotquot collati fuerunt omnium.

213. τὸν μὲν ἑταῖροι ἔνεικαν. ⊱ „ἡ διπλῆ, ὅτι „ἔνεικαν" εἴρηκεν, ὡς βαπτιζομένου αὐτοῦ διὰ τὸ τραῦμα. Sch. A. Vocis vſum hunc non noui. f. βαρυνομένου. βεβλαμμένου, βασταζομένου.

214. ἤϊεν ἐκ κλισίης. Barnes e Cant. intulerat ἐς κλισίην. (ſc. vt eſſet: tendebat in tentorium ſuum) quod ad ſententiam perinde eſſe aiebat Clarke. Erneſti recte monuit, non eſſe perinde, ſed alterum melius: (ſc. prodibat ex amici tentorio et ſuum tentorium ingreditur inf. 240.) Habent Cantabrigienſem lectionem etiam Mori. Lipſ. ap. Bentl. Mss. Tho. Bentleii, et Vrat. d. ἐν κλισίην vn. Vindob.

215. προςέφη κρείων Ἐνοσίχθων. vn. Vindob. ἔπεα πτερόεντα προςηύδα.

216. εἰσάμενος φθογγήν. ἀπὸ μέρους δηλονότι τὸ ὅλον σῶμα. Sch. B. φωνὴν Mori. Barocc. ὅμοιος φαινόμενος· ὁμοιωθείς.

217. ὃς πάσῃ Πλευρῶνι — ἤνασσε. ⊱ „quod tertius caſus pro ſecundo: ὃς πάσης Πλευρῶνος." Sch. A. et Sch. br. Potius duplex datiuus erat notandus: ἤνασσεν Αἰτωλοῖς (ἐν) πάσῃ Πλ.

218. Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε. Poſt hunc verſum Cantabr. alium interpoſuit plane otioſum: τῷ μιν ἐεισάμενος προςέφη κρείων Ἐνοσίχθων. Legitur quoque in Townlei. et in marg. Lipſ.

Facit mirationem, quod hic in Scholiis omnibus nunc demum apponuntur mythica de Aetolis: quae ſup. B, 643 locum ſuum habebant. Apparet itaque et ex h. l. multa in Scholiis aut caſui deberi, aut fuiſſe in libros

ſingulos commentaria, in quibus notarentur interdum ea quae pro conſilio iſto bene monerentur, verum in totius apparatus congerie hic erant omittenda et opportuniori loco ſeruanda.

219. 220. ποῦ τοι ἀπειλαὶ οἴχονται; Sch. br. inepte diſtinguunt: ποῦ τοι ἀπειλάι; Οἴχονται. Damnat quoque Clarke et laudat ex Θ, 229 πῆ ἔβαν εὐχωλαί; olim in inſula Lemno iactatae! Inf. Υ, 83 iterum: ποῦ τοι ἀπειλαὶ, τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπέσχεο, οἰνοποτάζων;

222. ὦ Θόαν, οὔτις. ⊱ „quod Θόαν cum ν ſcriptum eſt, notatur, reſpectu verſus: ὦ τε σὺ, Κάλχαν (A, 86) vbi Zenodotus legebat Κάλχα. v. ſup. ad vſ. 68.

νῦν γ' αἴτιος. Deeſt γ' in Cant. Harl. Vrat. b. d. Lipſ. Ven. Addit tamen Schol. A. „νῦν γ' Ariſtarchus."

223. γιγνώσκω, πάντες γὰρ ἐπιστάμεθα πτολεμίζειν. ⊱ „quod ἐπιστάμεθα pro δυνάμεθα. πτολεμίζειν recte reſtituit poſt — θα Barnes ex vſu Homerico et codd. Mori. Barocc. γινώσκω, γιγνώσκω, variant et h. l.

224. οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τις ὄκνῳ εἴκων. „in nonnullis exemplaribus οὐδέ τινα" Sch. A. τινὰς emendat Bentlei. equidem haud parebo.

δέος ἀκήριον, quod vi et virtute priuat. v. ad E, 812.

ὄκνῳ εἴκων, ὀκνῶν. vidimus iam K, 122. cf. ad I, 594.

225. εἴκων, ἀνδύεται πόλεμον κακόν. „ἀνδύεται, οὕτως διὰ τοῦ ῡ, αἱ Ἀριστάρχου." Sch. A. Quae igitur alia potuit eſſe lectio? forte εἴκων, αὖ δύεται. Seruauit Scholion ad h. l. Heſychius: ἀνδύεται, ἀναβαίνει. ἀνδύεται, ὑπεγκλίνει, μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν ἀφηνιαζόντων ὑποζυγίων καὶ οὐ θελόντων ſcil. δύεσθαι ὑπὸ ζυγόν. cf. Euſtath. Duplex eſt vocis notatio; altera petita ab etymo, vt ſit emergere, altera a bubus, iugum recuſantibus, et iugo impoſito ſe ſubducentibus, vt ſit recuſare, refugere, ita eſt ἀναδῦναι, ἀναφυγεῖν, ἀναχωρῆσαι ap. eund. Heſych. quod erat ſup. H, 217 ὑποτρέσαι οὐδ' ἀναδῦναι. et Od. I, 377 μή τις μοι ὑποδείσας ἀναδύῃ.

fort. ἀδδύεται

226. *μέλλει δὴ φίλον εἶναι.* ⊱ „quod *μέλλει* pro *ἔοικε*“ Schol. A. cum Schol. br. et al. Occurrit tamen hoc ſaepe et in hac ipſa ſententia Ξ, 69.

227. *νωνύμνους ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.* In Veneto: *υἷας Ἀχαιῶν.* Schol. A. tamen vulgatam pro var. lect. laudat; vtramque Lipſ. et Euſtath.

νωνύμους male intulerat cum verſus vitio Barnes, etſi adſtipulantibus codd. Cant. Mori. Harlei. v. ſup. ad M, 70. In Schol. br. eſt *νωνύμνους. ἀνωνύμους. νωνύμους.*

228. 229. *καὶ γὰρ τὸ πάρος μενεδήϊος ἦσθα, ὀτρύνεις δὲ καὶ ἄλλον, ὅθι μεθιέντα ἴδηαι. μενεδήϊος.* v. ad M, 247.

ὀτρύνεις· poſt *τὸ πάρος ἦσθα* expectabas forte *ὤτρυνες.* hoc quoque Henr. Stephanus cenſebat. Clarke nihil opus eſſe ait, nam *ὀτρύνεις* et *ἦσθα* ſic ſatis apte cohaerere, non ſatis apte *ὤτρυνες* cum *ἴδηαι.* hoc alterum non aſſequor; prius vero multo minus apte cohaeret; nam *πάρος* cum praeſenti iungi amat: v. Obſſ. ad M, 347. hoc eſt, quod ſenſiſſe videtur grammaticus in Schol. A. qui *ὀτρύνεις* pro praeterito poſitum eſſe cenſet, vt *ζαχρηεῖς τελέθουσιν·* quod eſt hemiſtichium M, 347. cf. ad A, 553. Acutius vidit Bentlei. qui coni. *τὸ πάρος μενεδήϊος ἐσσί.* vt Ξ, 131. 2 *ἄλλους δ' ὀτρυνέοντες, — οἳ τὸ πάρος περ — ἀφεστᾶσ' οὐδὲ μάχονται.* In Townl. eſt *ὀτρύνοις,* non male; inprimis ſi correxeris prius *ἦσθα.* in ed. Rom. eſt *οἶσθα.*

τὸ πάρος et *τοπάρος* variat et h. l.

Porro *ὅτε μ.* eſt in Ven. habet quoque Vrat. A. At Sch. A. *γρ. καὶ ὅ, τι μ.* Zenodotus *ὅ, τις μεθίησι πόνοιο.* Etiam hoc bene: *ὅθι μεθιέντας ἴδοιτο* iam ſup. vidimus Δ, 516. vbi cf. ad 240. *ὅθι τε* Lipſ. *ὅ οἱ* Townl. cum gl. *γρ. ὅτε. ὅθι* in *ὅπου* mutare malebat Barnes. ſine vllo fructu.

232. *ἔτι νοστήσειεν.* Vindob. Alt. *ἐκνοστήσειεν.* In fine *ἴδοιο* Townl.

233. *ἀλλ' αὖθι κυνῶν μέλπηθρα γένηται.* ſcil. *κεῖνος ἀνήρ.* „*μέλπηθρα, ἐμπαίγματα, παίγνια.* (*ἀπὸ τοῦ μέλπειν, μέλπεσθαι, παίζειν*) *ſolent enim canes ſatiati carnes iactare et distrahere:* At leo totum comedit;

vnde Cyclops: ἤσθιε δ' ὥςτε λέων Od. I, 292." Haec Sch. A. B. Aliis verbis eadem dicit Apollon. Lex. h. v. Hesych. alia Eustath. Vox iterum occurrit P, 255. Σ, 179.

234. ὅς τις ἐπ' ἤματι τῷδε ἑκὼν μεθίῃσι μάχεσθαι. Digammum fuit τῷδε ϝεκων. hoc non tenens praeferebat Ernesti tanquam concinniorem ordinem verborum interpolatum in mſ. Lipſ. ὅςτις ἑκὼν μεθίῃσιν ἐπ' ἤματι τῷδε μάχεσθαι. ἑκὼν μεθίῃσι μάχεσθαι vt ſup. Il. Z, 523 Hector obiurgans Paridem: ἀλλὰ ἑκὼν μεθίεις τε καὶ οὐκ ἐθέλεις. vbi ſubint. μάχεσθαι, et Agamemnon K, 121. 2 de fratre: πολλάκι γὰρ μεθίει τε καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι (h. μάχεσθαι) οὔτ' ὄκνῳ εἴκων etc.

235. 6. ταῦτα δ' ἅμα χρὴ σπεύδειν. ⊱ „quod σπεύδειν nunc non eſt ταχύνειν, ſed ἐνεργεῖν μετὰ κακοπαθείας καὶ ταλαιπωρίας." Schol. A. B. add. Sch. br. Similiter σπεῦσεν exponitur apud Heſych.

αἴκ' ὄφελός τι γενώμεθα, h. e. ὠφέλιμοι. Idem inf. P, 152. X, 513. Scholion ad h. l. eſt ſeruatum in Heſychio: ὄφελος. αὔξησις (ab ὀφέλλειν *augere*), ὄνησις, ἐπικούρημα. κέρδος. Conuenit quod alias Homerus ait, αἴκεν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι. vt Θ, 282.

γενοίμεθα Schol. Bibl. S. Germ.

καὶ δύ' ἐόντε. Barocc. ἐόντες. cum vno Vindob.

237. συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, καὶ μάλα λυγρῶν. (Deficit ⊱) Tricantur grammatici et moleſtias faciunt; cf. vel Euſtathium. Iungebant, quod et faciendum eſſe Ariſtarcho placebat, per ſynaloephen μάλα — λυγρῶν, τῶν λυγροτάτων, τῶν ἀσθενεστάτων. eorum ἀρετή τις συμφορητή ἐστι. Fuere ſcilicet alii qui iungerent: καὶ μάλα ἐστὶν ἀρετή τις ἀνδρῶν. Nec tamen ſententiae vis in hoc continetur, ſed in eo, quod ſubiectum ita conſtituendum eſt: ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν, πέλει ἀρετὴ συμφερτή, h. e. ἐὰν ᾖ συμφερτή, ſi vires eorum fuerint coniunctae. Hoc quomodo efficerent, laborant in Schol. A. B. breu. Contra occupati ſunt in voce συμφερτή, quam varie conſtituerunt. Scholion eſt ap. Apollon. Lex.

h. v. vbi Comanus ita reddebat, vt esset ἡ εἰς ταὐτὸ συνερχομένη· (sc. si plures conueniunt et viribus coniunctis adnituntur) Apollonius ipse vult esse συμπεριφορητὴν, ἀπὸ τῆς συμπεριφορᾶς καὶ ὁμοψυχίας (voluit esse virtutem concordem et plurium vnitam). Aristarchus sententiam sic interpretatus erat: σφόδρα καὶ κακῶν ἀνθρώπων εἰς ταὐτὸ συνελθόντων γίνεταί τις ἀρετή. (hic optime et proxime ad Comanum). At Apion: σύμφορος, ἡ ἐκ πολλῶν συνισταμένη (quod eodem fere redit; item Hesych. συμφορητὴ καὶ συνακτή. etiam Eustath. Sententiam declarant versus sup. K, 222 sqq. vbi σύν τε δύ' ἐρχομένω etc. Eandem expressit Sophocl. Ai. 160. 1 μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικρῶν vbi Schol. laudat locum nostrum. Vss. Homerici passim memorantur, vt ab Aristide. Zenodotus legerat: συμφερτὸς δὲ βίη. Inscite gl. cod. Lips. et Vrat. A. explicat per συμφέρουσα, vtilis.

238. νῶϊ δὲ καί κ' ἀγαθοῖσιν ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι. ἐπιστάμεσθα Lips. et Vrat. A. cum gl. ἀντὶ τοῦ δυνάμεσθα, habent, et ipse Ven. nisi quod Sch. A. „γρ. καὶ, ἐπισταίμεσθα.“ tanta fuit prosodiae ignoratio. Vitiosa lectio erat quoque in ed. Flor. et Rom. Ald. 1. At correxit Ald. 2. In codd. aberrationes occurrunt plures: Harl. ἐπιστάμεθα, bene, si refingas μαχέσασθαι vel μαχέεσθαι. Eustath. repetit: καί κ' ἀγαθοῖσιν ἐπιστάμεθα πολεμίζειν. quod bene se haberet.

239. ἀμπόνον ἀνδρῶν. ἀνπόνον Lips. Vrat. b. ἐπὶ τὸν πόλεμον reddunt Schol. br. et Etymol.

241. δύσετο τεύχεα καλὰ περὶ χροΐ. Pro δύσετο scriptum δύσσετο. male et contra codd. illatum statim in Ald. 1. eiecit Barnes. cf. ad H. 465.

γέντο δὲ δοῦρε. dualis, quia bina gestant spicula heroes. De γέντο v. sup. dicta ad Θ, 43.

242. „Comparatio in splendore cum celeritate est quaerenda“ ait Schol. B. Equidem dicam, in priore tantum; non enim Idomeneus, iam senior, celeritate pedum insignis esse potuit; et inf. 512 οὐ γὰρ ἔτ' ἔμ-

πεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι. Displicet itaque v. 245 vox θέοντος.

βῆ ῥ' Vrat. d. cum vno Vindob.

244. ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαί. ἀρίδηλοι quod et pro gloſſa appoſitum. cf. ſup. ad B, 318.

245. ὡς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος. ἔλαμπεν ἐνὶ στήθεσσι. Zenodotus et Ariſtophanes. στήθεσφι Barocc. et Mori. Vrat. b. a m. ſec. et vn. Vindob.

246. Μηριόνης δ' ἄρα οἱ θεράπων ἐῢς ἀντεβόλησεν. Pro θεράπων ἐῢς Zenodotus et Ariſtophanes legebant δουρὶ κλυτὸς ἀ. Eſt adeo vulgata lectio Ariſtarchi. Narrat Sch. A. Aſcalonitam notaſſe, Ariſtarchum disiungere θεραπων ευς, at alios iungere, vt Ἐλεωνεὺς (ita legiſſe eos credas Θεραπωνεὺς). Monuere alii, ſic debere eſſe θεραποντεὺς, vt Λεοντεὺς, Αἰθιοπεύς. Nugae!

247. μετὰ γὰρ δόρυ χάλκεον ἦει· κατὰ γὰρ vitium editionis Erneſtinae; vbique video μετὰ, quod res poſtulat. In fine εἴη vitioſe cod. Lipſ.

In verborum iunctura non erat haerendum: tribus locis effert rem poeta; nunc ἦει οἰσόμενος ſup. 167 βῆ δ' ἴέναι παρά τε κλισίας — οἰσόμενος δόρυ. mox 256. 7 ἔρχομαι — οἰσόμενος.

251. ἠέ τι βέβληαι; „ἠέ τι. κατά τι τοῦ σώματος μέρος.“ Sch. B. Niſi eſt ſimpl. quod alias ἠέ πω.

252. ἠέ τευ ἀγγελίης μετ' ἔμ' ἤλυθες; οὐδέ τι αὐτός. ⊱ „quod ἀγγελίης pro ἄγγελος dictum.“ Sch. A. (ex inepta perſuaſione eſſe ὁ ἀγγελίης. de qua cf. ad Γ, 206.) At eſt ἀγγελίης ſc. ἕνεκα l. περί. quod et Sch. br. agnoſcunt. Eſt quoque ἀγγελία του, τινὸς πράγματος — ἤλυθες „eſſe h. l. ab ἤλυθα non ab aoriſto“ notat Clarke, *venis.*

οὐδέ τι αὐτὸς legebatur hiatu ingrato. Nihil apertius quam ſcriptum fuiſſe τοι, quod et habent Cant. Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. Lipſ. Ven. et edd. omnes: donec ſphalma τι immigraſſet in ed. Steph. Conicit tamen Bentl. οὐδέ τι κ' αὐτός. Vt nunc eſt, αὐτὸς ponitur, vt alias ἑκών.

253. ἧσθαι ἐνὶ κλισίῃσι. ἐν κλ. Lipſ.

255. Verſus abeſt a Veneto, et in Townl. ſcriptus in margine ab altera manu. Nolis tamen eo carere.

257. τό νυ γὰρ κατεάξαμεν, ὃ πρὶν ἔχεσκον. — „κατεάξαμεν. quod pluralis eſt (κατεϝάξαμεν) inter οἰσόμενος et ἔχεσκον. Vt Euripides (Ion 390. 1.) εἰ πρὸς τοῦ θεοῦ κωλυόμεσθα μὴ μαθεῖν (non παθεῖν) ἃ βούλομαι. (Argutando tuetur haec Euſtath. p. 929 f.) Nonnulli tamen, his accenſe Vrat. d., κατέαξα μὲν, vt ſit ὁ μὲν γὰρ εἶχον, κατέαξα. Vti ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν." (inf. 814. Quid hoc exemplum ad rem faciat, non intelligo.) Haec Sch. A. et adiicit B. eſſe hanc loquendi formam Aeolicam; vult ſcilicet homo acutus videri. Aſſentirem male olim diuiſas fuiſſe voces, et veram lectionem eſſe κατέαξα μὲν, modo non alia durities inferretur particulis non bene cumulatis νὺ γὰρ μέν. Zenodotus legiſſe fertur in Sch. A. κατεήξαμεν, vt ſup. 166 ξυνέηξε. atqui male et hoc. Vide ad e. v. Bentl. coni. κατέαξά μοι. memor ſimilium locorum Od. E, 316 μέσον δέ οἱ ἱστὸν ἔαξε θύελλα, et I, 283 Νέα μέν μοι κατέαξε Ποσειδάων. Vulgatum tamen eſt ap. Heſych. in τό νυ γὰρ κατεάξαμεν. τοῦτο γὰρ τὸ δόρυ κατεάξαμεν. Moleſtiam pluralis ſenſit quoque Wolf. praef. p. XXV. Tandem olim ſcriptum eſſe debuit κατεϝάξαμεν. v. ad Γ, 367.

259. τὸν δ' αὖ τ' repoſui cum Wolfio; quia ante vocalem Ἰδομ. poſitum, ex Barocc. Cant. Mori. Ven. Lipſ. Vrat. b. d. vno Vindob. Similiter mox 274. 311.

260. δούρατά γ', αἴ κ' ἐθέλῃσθα, καὶ ἓν, καὶ εἴκοσι, δήεις. Interpunxi καὶ ἓν, καὶ εἴκοσι, *ſeu, ſeu etſi vnum, etſi viginti opus habeas.* Non enim in more habetur, XXI numerare in ſimili re, pro quocunque numero. Hoc et Sch. A. voluerat: οὐκ ἀπίθανον, διαστέλλειν ἐπὶ τὸ ἓν πρὸς τὸ σαφές.

δούρατα δ' Mori. Cant. Harl. Vrat. b. d. Ven. Townl. in quo etiam αἴ κε θέλῃςθα. hoc male; prius deterius vulgato; nam eſt: haſtas quidem.

Bentl. et h. l. emendat καὶ ἓν καὶ ἐείκοσι. cf. ad B, 510. Spectat ad h. v. δήεις. εὑρήσεις Apollon. Lex. item Hefych. h. v.

261. ἑστάοτ' ἐν κλισίῃ πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα. παμφανόωντα ad δούρατα refert et h. l. Sch. A. vti Θ, 435 ad ἅρματα, etfi illud vtroque loco remotius. Forte etiam profecta hinc fcriptura προσενώπια vna voce, quafi adiectiuum effet δούρατα προσενώπια παμφανόωντα. Eam margo Stephani habet, Vrat. b. d. et Mori, tum Hefych. (ap. Schow) προσενώπια et προενώπια, et προνώπια. Ambigunt Sch. br. altero loco luxata, et Euftath. At nullo modo dubitare licet, τὰ ἐνώπια παμφανόωντα, *parietem, luce per fores admiffa, colluftratum*, iungenda effe. v. ad Θ, 435. — ἐν κλισίῃς in codd. Ital. repererat Th. Bentl. ficque Harlei. male hoc loco.

262. τὰ κταμένων ἀποαίνυμαι. In vltima voce eft hiatus; multo magis in Vrat. d. ἄπο αἴνυμαι. Sane διαείδεται mox 277 videbimus, quia fuit διαϝείδεται, at non fuit αποϝαινεσθαι. Ex follenni more deberet effe ἀπαίνυμαι· ficque eft fup. Λ, 581 τεύχε' ἀπαινύμενον. Ο, 595 καὶ κῦδος ἀπαίνυτο. et Ρ, 85 τὸν μὲν ἀπαινύμενον. Occurrit tamen alterum etiam Od. M, 418 et Ξ, 309 θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόστον et in nota gnoma: ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται. At in hoc interpolationem prodere videri poteft Platonis et grammaticorum, Etymologi et Hefychii auctoritas, qui ἀπαμείρεται legerunt, quis non fufpicetur, etiam in ceteris locis olim idem verbum ceffiffe vulgatae voci. Enimuero de hoc hiatu in compofitis v. Excurf. de Digammo. In Vrat. b. erat ἀποέννυται. fphalma vtique, etfi effet αποϝεννυται.

In fine pro οὐ γὰρ οἴω, οὐ γὰρ ἕωθα coni. Bentl. vt H, 408 αἰεὶ γάρ μοι ἕωθεν ἐνικλᾶν. et ibid. 422. fed οἴω dictum vt φημὶ, *profiteor*.

264. τῷ μοι δούρατά ἐστι legebatur vulgo cum hiatu. Sic ediderat Turnebus. Antea vitiofius δούρατ' ἐστί. fic etiam codd. Vrat. vterque. At τ' interponit Venetus,

quod iam Bentl. emendauerat ex Cant. Harlei. Add. Eustath.

265. καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες. γανόωσαι. (sic Schol. B. nescio quo errore) στίλβουσαι (addunt Sch. br. λαμπρυνόμενοι) ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς γῆς τῆς κομώσης τοῖς καρποῖς Sch. B. nimis anguste. Conuenit cum Od. H, 128 πρασιαὶ ἐπηετανὸν γανόωσαι. Communis res est cum prisco tum ornato sermoni permutari voces *nitere*, *splendere*, *ridere*, *gaudere*. Sic μειδιᾶν. *renidere*. Ergo et γανᾶν vt Latinis *gaudere*, *laetari*, dicitur de omni splendore, nitore. Res nunc satis nota. Obseruandum tantum hactenus, quod idem in Homero occurrit h. l. et T, 359.

268. οὐκ ἔστι σχεδὸν (αὐτὰ) ὥςτε ἑλέσθαι αὐτὰ, nisi verius: οὐκ ἐστὶν (δυνατόν ἐστιν) ἐκ τοῦ σχεδὸν (ὄντος) ἑλέσθαι αὐτά. cf. M, 53.

269. λελασμένον ἀλκῆς sollenni Homero loquendi forma: *memorem esse*, *immemorem esse*, pro *habere*, *exerere*. λελασμένον a λάθομαι· monitum iam ad E, 834. add. Λ, 313.

270. μετὰ πρώτοισι, ἐν πρώτοις. Sch. B.

271. νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο. πτολέμοιο edd. vsque ad Ald. 2. hoc loco inutiliter.

272. ἄλλον πού τινα — *alium forte* — *non vero te*. Mirum, Eustathium recte legi posse putare ποῦ.

274. τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεὺς — αὖτ' etiam hic erat reponendum, vti 259 et vt est in codd. etiam in Ven. Lips. Vrat. b. d. A. et in edd. ante Turnebum.

275. τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι. ὁ— „quod est pro περὶ τούτων διαλέγεσθαι vel λέγειν" Sch. A. B. Notatum hoc puta propterea, quia alii negarant ita vocem in Homero vsurpari, alii acceperant dictum λέγεσθαι pro, enumerare. Ita Eustathius: τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι; τουτέστι, μετρεῖν καὶ ἀπαριθμεῖσθαι τὰ οἰκεῖα καλά. τὸ γὰρ λέγειν ἐπὶ τοῦ λαλεῖν οὐ χρᾶσθαί φασί τινες τὸν ποιητὴν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ μυθεῖσθαι ἢ τῷ εἰπεῖν. vnde nec λόγος apud Homerum occurrit, sed μῦθος. Recte hoc

postremum; at pro διαλέγεσθαι occurrit λέγεσθαι in Homericis, vt statim vs. 292 μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα. et Υ, 244 vbi totus hic versus iteratur. cf. ad Β, 435.

276. εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι. — „quod λέγεσθαι (vs. 275) et λεγοίμεθα diuerso sensu dicta sunt, dicere et numerari." Videtur potius nunc locum habere notio τοῦ ἐκλέγεσθαι, ἐπιλέγεσθαι, seligi: nam synonymum est κρίνεσθαι ἐς λόχον. Etsi, quatenus seligitur quis, annumeratur ille ceteris selectis, vt accedere possit notio τοῦ, *numerari inter*. καταριθμοίμεθα etiam Schol. br.

λεγοίμεθα. „γρ. λεγώμεθα" Barnes. Vulgatum agnoscit Hesych. in λεγοίμεθα. οἷον εἴ τις τοὺς ἀρίστους εἰς μάχην διαλέγοι, συλλέγοι. et Apollon. Lex. λεγοίμεθα, διαλεγοίμεθα.

εἰ γὰρ νῦν. Vrat. d. cum vno Vindob. εἰ γὰρ δὴ — quod placet.

Iungenda autem sunt: εἰ γὰρ νῦν λεγοίμεθα ἐς λόχον, — οὐδέ κεν ἔνθα vss. 287. ita vt reliqua in medio sint posita. Sic Schol. A. B. At parenthesin alii a vs. 277 ἔνθα μάλιστ' incipiunt, minus bene, quam a vs. 297.

277. ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν. διαείδεται, ab εἴδομαι, quasi διαφαίνεται, ait Eustath. διαφανής ἐστι. Dictum ad Θ, 535. Apud Apollon. idem verbum occurrit Arg. II, 581 ἤδη δ' ἔνθα καὶ ἔνθα διὰ πλατὺς εἴδετο πόντος. contemto digammi vsu. Ad Homericum locum spectat glossa Hesych. διαείδεται, φαίνεται, et apud Suidam γνωρίζεται, φαίνεται. ad hunc v. Toup. Emendatt. in Suidam P. I. p. 121. Etymol. in ἀρετὴ laudat ἀρετὴ διαείδεται ἄνδρα.

278. ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη. Lips. ἀνὴρ, ἔνθ' ἄλκιμος. Apollon. in δειλὸς, ἔνθ' ὅγε δ. et ὥςτ' ἄλκιμος. Cod. Ital. a Tho. Bentl. inspectus ὅτε τ' ἄλκιμος. Totus versus est interpretamentum superioris. Bene iam Koeppen hoc vidit et versum in suspicionem adduxit.

279. τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ χρὼς — Vtitur h. l. Apollon. Lex. vt doceat κακὸν esse δειλόν. quod iam Δ, 295 vidimus.

VIII. 279—285. ap. Stobaeum sunt Serm. XLIX. p. 355. sine varietate.

280. ἐρητύετ' ἐν Φρεσὶ θ. ed. Rom. et Eustath. vitiose ἐρητύεται ἐν Φ.

281. ἀλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει. „μετοκλάζει. μετακαθίζει ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας. ὀκλὰξ γάρ ἐστι, τὸ ἐπὶ γόνυ. (vt ap. Apollon. Arg. III, 1307) ὅ ἐστιν, ἐγκλίνει τὰ γόνατα διὰ δειλίαν μετὰ καθίζον" (leg. μετακαθίζων.) Schol. A. Similia aliis inutiliter admixtis Schol. B. et Schol. br. μετοκλάζει, γονατίζει Hesych. et, καὶ τὸ μετοκλάζειν, παρὰ τὸ ἐγκλᾶν καὶ κάμπτειν τὸ γόνυ. Etiam Suidas: μετοκλάζειν, μετακαθίζειν. Vox vno h. l. obuia.

Cogitandum autem de homine poplitibus flexis sedente, corpore calcibus subnixo; occurrunt ita οἱ λοχῶντες in vasis pictis. Spectabantur autem in insidiis haec duo: quod quis per multum tempus perdurare poterat in statu corporis molestissimo, et quod animo erat firmato discrimine iam instante. Bene loco vtitur Arrian. Diss. II, 13, 13 ὅταν οὖν ἴδῃς τινὰ ὠχριῶντα — τούτου ὄρεξις καὶ ἔκκισις πέπονθεν, οὐκ εὐοδεῖ, (non bene se habet) Φλεγμαίνει. χρῶμα γὰρ μεταβάλλει οὐδὲν ἄλλο, οὐδὲ τρόμον ποιεῖ, οὐδὲ ψόφον τῶν ὀδόντων, οὐδὲ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει, scil. quam quod cupit et timet. Ductus hinc locus praestantissimus Pindari N. III, 71 συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ (virtute) μέγα βρίθει. ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ, ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, οὔποτ' ἀτρεκέϊ κατέβα ποδὶ, μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

282. ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει. Sch. A. br. πατάσσει. κινεῖται μείζονι παλμῷ, ἀπὸ τοῦ πολλοῦ Φόβου. Et Hesych. inter alia: τρέμει. πηδᾷ. Φοβεῖται. Aliter laudis cupidine θυμὸν πατάσσειν videbimus inf. Ψ, 370.

283. κῆρας ὀϊομένῳ. Schol. B. πολλοὺς θανάτους ὑπονοοῦντι. quidni ſimpliciter, mortem. vt Schol. br. θάνατον προςδοκῶντι. cum deberet bonam ſpem habere, ἀγαθὴν ἐλπίδα προβεβλῆσθαι, vt cum Xenophonte et Demoſthene loquar.

πάταγός τε διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων Schol. Ariſtoph. Nub. 377.

284. οὔτε τι λίην ταρβεῖ. Schol. B. οὐδ' ὅλως. v. ad A, 553. quod hic locum habere non videtur; omnino non moueri, eſſet temerarii et ſtolidi; ſed *non nimium, non multum moueri,* viri fortis eſt. Ita etiam Plutarch. disputat, loco laudato de virt. mor. ſub f. p. 451 extr. add. Euſtath. p. 932, 8. 9. Poſſunt tamen talia animi iudicia paullo pinguius efferri, nec licet in iis tricari.

285. Leue eſt, notabile tamen, ἐπειδὰν hoc vno loco occurrere; alibi eſſe ἐπεὶ ἂν, et Euſtathium monere ad Z, 412 p. 652, 7 παρὰ τοῖς ὕστερον frequentari ἐπειδὰν pro ἐπεὶ ἄν.

286. ἐν δαῒ λυγρῇ. τῇ χαλεπῇ μάχῃ. Sch. br. et Apollon. Lex. δαῒς ἡ μάχη, laudato hoc hemiſtichio. De δαῒ v. ad Ξ, 387.

287. οὐδέ κεν ἔνθα τεόν γε μένος καὶ χεῖρας ὄνοιτο. „Sic γε Ariſtarcheae" Sch. A. Debuere ergo aliae, vt eſt in vno Vindob. habere τεόν τε. Tum notatur, etiam ab Euſtath. quod omiſſum τις. ὄνοιτό τις. Durior ſane ellipſis! teſtatur tamen, quam religioſe priſcam ſcripturam ſeruarint grammatici; facile enim legi poterat οὐδέ τις ἔνθα. Bentleium quoque ſic emendare video. De forma loquendi οὐδεὶς ὄνοιτο v. ad Δ, 539.

288. εἴ περ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος ἠὲ τυπείης. ⸓ „quod diſcernuntur βαλεῖν et τύψαι" (quod alias οὐτάσαι. ἐκ χειρὸς τιτρώσκειν.)

βλεῖο. βληθείης. Sch. A. formam ita illuſtrat: vt θέμενος, θεῖο, ſic βλέμενος, βλεῖο. Duxit ergo, vt ab ἐθέμην, aoriſto ſecundo medio, θείμην, θεῖο, ita ab ἐβλέμην, βλείμην, βλεῖο. Nec alia Euſtath. habet. Eodem tendit quod Etymol. habet: ab ἔβλην, ἐβλείμην,

βλείμην, βλεῖο. recitat tunc: Jl. N. εἴπερ γὰρ βεβλεῖο (vitio librarii) πονεύμενος. ἐὰν γὰρ βληθῇς πολεμῶν, ἐνεργῶν. Ita vero ſignificatio eſſet actiua, quam h. l. paſſivam eſſe neceſſe eſt. Immo vero, vt τίθεμαι, abit in optatiuo in τιθείμην, τιθεῖο, ſic βλῆμι. βλέμαι, (*percutior*) abit in βλείμην, βλεῖο. Ait porro Sch. A. Epicharmum actiue quoque extuliſſe αἴκα τὸ βλείῃ σφενδόναι." fuit forte βλείῃς (vt τιθείῃς) σφενδόνᾳ. In cod. a Th. Bentleio collato et in Harlei. erat βλῇο „quod neſcio an non magis analogum" ait Clarke; immo vero minus grammaticum eſſet. Nec enim ex βλῆμι nec ex βλέω hoc efficeres.

εἴ περ γάρ κε. Vrat. b. d. εἴπερ γὰρ καί. Pro πονεύμενος vn. Vindob. πολεύμενος.

289. τὸ βέλος οὐκ ἐμπέσοι ἂν αὐχένι, οὐδὲ νώτῳ. οὐκ ἂν ἐν Sch. A. ait eſſe Ariſtarcheam lectionem; vulgatam οὔ κεν. quae nunc in libris non occurrit.

Pro ἐν αὐχέν' eſt ἐπ' in vita Homeri. — πέσῃ Barocc. Waſſio placebat, ſi eſſet ἐπὶ νώτῳ.

290. ἀλλά κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε. ἢ στέρνοιο, ἢ νηδύος. Cant. Mori. vn. Vindob. Deb. ſaltem στέρνοι', ἤ. Sed pluralis et alibi, et paullo ante 282.

291. πρόσσω ἱεμένοιο. ἱεμένοιο ſpiritu leni Ven. Vrat. b. d. male. v. inf. ad 707. et ſup. ad 118.

μετὰ προμάχων ὀαριστύν. Nil monent Scholia. At ſeruatum in Etymol. ὄαροι — ὀαρίζειν (de quo dictum ad Z, 516.) — ἔνθεν ὀαριστὺς, Ξ, 216. ὀαριστὺς, πάρφασις, ἀντὶ τοῦ, ὁμιλία παρασκευαστική. καὶ, μετὰ προμάχων ὀαριστὺν, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῇ πρωταγωνιστῶν ὁμιλίᾳ καὶ συναναστροφῇ. Etiam Apollon. Lex. ὀαριστὺς, πάρφασις. οἷον ὁμιλία παραλογιστική. (cf. Heſych.) σημαίνει δὲ τὴν μάχην (excidit puto verſus noſter Homericus) et Sch. B. cum Heſych. ὀαριστὺν. μάχην." Ductum puta ab vſu τοῦ ὁμιλεῖν, ὅμιλος, ὁμιλία, de pugna; iſtius ſynonymum ὀαριστύς. Paullo remotiora ſunt κυδοιμὸς, ἀϋτὴ, βοή. Concinit Euſtath. p. 932, 37 ſq. Iterum occurrit P, 228. ἡ γὰρ πολέμου ὀαριστύς.

292. ⊱ appicta stigme; sed Scholion excidit. an ad λεγώμεθα spectauit pro διαλεγώμεθα, ὁμιλῶμεν, (vt Sch. br.) dictum? cf. ad vs. 276. cum essent qui negarent, λέγειν pro εἰπεῖν in Homero occurrere. cf. ad B, 435.

ἀλλ' ἄγε. ἀλλά γε Harlei. sicque Gregor. de Dial. p. 36. vbi vsum τοῦ ἀλλὰ in hortando hoc exemplo docet. verum hoc iam sexcenties, et statim A, 62 fuisset notandum: nam vbique ita fere variat scriptura. Idem versus inf. Υ, 244 et cum clausula, εἰδότες ἄμφω, Od. N, 296 repetitur.

νηπύτιοι ὥς. ὡς νήπιοι καὶ ἄφρονες. Sch. br.

293. μή πού τις ὑπερφιάλως νεμεσήσῃ. Quam opportune vox media h. l. sit posita, non dicam; siue vertas: *ne quis valde* (ὑπὲρ τὸ δέον Eustath.) *indignetur* nos otiosos stare; siue *ne quis per insolentiam reprehendat*, vt malebat Ernesti. Saltem erit, *superbe, cum obtrectatione, et irrisione.* ὑβριστικῶς. Possis putare esse accommodatius μή που τις ὑπερφίαλος. *ne quis paullo superbior.* vt solet v. c. Od. Z, 273. 4 τῶν ἀλεείνω φῆμιν ἀδευκέα μή τις ὀπίσσω μωμεύῃ. μάλα δ' εἰσὶν ὑπερφίαλοι κατὰ δῆμον. *metuitur adeo maledicentia superbiorum.* Enimuero ὑπερφιάλως νεμεσᾷν, pro *valde*, μάλα, alibi quoque occurrit Od. P, 481. et Φ, 285 οἱ δ' ἄρα πάντες ὑπερφιάλως νεμέσησαν. Hoc sensu, vt sit *supra modum*, aliquoties legitur in Odyss. atque etiam Jl. Σ, 300.

De voce ὑπερφίαλος multa argutantur grammatici ex etymo: vide vel Etymol. h. v. monuerunt quoque grammatici inf. ad O, 94. Cum φιάλη subesse videatur, inter cetera probabile sit, esse aut τὸν παραβαίνοντα τοὺς διὰ φιαλῶν γενομένους ὅρκους, aut τὸν ὑπερβάλλοντα τῇ ἀμετρίᾳ, ὡς τῆς φιάλης ἀμέτρου οὔσης, ab aqua super vasis oram redundante et effusa, omnino *immodicus.* Vnde ductae sunt notiones etiam in lexicis notatae, vt sit idem quod ὑπερήφανος, insolens, iniustus; etiam excellens vt Od. Φ, 289. cf. Apollon. Lex. h. v. Hesych. h. v. Sch. br. ad Jl. Γ, 106. tandemque omnino, *nimius*,

multus. vnde id quod h. l. habemus, ὑπερφιάλως, *admodum.* Eſt adeo h. l. eodem fere vſu dictum, vt λίην paullo ante 284 οὐ λίην pro οὐ μάλα· de quo v. ad A, 553. Nil in Schol. niſi quod Sch. br. vtrumque apponit ὑπερηφάνως. μεγάλως.

μή πώς τις ed. Rom.

295. Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ. ⊱ Scholion ad στιγμὴν ſpectans excidit; haud dubie monitum fuit de voc. ἀτάλαντος· de qua Ariſtotelis ſubtile commentum h. l. in Sch. B. repetitur e Porphyrio. Vidimus illud iam ad B, 169.

297. μέγα πτολέμοιο μεμηλώς. πολλὴν φροντίδα μάχης ἔχων Sch. B. Sch. br. Satis illuſtratum ad E, 708.

πολέμοιο Lipſ. ed. Flor. alii: minus bene h. l. cum antecedat μέγα.

298. πόλεμόνδε μέτεισι. h. e. εἰς μάχην παραγίνεται. E Schol. A. intelliges, fuiſſe olim quoque ſcriptum: πόλεμόνδε μέτ' εἶσι. vnde Sch. B. ait, abundare aut δὲ aut μετά. Locum reſpexit et multa ornauit Virgil. Aen. XII, 339 ſq.

299. τῷ δὲ Φόβος, φίλος υἱὸς — ἕσπετο. ⊱ „quod nunc diſerte Φόβος Martis filius editur; reſpectu loci ambigui: καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε." Sch. A. Repetit paria Euſtath. Scilicet O, 119 vbi nonnulli nomina equorum Martis ediderant. Eſt iam ad Δ, 440. Λ, 37 de eadem re monitum.

300. ἕσπετο ὅςτ' ἐφόβησε — ἕσπετο Clarke *comitari ſolet.* Ita optime conſtat temporum ratio. vt B, 221." hoc eſt argutari. quid enim faciemus vſ. 303 vocibus ἔκλυον — ἔδωκαν poſt θωρήσσεσθον? Dicendum eſſet, ἕσπετο eſſe ἀορίστως dictum, et poetam rem praeteritam in praeſens adduxiſſe, et, quod ſolent poetae, vtrumque tempus confudiſſe. Enimuero vitioſa eſt lectio. ἕσπετο ὅς facit hiatum. Fuit haud dubie ἕσπεται, ὅς, quod etiam Bentl. vidit; mutatum quia ἐφόβησε ſequitur. ταλάφρονα, τλητικὸν κατὰ φρένας Apollon. Lex. h. v. pariter Heſych. Sch. br.

301. Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον. — „quod *Ephyra* vrbs eſt Theſprotiae, cuius incolae *Ephyri* dicuntur. Sublicitur notum illud, quatuor fuiſſe Ephyras, Theſprotiae, Theſſaliae, Elidis, Corinthum. (Alii plures enumerant: v. Stephan. Byz. h. v. et Euſtath. ad Od. B. p. 1415, 50.) Nunc tandem ſubiicitur, quod verum eſt: h. l. intelligendos eſſe *Cranonios Theſſaliae*, vt *Apollodorus docet*. Sch. A. cum Sch. br. et Etymol. Accedit Steph. Byz. in Κράνων et primo loco Strabo, nec modo in deperditis ſuper Theſſalia (vnde v. Epitomen p. 508 B.) verum etiam lib. IX, p. 674. 5. recitatis verſibus, vbi docet a Phlegya Ixionis patre dictos Phlegyas, qui mox fuere Gyrtonii, vt Ephyri, qui mox Cranonii. Nec alia voluit Apollon. Lex. Ἐφύρους, in loco iam a viris doctis emendato; vitioſam tamen lectionem Ἀκαρνᾶνας pro Κρανωνίους iam ſuo Heſychius tempore repererat. De hac Ephyra, Cranone, v. inprimis Schol. Pind. P. X, 85.

Verius dixi, Cranonios haberi Ephyros, quia *Phlegyae*, qui ſubiiciuntur, *Gortynii* ſunt: (agi enim h. l. de bello inter populos finitimos exorto patet) quod et Sch. A. B. br. habent; at iidem alia de Phlegyis ab h. l. aliena adiiciunt. Solent enim cum Phlegyis Theſſaliae confundi, nec a quoquam magis temere quam ab Euſtathio ad h. l., alii Phlegyae, qui Boeotiae fuerunt, cum vrbe Phlegya, quae antea Andreis erat, in Orchomeniorum finibus; dicti a Phlegya, Martis filio. Hi Phlegyae iniuriis et rapinis in finitimos ſaeuientes, mox templum Apollinis Delphicum diripere auſi ſunt; ſceleſtam gentem terrae motibus et peſtilentia abſumtam eſſe narrant. Hi ſunt Phlegyae, quos Schol. A. et br. ad h. l. e Pherecyde narrant Thebanos infeſtaſſe, ita vt et Amphion muris vrbem cingeret, mortuo autem eo vrbem euertiſſe. (cf. Not. ad Apollod. p. 582. 3 et 597. 8.) Haec Pauſan. IX, 36. Qui tamen ipſe Homericos verſus ad hos Phlegyas Boeotiae refert; Ephyros autem in Epiro quaerit, nimium quantum remotos. Idem recitat verſum Τὼ μὲν ἄρ' εἰς

Ἐφύρους πόλεμον μέτα θωρήσσεσθον. incommode. At Strabo l. l. p. 674. B. vulgatam lectionem habet, nisi quod ἐκ Θρῄκης excusum est. — Φλέγυας· ab οἱ Φλέγυες, vt excusum quoque in Hymno in Apoll. 278 (in Pyth. 100). Vulgari modo sunt οἱ Φλέγυαι, vel Φλεγύαι· vnde τοὺς Φλεγύας, vt etiam scribi solet in Pausan. l. c. et hic in ed. Rom. Ceterum ex confusis Phlegyis etiam in fabulam Coronidis, Phlegyae filia, e qua Apollo Aesculapium susceperat, magna immigrauit diuersitas, cum et ipsa ad Thessaliam spectans, Pindar. P. III. 59 sq. tamen ad Epidaurum reuocaretur: vt ap. Pausan. II, 26 p. 170. cf. Not. ad Apollodor. p. 695. 6. et ad Virgil. VI, 618. Nunc video nonnulla de his esse disputata a doctiss. Ilgen ad H. in Apoll. p. 259 sqq.

Ἐφύρους μέτα. Ita legitur inde a Stephano. Sicque Venetus, vt et expressum in Schol. Sophocl. Antig. 980. antea editum μεταθωρήσσεσθον, sicque passim scriptum, vt in Ven. B. etiam Apollon. Lex. in Ἐφύρους. Sic quoque edebatur inf. Υ, 329 ἔνθα δὲ Καύκωνες πόλεμον μεταθωρήσσοντο. pro quo ἐς πόλεμον saepe occurrit vt Θ, 376 et al. — μετὰ vulgo accipitur, *contra*, *aduersus*. At hoc necesse non est; μετά τινα est quoque *ad*. Saepe ἰέναι μετά τινα simpl. est *accedere*. Nec θωρήσσεσθαι μετὰ πόλεμον est *contra*. sed εἰς. — Porro per se necesse non esset pugnam *inter* populos hos, Ephyros et Phlegyas, intelligere; nam Ἐφύρους μέτα — ἠὲ μετὰ Φλέγυας sunt: procedit Mars siue ad Ephyros siue ad Phlegyas. Vt tamen hoc loco recte accipiatur *contra* facit, quod subiicitur ἀμφοτέρων et ἑτέροισι δέ. In vno Vindob. est ἀμφοτέροις. perperam.

306. τὸν καὶ Μηριόνης — „quod καὶ vacat." Paullo ante de ἤϊσαν, de quo Eustath. agit, cf. sup. ad K, 197.

307. Δευκαλίδη, πῇ δ' ἄρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον. „Δευκαλίδης, Δευκαλίωνος παῖς" Sch. A. qui aliena admiscet de Deucalione et Pyrrha, cum hic sit Minois f. vid. Od. Τ, 179—181. Addunt Sch. B. contractum esse

Δευκαλίδης ex Δευκαλιωνίδης. Ita vulgo traditum etiam ab aliis. Suppetit ſimile exemplum Ἄλκιμος pro Ἀλκιμέδων Jl. Τ, 392. Probabilius mihi videtur, duplicem fuiſſe nominum horum formam; et fuiſſe eundem vulgo appellatum Δευκαλίωνα et Δεύκαλον.

πῇ dictum eſſe pro ποῦ contendit Sch. B. At nil monet aut ipſe aut alii de δεξιόφι et ἀριστερόφι vſ. 308. Sollenne eſt ἐπὶ δεξιὰ, ἐπ' ἀριστερὰ, velut H, 238. M, 239. ex eo tamen fieri non poteſt δεξιόφι, vt ſit ἐπὶ δεξίῳ ſc. μέρει, non admittit vſus. Ferrem, ſi δεξιόφι eſſet ἐπὶ δεξίων, vt eſt ἀπ' ὀστεόφι. At Etymologus in Φρήτρηφι p. 800. litem componit; docens ἐπὶ δεξιόφι eſſe pro ἐπὶ δεξιόν. adeoque pro ἐπὶ δεξιόνφι.

πῇ δ' ἄρ' „*ecquanam igitur.*" Clarke. Eſt vero ἄρα Lat. *tandem. qua tandem parte.*

308. ἀνὰ μέσσον ed. Flor. et Aldd. ἀνὰ μέσσους ex Rom. intulit Turnebus, firmantque hoc codices.

309. ἐπεὶ οὔποθι ἔλπομαι οὕτω — οὕτως Flor. mutatum ſtatim in Ald. 1. quia ſequitur δεύεσθαι.

310. δεύεσθαι πολέμοιο. De vi huius vocis et ſenſu ad locum accommodato nemo ex antiquioribus quaerit. Schol. br. προςδεῖσθαι reddunt, et Euſtath. οὐδαμοῦ οἶμαι ἀπολεμήτους εἶναι. h. e. nusquam ſine pugna eſſe Achiuos, nusquam ſtare otioſos, ſed pugnari vbique. Hoc ſequuntur alii: parum curioſi, quomodo οὕτω ita ſtare poſſit; debet enim ita eſſe: nusquam *tantopere* indigent pugna Achiui: neceſſario ſequi debet, quam illo loco, ad laevum: atque ad hanc pugnae partem ſe conferunt inf. 327. At quid eſt, *indigere pugna?* virtute, auxilio indigebant ea parte pugnantes, non pugna: non enim ceſſabat pugna aut deerat pugnandi materies. Clarke, impugnato Popio, reddit, *indigere auxilio.* Recte; at docere debebat grammatice, verborum eam vim eſſe. Scilicet δεύεσθαι ponitur abſolute, pro, *inferiorem eſſe,* ductum forte a vaſe non pleno ſeu menſura, cui deeſt aliquid; ita δεύεται vinum τοῦ μέτρου, abeſt a menſura. Solet enim caſus ſecundus iungi, δεύεσθαί τινος. Ita quo-

que Il. Ψ, 484 ἄλλα δὲ πάντα δεῦεαι Ἀργείων, inferior es Achiuis. Od. Δ, 264 maritum οὔ τευ δευόμενον, οὔτ' ἂρ φρένας οὐδέ τι εἶδος, nemini inferiorem prudentia nec corporis dignitate. Sed adiungitur casus secundus alio modo: aliquoties legitur δεύεσθαι ἀλκῆς, vt inf. 786. et Od. Ψ, 127. 8. putes esse: inferiorem esse virtute alterius. At hunc verum modum resoluendi vim vocis non esse, patet ex eo, quod quis dicitur ἐπιδεύεσθαι πολέμοιο, vt h. l. et μάχης, P, 142 Ἕκτορ, εἶδος ἄριστε, μάχης ἄρα πολλὸν ἐδεύεο. vnde apparet, fuisse plenam orationem, δεύεσθαί τινος κατὰ, vel διὰ, τῆς μάχης, s. μάχης ἕνεκα. *inferiorem esse pugna.* quod et esse posset δεύεσθαί τινος (κατὰ) τὴν μάχην. Eosdem vsus et significatus habet ἐπιδεύεσθαι, vt E, 636 ἐπεὶ πολλὸν κείνων ἐπιδεύεαι ἀνδρῶν· et μάχης, pugna inferiorem esse, Ψ, 670. Ω, 385. Atque etiam ἐπιδευὴς ita positum Od. Φ, 185 πολλὸν δὲ βίης ἐπιδευέες ἦσαν — pariter 253. Hinc ductus videtur esse vsus τοῦ δεύτερος, vt proprie sit: *inferior.*

Firmat dicta Apollon. Lex. in δεύεσθαι. — καὶ τὸ λείπεσθαι καὶ ἐλαττοῦσθαι, adscripto versu nostro, ad quem Tollius veram rationem perspexit.

314. ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ. de hac v. H, 240 (VII.)

315. οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο. ξ- „quod Zenodotus legerat ἐσσύμενον πολεμίζειν, ignorans, ἐσσύμενον πολέμοιο dici, pro ὡρμημένον εἰς πόλεμον. (Atqui hoc ignorare nequiit Zenodotus! sed repererat ille alteram lectionem in suis codicibus. Procliue sane genus hominum in reprehensiones sunt grammatici! nec est absurda lectio πολεμίζειν, quae saepe variat cum altera.) aut iungenda esse ἐλόωσι πολέμοιο. (quam rationem hoc, et quem sensum, habeat, non video.)

Omnino trepidarunt in hoc versu interpretando grammatici miris modis, vt interdum vix assequaris, quid sibi voluerint. Apertum est iungi οἵ ἐλόωσί μιν (εἰς) ἄδην πολέμοιο, καὶ ἐσσύμενον, qui adigant illum ad satietatem pugnae, etiam ruentem in pugnam, cupidum pu-

gnandi. Vſum loquendi priſcum in *ſame* pugnae, caedis, vbi nos *ſitim* caedis dicere ſolemus, ita etiam *ſatietatem*, de feſſis pugnando, iam vidimus ad E, 388. et *ἄζην*, *εἰς ἄδην* proprie eſſe in Exc. I ad E, p. 174. 5. Reſtat, quod *ἐλᾶν* (*εἰς*) *ἄδην* inſolens eſt; nec tamen ratione omnino caret.

Verum, quod multo magis mirationem facit, eſt, quod videas viros doctos non offendiſſe ad hunc ſcopulum. Vertitur vulgo: „*qui illum ſatis exerceant, perquam incitatum licet ad pugnam.*" Porro nec animaduerſum eſt, veteres non vno modo hunc verſum legiſſe, *ἐλόωσι* autem legi ex correctione, non antiquiore auctoritate, cum grammatice, quid lectioni antiquiori facerent, haud haberent. Verum audiamus ipſos grammaticos. Sunt enim Scholia plura in Veneto A. confuſa.

Reprehenſioni Zenodoti, quam ſupra vidimus, ſubiunguntur haec: *ἔστι δὲ τὸ ἄδην ἐλόωσι, ἀντὶ τοῦ κορεσθῆναι ποιήσουσι τοῦ πολέμου, καίπερ προθυμίαν ἔχοντα.* Bene ad ſenſum; ſed, qua ratione grammatica?

Aliud Scholion ex Ariſtarcho ita ſe habet: in nonnullis exemplaribus eſſe *οἵ μιν ἄδην ἐάσουσι, ὅ ἐστι κορέσουσι.*" ſed Scholion totum apponendum eſt: *κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων· οἵ μιν ἄδην ἐάσουσι* (ita leg. pro *ἐάσουσι*), *ὅ ἐστι κορέσουσι· καὶ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος· ἀλλ' ἔτι μέν μιν Φημὶ ἄδην ἐλάαν κακότητος* (Od. E, 290.) *διὰ τῶν δύο ᾶᾶ παρέκειτο ἐάαν.* (vt eſſet, *mihi propoſitum eſt, ſatiare eum affatim adhuc aerumna.*) *μαρτυρεῖ καὶ τὸ· ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας* (Jl. Λ, 817) *οὕτως Ἀρίσταρχος.* Habemus hic antiquiorem lectionem *ἐάσουσι* et in Od. E, 290 *ἐάαν*, ductam a verbo *ἐάω*, *ſatio.* Conuenit T, 402 *ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο*, quod debuit eſſe *ἐάωμεν.* forte et ſuſpicari licet fuiſſe *ἕω* primitiuum, pro ſatio. Habet Etymolog. locum in *ἄδην* ex Orione, vbi plura confunduntur: „*ἄδην* ille ductum eſſe voluit ex *ἕω*, *ſatio:* vt *ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο* (Jl. T, 402), vnde putabat factum eſſe *ἕδω*, et *ἥδω*, et ex eo *ἄδην* — aut ex *ἄω*, *ῶ*, vnde *ἄσειν ἐν Τροίῃ* Jl. Λ, 817. et *ἦδος*, *ἄδος*,

ἄδην." Fuiſſe ergo h. l. lectum οἵ μιν ἄδην ἐάσουσιν et in altero loco ἄδην ἐάαν ſatis conſtat. Syllabam mediam in ἐάαν eſſe contra proſodiam correptam, noli putare; nam in iſta forma, cum α geminatur, prior littera corripitur, vt ex ἐάω producto α eſt ἐάα, ἐάας, ἐάαν, media breui. Sic Ξ, 394 κῦμα τόσον βοάα προτὶ χέρσον. Senſus, quem ſubiecerunt lectioni οἵ μιν ἐάσουσιν ἄδην eſſe debuit hic: qui eum affatim, (εἰς ἄδην, κατ' ἄδην) plus quam ipſe vellet, ſatiabunt pugna.

Iam huic lectioni ſubſtituta eſt vulgata ἐλόωσι. Mirum eſt, cur non ἐλάσουσι pro ἐάσουσι. Aut vt ἐλόωσι exiſtere potuerit, an non credendum eſt, alicubi ἐόωσι fuiſſe? et hoc eadem analogia vt ἐλόωσι, nam ex ἐάω, ἐαῶσι, fuit ἐόωσι. . . Ex tali fonte profecta eſſe videtur lectio cod. Lipſ. ἐλόωσι cum gl. marg. ἔλωσιν. habuerat lectionis auctor ἐόωσι, ἀντὶ ἐῶσι.

Reſtat, vt quaeramus, qui ſenſus vulgatae conſtituendus ſit, οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι. Duplicem rationem initam video; *vel* vt εἰς ſuppleatur, vt ſit ἐλᾷν εἰς ἄδην, ad *taedium adigere pugnae.* Quo ſpectat Heſychii gloſſa ἄδην ἐλόωσιν, (vt emendatum eſt quod erat ἐλθωσιν) εἰς κόρον ἄξουσιν et Sch. br. εἰς κόρον ἐλῶσιν, ὅ ἐστι, πολέμου κορεσθῆναι ποιήσωσι. *vel,* vt ἐλᾷν ſit *abigere, reprimere* hoſtem irruentem, vt Sch. B. λίαν ἀπελάσουσι, — ἐσσύμενον δὲ (πολέμοιο,) τὸ ἐφιέμενον. et Euſtathius ſic accepiſſe dicendus eſt: ἄδην, ἀντὶ τοῦ δαψιλῶς — φησὶ γὰρ, οἵ μιν ἄδην ἐλόωσιν, ἤγουν δαψιλῶς, καὶ εἰς κόρον οἱ Αἴαντες καὶ Τεῦκρος διώξουσι καὶ ἐσσύμενον μάλα Ἕκτορα. Praeſtat hactenus prior ratio, cum multo magis abhorreat dici ἐλᾷν τὸν πολέμιον pro fugare vel vrgere. Quod tamen multo magis pro priore interpretatione militat, eſt locus Tyrtaei, a Koeppen quoque laudatus, Eleg. II, 10. ſaepe, inquit, et fugiſtis et fugaſtis hoſtes, ὦ νέοι. ἀμφοτέρων δ' ἐς κόρον ἠλάσατε. vbi ἐλᾷν εἰς κόρον abſolute pro ἐλθεῖν εἰς κόρον, *vtrumque ſatis multum experti eſtis.* Diceres iam illo tempore lectum fuiſſe in Homero ἐλόωσι. In Apollon. Lex. nil occurrit. Conf. quoque

inf. ad Il. T, 424 πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο, vbi ſimili modo exponitur.

Bentleius bene ſenſerat impeditam ſtructuram et emendabat: οἵ κεν ἄδην ἐλόωσι — Ἕκτορα. vt ſit ἐλᾷν Ἕκτορα, *exagitare perquam ſatis, multum*. blandiente et ingenioſa correctione, nec tamen vera. De ἄδην, quod priorem habet breuem, dictum ad E, 203. et K, 98.

316. Senſui vel obtuſiori moleſtiam facit verſus hic: Ἕκτορα πρ. Abeſt quoque a Veneto; nec in Scholiis vlla eius mentio; adſcriptus in marg. Townl. ab alia manu; debet ideo defuiſſe antiquis exemplaribus et videri interpretandi cauſſa adiectus eſſe a rhapſodo, cui in mentem venerat formula etiam alibi obuia, vt E, 410. Alii quidem diſtinguunt, Ἕκτορα Πριαμίδην· καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν, Αἰπύ οἱ· quod damnat Clarke, quia ſic ταυτολόγος oratio ſit.

εἰ καὶ reſcribebat Bentl. ſicque Vrat. b. et Brunck ad Apollon. IV, 1655 ad Hoogeveen. doctrina partic. prouocans, hoc vnum exemplum eſſe affirmantem, quo de vſu τοῦ καὶ εἰ conſtet, alterum adiungit ex eo loco Apollonii et tertium e poeta ignoto ap. Plutarchum de S. N. Vind. Sane ita res ſe habet, vt frequentetur εἰ καὶ, vti in illo E, 410 τῷ νῦν Τυδείδης, εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστι, Φραζέσθω. Γ, 215 εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν. et h. l. vſ. 58. *etiamſi*. (alius vſus eſt v. c. in verſu Θ, 111 εἰ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται.) Nec tamen exemplis caret alterum καὶ εἰ eodem ſenſu. Notata video Od. N, 292 καὶ εἰ θεὸς ἀντιάσειε. add. Od. O, 421. Π, 98. 116. Conuenit notum Atticorum κἄν, quod in Homero quoque eſt καὶ ἄν Od. Z, 300 ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστὶ καὶ ἂν πάϊς ἡγήσαιτο. Non igitur videtur eſſe tam mirum et inſolens.

317. αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι. — „quod αἰπὺ metaphorice pro δυςπρόςβατον (non δυςπροβ.) δυσχερὲς, et quod περ otioſum." Sch. A. prius cum Suida, verſu adſcripto; alterum hoc male; nam περ eſt

quod alias *καίπερ*, *etsi*. Prius habent quoque Sch. br. add. Hesych.

318. *κείνων νικήσαντι μένος*. „*οὕτως πληθυντικῶς αἱ Ἀριστάρχου*.“ Sch. br. Quaeras: quid alii legerint: num *κείνου*? an *κείνοιν*?

319. *ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων*. *ὅτι μὴ* Lipſ. vitioſe cum gl. *ἀντὶ τοῦ εἰ*. quae ſpectat ad *ὅτε μὴ*, quod eſt ſerioribus *εἰ μή*. *αὐτός τε* Vrat. d.

320. *ἐμβάλλοι αἰθόμενον δαλὸν* — „*γρ. ἐμβάλῃ*.“ Barnes.

δαλὸν. antiquitus fuit *δαϝλον*, *δαυλόν*. a *δαϝω*. vnde Sch. br. *δαυλὸν*, *κεκαυμένον ξύλον*. Et Etymol. *καὶ Ἰωνικῶς δαυλός*.

321. *ἀνδρὶ δέ κ᾽ οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας*. *κ᾽* in aliis deeſt. male; niſi *ἀνέρι δ᾽ οὐκ* ſcribas, quod in Ariſtide To. II, p. 258 legitur. *ἀνδρὶ δέ γ᾽ οὐκ* non occurrere vidi, quod alibi variat. Bentlei. corrigit *οὐ ϝειξειε*. Enimuero *εἴκω*, cedo, non eſt *δίγαμμον*.

322. *καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν*. *τὸν σῖτον*, vt vno verbo Sch. br. reddit. De *ἀκτῇ* disputatum eſt ad Λ, 630. Vnde et intelliges, quid ſibi velit Sch. B. ad h. l. *ἀκτὴ δὲ τὸ προηγμένον καὶ τῶν ἄλλων προτιμηθέν*. ſcilicet multi acceperunt de flore farinae, quod alias *ἄωτος*. Multa ad h. l. tumultuarie cumulat Euſtath.

325. *ἔν γ᾽ αὐτοσταδίῃ*. vn. Vindob. *ἔν τ᾽*.

326. „*ξ*— quod, cum *νῶϊν* et ſecundus et tertius caſus ſit, *ἡμῶν* et *ἡμῖν*, h. l. eſt pro *ἡμῶν ἐπ᾽ ἀριστερά*.“ Sch. A. Poſſis tamen dicere datiuum ex frequenti vſu pro genitiuo poſitum *tende nobis ad ſiniſtram*, vſitatius ſingulari numero: „*tu mihi perge ad ſ.* Clarke *ἐπ᾽ ἀριστερά*. „*quoniam media acies tantis viris tuta eſt, ideo nos ad ſiniſtram*.“ At ſic manent reliqua obſcura. Non eſt *ἔχε νῶϊ*, *duc nos*, ſed *ἔχε νῶϊν*, *tende nobis ad* ſiniſtram. tende mihi.

ἔχε, *πορεύου*. *βάδιζε*. Sch. B. *ἔχε* ſc. *τὴν πορείαν*. *τὴν ὁρμήν*. niſi malis dicere ductum eſſe a curribus,

ἔχειν ἵππους dirigere. ἢ quod ſupplendum (*πότερον*) vel *εἰ*.

327. *εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν. ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν* (*ὀρέξει.*) Vidimus iam M, 328 omitti *τὸ εἰ*, vbi ſequitur *τὸ ἢ — ἤ*.

ὄφρα — εἴδομεν pro *εἴδωμεν*. v. Excurſ. III ad lib. IV.

329. *ὄφρ' ἀφίκοντο κατὰ στρατὸν — ὄφρ' ἀφίκοιτο.* Harlei. et Lipſ.

331. *σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι.* „In alio: *σὺν ἔντεσι μαρμαίροντας.*“ Sch. A. ſicque Vrat. d. et corrupte vn. Vindob. *μαρμάροντα. σὺν τεύχεσι λευγαλέοισι* Lipſ. ſed Schol. *λευγαλέοισι. γρ. δαιδαλέοισι ὃ κρεῖττον.*

332. *ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν.* Poteſt bene dictum eſſe, pro *κατ' αὐτοῦ, ἐπέβησαν αὐτῷ,* at multo melius coni. *ἐπ' αὐτῷ* Bentl.

333. *τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος. ὁμὸν, ἰσοβαρὲς* Sch. B. *ἰσοῤῥεπὲς* Sch. br. Simpliciter pugna qua *ὁμοῦ, ἅμα,* contendunt vtrinque et virtutem exerunt. Mox 337 *ὁμόσ' ἦλθε μάχη,* quod alias *ἐμίχθη.* et 343 *ἐρχομένων ἄμυδις.* Bene hactenus Euſtath. *ὁμὸν νεῖκος, ὁμοῦ ποιοῦν εἶναι αὐτούς.* Alio modo *ἴση μάχη* dicta alibi, cum aequa fortuna pugnatur vtrinque.

ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι. ταῖς ἐσχάταις Sch. B. ad *extremum nauium ordinem.* Quidni dictum ſit pro *ἐπὶ ταῖς πρύμναις τῶν νηῶν.* Vidimus iam ſup. Θ, 475.

334. Video comparationem quaeri in puluere a procellis in turbinem circumacto: ſic quoque Sch. B. In verbis tamen poetae nihil aliud video, quam congreſſum pugnantium comparatum cum impetu procellarum *ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη — ὡς ὅτε ἄελλαι σπέρχωσιν ὑπὸ λιγέων ἀνέμων, vti irruunt mutuo in ſe procellae* actae *ab ventis ſtridulis.* Bene ideo Euſtath. *δηλοῖ διὰ τῆς παραβολῆς τὸ συμπεφυρμένον τοῦ πολέμου καὶ τὴν ὁμόσε ἐλθοῦσαν μάχην.* Tanquam poeta rem ornauit ſingulari procellarum genere commemorato, quod in Aſia et in inſulis ipſa aeſtate ingruit. Ad ventos ſtato tempore flantes, *ἐτησίους,* refert Sch. B. *σπέρχειν* proprie actiue ſi-

gnificat, et poteſt ex h. l. ſuppleri *κόνιν*. Satis tamen frequens, talia verba abſolute poni.

„*γρ. ὑπαὶ λιγέων.*" Barnes.

336. *οἵ τ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὁμίχλην. ἄμυδις* ſupplet *πνέοντες* Sch. B. *οἱ ὁμοῦ πνέοντες*. Nec tamen neceſſe. Nam *ἄελλαι ἱστᾶσιν ἄμυδις* (*ὁμοῦ, εἰς αὐτὸν τὸν τόπον*) *ὁμίχλην κονίης. ἱστᾶσι* cum dilectu pro *ἐγείρουσι*. Pro *οἵ τ'* ſcil. *ἄνεμοι*, nusquam legitur *οἱ δ'*.

337. *ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη*. Lipſ. ap. Bentl. *ἦρχε*, minus bene. nam *ὁμόσε ἔρχεσθαι* eſt pugnantium. Euſtath. p. 935, 33 bene hinc illuſtrat Atticum illud *ὁμόσε ἐλθεῖν* de conflictu pugnantium; mox, et in foro.

339. *ἔφριξε δὲ μάχη* *horruit pugna* vertitur: Immo *μάχη* h. l. poſita eſt pro *acie*, *ea horrebat haſtis*, ſollenni more loquendi, pro, *haſtae horrebant*, eminebant cuſpidibus, *per aciem*, vt tamen adiuncta videatur eſſe notio *τῆς πυκνώσεως* et *τῆς κινήσεως*. cf. Schol. Eurip. l. c. Diſertius Virgil. Aen. XI, 601 *ferreus haſtis horret ager*. et alio loco: *atraque late Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus*. Sch. A. *ὀρθώθη τῆς μάχης τὰ δόρατα*. Ambagibus idem declarat Sch. B. et Sch. br. *ἐπυκνώθη ἡ μάχη τῇ τῶν δοράτων ἀνατάσει. Φρίσσειν γὰρ τὸ ὀρθοῦσθαι πυκνῶς* (Emendat ex his Suidam in *ἔφριξα* Toup. T. I, p. 212). Vſus *τοῦ Φρίσσειν*, *horrere*, nunc in vulgus notus, quem quoque iam vidimus ſup. Δ, 281. 282 *Φάλαγγες σάκεσί τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι*. horrent proprie haſtae, tum turmae, acies, ager, haſtis, etiam clipeis, vt Eurip. Phoen. 1112 (1119) cf. Euſtath. p. 935, 55. Refert verbum inter dictiones metaphoricas, quae potentius rem exprimunt quam propriae, verſu hoc laudato, Demetr. de Eloc. §. 82.

Φθισίμβροτος hoc vno loco in Iliade: notata Suidae: *διαφθείρουσα τοὺς ἄνδρας*.

340. *ὄσσε δ' ἄμερδεν αὐγὴ χαλκείη*. „*ἠμαύρου*" Apollon. Lex. h. v. his verbis laudatis. Heſych. *ἠμαύρου. ἔβλαπτεν* reſpectu ad h. l. Sch. br. *ἐστέρησεν. ἠμαύρου*. prius reſpectu generalioris ſignificatus. Eadem Etymol.

hoc verſu laudato, qui et recte etymon ab ἀμείρω conſtituit. Argutatur Euſtath. dicendo μέρδειν fuiſſe βλέπειν. Plene dictum eſt ὀφθαλμῶν μιν ἄμερσεν Od. Θ, 64. In Sch. B. ſubiectum eſt longum et moleſtum Scholion Porphyrii ſuper voce ἀμέρδειν plenum etymologicis aliisque argutiis. Translatum illud eſt ex Quaeſt. Hom. IX. Supra ad E, 336 laudato h. l. editum eſt in Schol. Ven. ἄμεργεν perperam. v. ſup. ad B, 269. αὐγῇ χαλκείῃ vn. Vindob.

ταμεσίχροας, per ſe apertum, et obuium iam Δ, 511. enucleant tamen Apollon. Lex. τεμνούσας τὸν χρῶτα. λέγοι δ' ἂν ἀπὸ μέρους, τὴν σάρκα. et Heſych. ex eo. it. Etymol. Occurrit et in Tragicis, v. c. Sophocl. Aj. 843.

341. αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων. ἀπολαμπομενάων Euſtath. et mſ. Mori. alii ἄπο, profitente Barnes. αὐγὴ ἀπὸ κορύθων. quod mox vulgare, vſu omiſſa praepoſitione, αὐγὴ κορύθων. ſeruatum tamen interdum a poetis, vt *fulgor ab auro.* Notauit quoque Koeppen.

αὐγὴ χαλκείη relatum ab antiquis inter audacius dicta, refert Euſtath. αὐγὴ χαλκείης κόρυθος ἀπολαμπομένης laudatur in Suida To. II p. 276 in κατάχει ex Schol. Ariſtoph. Acharn. 1127.

343. μάλα κε θρασυκάρδιος εἴη. ⊱ „quod θρ. εἴη pro ἦν." Sch. A. quid cogat, ita accipere, non video. Eſt: *ille foret; eum admodum eſſe neceſſe eſſet, qui.*

ἐρχομένων ἄμυδις. h. αὐτῶν (Τρώων καὶ Ἀχαιῶν) συνελθόντων.

Poſt v. 343. operarum errore in ed. Flor. male interiecti ſunt vſſ. 995 — 733.

344. ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον οὐδ' ἀκάχοιτο. ⊱ „quod γηθήσεις pro ἐγήθησεν." De quo v. ad v. praeced. Grauius eſt, quam commode haec dicta ſint. Clarke bene defendit morem loquendi per negationem, οὐδ' ἀκάχοιτο pro γηθήσειεν. nec caret exemplis, copulari vtrumque vt h. l. At enim non hoc quaeritur; ſed

quaeritur de ſententia: *gaudere nec dolere pugna* non videtur dici ex vſu Homerico, nec accommodate h. l. Nam memoratus erat proſpectus aciei fulgentis aere; quem *delectare* poſſe patet, ſed non aeque intelligitur alterum, quomodo aliquis *dolere* poſſit aſpectu. Aut igitur dicendum eſt ἀκάχεσθαι eſſe generalius dictum pro *cohorreſcere* adſpectu; aut ſententiam ab adſpectu aciei aere fulgentis eſſe reuocandam ad mutuas caedes factas, v. 337. 8 μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὀξέϊ χαλκῷ. *Laetari* pugna iam aliquoties vidimus ſpectantes, *dum virtutem mirantur:* vt modo ſup. 11. cf. ad Δ, ſub f. *dolere* pugna neceſſe eſt eum, qui caedes adſpicit et vulnera fortium virorum. Itaque nunc *tanta caedes facta eſt, vt ingemiſcendum eſſet aſpicienti.*

346. ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχετον ἄλγεα λυγρά. „quod τετεύχετον pro τετευχέτην vel τεύχουσιν aut, permutatione temporum, pro ἔτευχον. Sic K, 361 ἐπείγετον pro ἤπειγον." Sch. A. Monitum iam eſt ad e. l. vſ. 364. eſſe hoc praeſens hiſtoricum, et videri poetam rem praeteritam per praeſens extuliſſe; a τετεύχω eſſe praeſenti tempore, τετεύχετον. *Hoc modo duo Saturnii parant mala* (caedes et vulnera) *pugnantibus.* Si tamen memineris, frequenti vſu Homerico duales cum pluralibus iungi ac miſceri, facile intelliges, ne id quidem, quod poſuimus, neceſſe eſſe, ſed τετεύχετον eſt pro ἐτετεύχετον, ἔτευχον. ἐτίθεσαν. Vulgaris lectio erat τετεύχατον, ad quam nihil notatum video a Bentleio, at contra eam docte diſputat Clarke, docens praeteriti perfecti formam locum nunc non habere. Laudat ex vno cod. Ital. Tho. Bentleio inſpecto τετεύχετον, quod bene recepit Wolf. firmatum nunc, praeter vn. Vindob., cod. Ven. tum Sch. A. et Sch. br. ad K, 364. etſi in his male editum τετεύχατον. Mirum tamen, in vulgatam codices ceteros conſentire, ipſum Townl. etiam Euſtath. ita vt inde conſtet, ipſos graecos doctiores grammaticam temporum rationem, ſaltem praeteriti perfecti haud

tenuiſſe. In Sch. A. additum: ἐν ἄλλῳ· ἡρώεσσιν ἐτεύχετον, quod multo minus ad praeſens reuocari poteſt.

347. Ζεὺς μέν ῥα Ariſtarchea lectio, quam et Venetus habet. Alii Ζεὺς μὲν ἄρα. quam praefero.

348. κυδαίνων. De voce hac v. ad E, 448.

οὐδ' ὅγε πάμπαν. Venetus cum Vrat. d. et vno Vindob. οὐδέ τι. Schol. A. „Ἀριστοφάνης· οὐδ' ὅτε.“ Praeſtat quod nunc legitur.

349. ἤθελε λαὸν ὀλέσθαι Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρό. Erat ὀλέσθαι iam in ed. Flor. Ald. 1 et Rom. ὀλέσσαι ex Ald. 2. venit in ceteras errore operarum, puto; nam e nullo codice laudatum vidi. Reuocauit prius Wolf. praeeunte Erneſtio ex auctoritate iſtarum edd. et cod. Lipſ. „Iupiter *nolebat omnino perire Achiuos*, non, *omnino perdere*. Succinunt, vt dixi, codices omnes, in his Ven. Townl. et Harlei. cum ceteris ap. Bentl. vn. Vindob. etiam Euſtath.

Ἀχαϊκὸν vitioſe et hic Lipſ. c. al. Monet quoque de eo Euſtath.

Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρό. Scriptura antiqua fuit ϝίλιος. ϝιλιοθι. Ita verſus ſtare nequiit. Sed medela, etiam a Bentleio animaduerſa, eſt in promtu; fuit Ἀχαιῶν, vt aliis locis; ſic ſtatim A, 71 καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω. Vulgata tamen lectio vbique occurrit etiam ap. Galen. in Hippocr. de Nat. Hom. I, 1. p. 97. To. III. Chart. vbi docet οὐ πάμπαν eſſe μήδ' ὅλως. ſcriptum autem ibi eſt, οὐδ' ὅτι πάμπαν.

350. ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱόν. — Verſus ἀθετεῖται, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖος. προείρηται γάρ· κυδαίνων Ἀχιλῆα. Sch. A. bonum iudicium!

352. ὀρόθυνε μετελθὼν λάθρῃ ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός. Sch. A. obſeruat, λάθρῃ vel ad μετελθὼν vel ad ὑπεξαναδὺς referri poſſe. Porro cum ſequatur: ἤχθετο γάρ ῥα Τρωσὶν δαμναμένους, ille iungit Ἀργείους ὀρόθυνε, Τρωσὶν δαμναμένους; Erit ergo totus locus interpunctione ſic conſtituendus:

'Αργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε, μετελθὼν
Λάθρῃ, ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλὸς, ἤχθετο γάρ ῥα,
Τρωσὶν δαμναμένους.

Addit grammaticus: „nisi enim hoc feceris, dictionem soloecam inferre necesse erit, ἤχθετο — δαμναμένους, cum esse debeat ἤχθετο δαμναμένοις.“ Addit tamen, videri sibi figuram hanc priscam esse, vt in illis: καί ποτέ τις εἴποι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων (vitium librarii vel typothetae est ἀμείνω) ἐκ πολέμου ἀνιόντα. (Il. Z, 479. 480. ad quem loc. v. Obss.)“ Atque in hoc ei facile assentimur, esse ἄχθεσθαί τι, omisso διά. vt E, 361 Venus λίην ἄχθομαι ἕλκος. Nam ellipsin τοῦ ὁρᾷν non admittendam esse censet grammaticus, et recte, etsi eadem in Schol. B. probatur.

354. ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη. ἦ μέν γ' ἀμφ. Schol. Aristoph. Equ. 255.

ὁμὸν γένος. Hesych. ὁμὸν, ἐν τῷ αὐτῷ. ὅμοιεν (corrige: ἐν. τῷ αὐτῷ ὅμοιον) ἡμῖν ἀμφοτέροισιν ὁμόν. (hoc iam correxerunt ἦ μὰν) Sunt ergo ὁμογενεῖς.

ἠδ' ἴα πάτρη. ἀντὶ τοῦ· μία πατριά. Schol. B. voluit, puto, φρατρία. vt et Schol. Pindari P. VIII, 53 illud exponit: eadem familia. ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς γένεσις, vt est ap. Hesych. et Suid. Hoc idem volebant Schol. br. ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός. Sic φράτορες dicti συγγενεῖς, docente ex h. l. Schol. Aristoph. Equ. 255.

Apud. Plutarch. de aud. poet. p. 32 A. recitantur vss. 354. 5. 6. vbi male in edd. ἡ μία πάτρη.

355. ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη. ᾔδει Barocc. Mori. vn. Vindob. perpetua varietate. Etiam Plutarch. de aud. poet. l. l. et de Is. et Osir. pr. vbi hunc versum laudat. Verum ᾔδη est Ionicus vsus. dictum de hoc iam ad A, 70. et saepe de hoc monitum. Ceterum huic versui repugnare putarunt Od. N, 142 vbi Iupiter Neptunum πρεσβύτατον καὶ ἄριστον appellat. Itaque accipiunt pro ἐντιμότατον. at nec hoc necesse; in illo Odysseae loco est ille inter deos maiores natu, respectu Apollinis et al. πρεσβύτατος κατὰ θεῶν.

356. τῷ ῥα καὶ ἀμφαδίην μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινε. Iam ad lib. VII, (H) 196 vidimus ἀμφαδίην esse pro κατ' ἀμφαδίην. ἀναφανδὸν, φανερῶς. Lipf. et Vrat. d. ἀμφαδίη. deb. faltem ἀμφαδίῃ, quod Venetus offert et Eustath. qui etiam fubftituit μάχῃ. perperam. Apud eundem etiam λάϑρῃ fcribitur.

In fine Bentl. coni. ἀλεξέμεν ἐξαλέεινε.

358. τὼ δ' ἔριδος. Iupiter et Neptunus, de quibus dictum erat. Sic etiam Sch. B. At Sch. A. ait τοὶ δ' Ariftarchum legere; ficque habet Cod. Ven. Lipf. Cant. Harl. Vrat. d. vn. Vindob. Alios οἱ δ'. In edd. male τῶδ' ante Turnebum.

In ὁμοιΐου non apparet ratio, cur ῑ producatur; Bentl. itaque emendat ὁμοιόφι πτολέμοιο. v. ad I, 440.

359. ⊱ „quod allegorice duas funis oras fingit poeta, alteram Eridis alteram Belli vtrique exercitui illigatas.“ Quantae argutiae! ἔρις καὶ πόλεμος eft vnum idemque, μάχη. *pugna* comparatur cum *fune intento*; quod illuftratum eft fup. ad Λ, 336. Poteft is ab alterutra parte modo remiffius modo validius intendi; fimiliter pugna, cum modo acrius modo remiffius pugnatur, dicitur intendi et remitti, cum duo Saturnii moderentur pugnam, illi ἐπιτανύουσι τὸ πεῖραρ πολέμου, modo ab hac, modo ab illa parte, ἐπαλλάξαντες, per vires, alternis, ἐναλλάξ. Ne iungantur: πεῖραρ ἐπαλλάξαντες, fed, πεῖραρ ἀμφοτέροις ἐπετάνυσσαν, interpunxi poft πεῖραρ.

Haec cum fint tam aperta et expedita, mirari licet, quas tricas veteres nexuerint. Contortae interpretationis de duplici finis ora altera Eridis, altera Belli, auctor editur Ariftarchus. Alii fic conftituerunt, vt extremis funis oris hinc Achiuos, illinc Troianos, illigatos fingi dicerent. Ita Schol. A. B. br. quae altera ex alteris emendanda funt. Editur opinionis auctor Crates. Argutatur eadem et alia plura Porphyrius. Mireris quoque Clarkium verba appofuiffe: „vtrumque exercitum, tanquam circumiecto fune, in arctum conftringebant: vt recte Popius.“ Vera vidit ac fenfit Ernefti.

πεῖραρ ἐπαλλάξαντες. haec veteres iungebant, itaque ſe in locum iniquum deductos videbant. Eſt Scholion in Ven. A. cui auctor ſubſcriptus eſt (Alexander) ὁ Κοτιαεὺς (ex Cotiaeo, Phrygiae ἐπικτήτου vrbe) quod apponam: ὁ λόγος· „οἱ δὲ τὸ πέρας τοῦ πολέμου καὶ τῆς ἔριδος συνάψαντες, ἐπέτειναν ἀμφοτέροις· οἷον ἀμφοτέρωθεν.“ μετενήνεκται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν δεσμῶν. τῷ δὲ ἐπαλλάξαι ἐπὶ τοῦ συνάψαι χρῶνται καὶ πεζολόγων τινές. πλεονάζει δὲ (exemplis huius vſus abundat) Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς, ἐπηλλαγμένα λέγων τὰ συνημμένα. (in tribus libris harmonicorum Elementorum, qui adhuc ſuperſunt.) Sequuti hoc ſunt plerique, etiam Porphyr. cum Euſtathio; omnia ad vinculi nexum referendo. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. ἐπαλλάξαντες, ἐπιπλέξαντες, ἐξαμματίσαντες. p. 273 et alio loco, p. 296 ἄμμα ποιήσαντες, καὶ ἀντιβάλλοντες. Similia et alia habet Heſych. Etiam Schol. br. ἐπιπλέξαντες τὰς κῆρας καὶ οἱονεὶ δήσαντες.

Cum pace tamen tantorum virorum dixerim, aliena haec eſſe ab h. l. Sane, ſi duo funes nodo facto iunguntur, recte dicentur ἐπαλλάσσεσθαι; nam ἐπαλλάττονται duae res, quae ſibi obuiae factae iunguntur, coeunt, aut permutantur; proprie enim ἐπαλλάττεσθαι omnino eſt permutare, alio transferre. At h. l. Iupiter et Neptunus ἐτάνυσσαν πεῖραρ, vtrinque extendunt, arreptis funis oris, nec coeunt et iunguntur, ſed recedunt et disiungunt ſe; vt intento fune alter deficientibus viribus cedat alteri et eſt ἐπαλλάξαντες, alternando, alternis, dum modo hic funem intendit, modo validius ille. Eſt ἐπαλλάσσειν hactenus idem quod ἐπαμείβεσθαι. apud Pindar. P. IV, 402. 3. tauri Colchici χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσεσκον χθόν' ἀμειβόμενοι. Comparauit vſum vocis in dialecticis Erneſti ad Xenoph. Mem. Socr. III, 8. pr. cum λόγοι ἐπαλλάττονται, disputando in vtramquae partem trahuntur ſeu ſimpl. per vices diſſeruntur.

ἐπ' ἀμφοτέροις iungunt multi et reddunt ἀμφοτέρωθεν, quaſi ſit ἐπ' ἀμφοτέροις μέρεσι aut ſimile quid. Ariſtarchus alteram quoque lectionem habuit ἐπ' ἀλλή-

λοισι. Melius iunxit cum verbo ὁ Κοτιαεὺς, modo laudatus, vt ſit ἐπετάνυσαν, ἐπέτειναν, ἀμφοτέροις, Troianis et Achiuis. ſane et ſic procedit, οἷον ἀμφοτέρωθεν.

πεῖραρ. Cant. πεῖρας, ſuperſcripto tamen ρ. variat lectio et alibi. Facta vox ex πέρας, quod extremas quoque funis partes et oras deſignat: πέρατα σχοινίου. Sed et abſolute πείρατα pro fune dixit Homerus Od. M, 51 et Hymn. in Apoll. 129. Apollon. Lex. πεῖραρ. τὸ μὲν πέρας τοῦ σχοινίου. adſcripto hemiſtichio noſtro. add. Etymol.

Aliam viam ingreſſus erat deſideratiſſimus Koeppen, referendo haec ad lances Iouis: πεῖραρ πολέμου, idem quod πολέμου πέρας, eſſe victoriam, et τανύειν τὸ πεῖραρ πολέμου ἐπί τινι, dictum eſſe, quo ſenſu dictum Θ, 69 χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, pro διδόναι νίκην τινί. At nec τανύειν pro *appendere* vſu firmatur, nec reliqua loca, in quibus haec loquendi ratio occurrit, cum iſta notione conueniunt. cf. ſup. ad Λ, 336.

361. μεσαιπόλιος pro μεσοπόλιος notabile exemplum mutatae vocalis in compoſito ap. Etymol. Sic tamen Πυλαιμένης. Κλυταιμνήστρα et alia ap. Euſtath. p. 937, 38. et aliud compoſitorum genus, cum ο mutatur in η, vt ἱππημολγός et alia. οὐ σφόδρα πεπολιωμένος, ἀλλὰ μέσος. οὔπω γέρων (leg. ὠμογέρων ait Bentl.) Heſych. ὁ λεγόμενος σπαρτοπόλιος Sch. br. vel, vt melius Euſtath. μιξόθριξ κατὰ τὸ ὑποπόλιον. *ſparſis paſſim canis.*

362. Τρώεσσι μετάλμενος Ven. (ſicque Cant. Mori. Harl. Lipſ. Vrat. d. et vnus Vindob.) Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· Τρώεσσιν ἐπάλμενος“ et ſic in edd. legebatur, eodem iure ac ſenſu.

363. Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα. Sch. A. „In Argolica recenſione fuit Ἑκάβης νόθον, *forte*, inquit Schol. *ignoratione vrbis Cabeſi.* Fuit ita ſcriptum Ὀθρυονῆ' Ἑκάβης νόθον.“ Κάβησα δὲ πόλις Ἑλλησποντίς, Sch. B. At Καβησὸς, πόλις Θράκης Sch. br. et Etymol. Plura legerat in ſuis Euſtathius; vnde patet Cabeſum in

Thracia ad Haemum collocasse alios, alios in Cappadocia τὰ Κάβησα, nonnullos in Lycia, et Othryoneum Sarpedonis fratrem edidisse.

ἔνδον ἐόντα, ἤτοι ἔνδον τοῦ οἴκου Πριάμου, ἔνδον Ἰλίου. Putat tamen idem Sch. B. praestare ἀντὶ τοῦ ἐνόντα καὶ παρόντα, vt τὰ ἔνδον ἐόντα dicuntur v. c. Od. H, 166. Vt sit *intra castra*, vsus loquendi haud admittit. Eustath. accepit esse *habitantem intra* Cabesum, non extra vrbem in agro. Satis docet vsus perpetuus, referri τὸ ἔνδον ad *domum* (v. c. K, 378. Λ, 766) vt adeo sit respectu soceri, Priami, de quo statim agitur. ἔνδον εἶναι Od. Ξ, 407 *domi esse*. et inf. O, 438 Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν ἐν μεγάροισι.

Versus 363 — 366 laudat Strabo XIII, p. 696 C. loco quo docet Homerum nihil memorare de Cassandra violata; sed eam virginem nominare.

364. ὅς ῥα νέον πολέμοιο, μετὰ κλέος εἰληλούθει. „κατὰ κλέος Aristophanes“ Schol. A. Verum μετὰ κλέος ἔρχεσθαι etiam in Od. N, 415 ᾤχετο, πευσόμενος, μετὰ σὸν κλέος, εἴ που ἔτ' εἴης. et Γ, 83 πατρὸς ἐμοῦ κλέος εὐρὺ μετέρχομαι ἤν που ἀκούσω. Et iam sup. Λ, 227 γήμας δ', ἐκ θαλάμοιο μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν. — Locum expressit Virgil. Aen. II, 342 *Illis ad Troiam forte diebus Venerat insano Cassandrae incensus amore, Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.*

365. ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. — „quod nunc poeta e filiabus Priami *Cassandram* εἶδος ἀρίστην, alibi (sup. Γ, 124. Z, 252.) *Laodicen* sic appellat. Nec haec pugnant; nam illa inter innuptas, haec inter nuptas pulcerrima fuit. Alii distinguunt post θυγατρῶν, alii εἶδος accipiunt τὴν εἴδησιν τῆς μαντείας. inepte.“ A. B. Eustath.

366. Κασσάνδρην ἀνάεδνον. „quod ἔδνα dabant proci. Itaque Othryoneus petebat Cassandram ἀνάεδνον, *ita vt ipse nulla munera daret*“ Sch. A. quae sunt recocta ex iis quae ad I, 146 notata erant: ad quem vs. vide de

forma vocis, quae fuiſſe videtur ανεϝεδνα, aut ex ἄεδνος, (αϝεδνος) ἀάεδνος et tandem ἀνάεδνος. Cum ἔδνα ſint munera modo a ſponſo modo a ſocero data, poteſt quoque ea eſſe ἀνάεδνος, quae tantopere expetitur, vt ſine dote ducatur. cf. Euſtath.

Κασάνδρην veterem ſcripturam fuiſſe certum eſt; eſtque ea in Lipſ et in aliis. Si tamen ſemel eam receperis, mutanda erunt innumera alia pari iure.

ὑπέσχετο δὲ, mutauit in δὴ Barnes; haud bene. γὰρ vn. Vindob. et alter ὑπίσχετο.

368. τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο. Erat ὑπέσχετο cum vitio metri in edd. ipſa Rom. c. Euſtath. ante Barnes. qui fulcrum ei quaerens edidit Πρίαμος μὲν ὑπέσχετο. et addit „γρ. μὶν, et ὑπό τ' ἔσχετο. "hoc alterum tenere debebat; afferebat enim cod. Cant. Recepit Clarke et firmant illud codd. Tho. Bentleii, Lipſ. Ven. Townl.

Cur non et hic ſcriptum ſit τῷ δὲ γέρων, aut qua cum vi ὁ interiectum ſit, non apparet.

369. ὑποσχεσίῃσι πιθήσας· Pro hoc eſt ὑποσχεσίῃ πεποιθὼς in Vrat. d. cum vno Vindob.

370. αὐτοῖο τιτύσκετο. τιθήσκετο vitium ed. Rom. Idem verſus legebatur ſup. 159.

371. „καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα. „βιβάντα Ariſtarchus vt δαμέντα (melius Sch. B. vt ἱστάντα) a recto μακρὰ βιβάς. Addit Sch. A. καὶ οὕτως ἔχει ἡ ὑγιὴς ἀνάγνωσις." Fuit itaque et aliter lectum? puto βιβῶντα, vt erat Γ, 22 μακρὰ βιβῶντα. Sollennior tamen forma βιβάς.

οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ. ἤρκεσε abſolute hic et 397 et alibi: cum in aliis locis adiiciatur ὄλεθρον, vt Ζ, 16. Υ, 289.

372. χάλκεος, ὃν φορέεσκε. ⸗ „quod thoraces erant ex aere; reſpectu habito ad verſum B, 529 ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ." Sch. A. Scilicet is vſ. reiiciebatur. v. ad e. l. „γρ. μέσῃ δ' ἐνὶ γαστέρι πῆξε" Barn. Idem vſ. 398.

374. πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων. „Legitur quoque αἰνίξομ', ἀντὶ τοῦ ἐπαινέσομαι, alii reddunt, διήγημά σε ποιήσομαι. Zenodotus αἰνίσσομαι." Etiam Apollon. Lex. hoc verſu laudato ἐπαινῶ. ἢ θαυμάζω, θαῦμα ἡγοῦμαι, ἢ αἰνίττομαι. In ἐπαινῶ conſentiunt Schol. br. Etymol. et Heſych. in quo e Comano adiecta haec: ὁ δὲ Κομανὸς· δεινίζομαι. καταπλήσσομαι. αἰνίζηθ' ὑποφήτημ. ὦ verſui praefixum etiam in Townl. Vulgata eſt apud Sch. Pind. P. VIII, 57. laudat verſum; vbi ſcribitur 'ΩΘρυονεῦ vnde iſtud Ω natum. Male idem accipit αἰνίσσεσθαι dictum pro ἀποφθέγγεσθαι.

377. ταῦτά γε. „Nonnulli ταυτά γε." Sch. A. Scilicet, quod ſeriores ταὐτὰ ſcribunt, τά γε αὐτά. Addit Sch. A. ὅπερ οὐ πιθανόν." Senſus tamen is requiritur.

379. εἴ κε σὺν ἄμμιν. αἴ κε Vrat. d.

ἐκπέρσῃσ' Vrat. at h. l. eſt ſecunda perſona, σὺ ἐκπέρσῃς. non tertia pro ἐκπέρσῃ.

380. „γρ. εὐναιόμενον Barn." vt alibi, A, 164.

381. ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα „συνώμεθα. Ariſtarchus συνώμεθα quia eſt ab ἵημι." Probat Schol. A. alios tamen lenem adſcribere, non recte." Nota nunc res eſt, veteres aſperum in medio adſcripſiſſe. Ex ἵημι, ὦμαι, adeoque συνίημι. συνώμαι.

Porro Sch. A: συνώμεθα. οὕτως ἀντὶ συνθώμεθα, συμβόλαια καὶ συνθήκας ποιησόμεθα. Similia Schol. Lipſ. add. Heſych. Etymol. Sch. br. Eſt et hoc Ariſtarcheum. Apollon. Lex. in συνώμεθα. laudato verſu: 'Αρίσταρχος, τὸ συνώμεθα, συμβόλαια ποιησώμεθα καὶ συναλλάγματα. ταῦτα γὰρ Ὅμηρος συνημοσύνας καλεῖ Il. X, 261 — Ad c. l. conſ. Nota Tollii.

382. ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοί εἰμέν. „quod ἕδνα dederunt proci (vide iam ſup. ad 366) ἑεδνωταὶ cum aſpero ſcribitur in Ven. et Sch. ſicque Lipſ. Euſtath. et excuſum in ed. Steph. et hinc deductis. Antiquiores inde ab Flor. et Rom. ſpiritu leni ἐεδ. qui ſane mos eſt, quoties τῷ digamma ε praefigitur: ϝεῖπα, ἔειπα, ϝέλπο-

μαι, ἐέλπομαι, ϝείσατο, ἐείσατο. (ſcil. εϝειπα. εϝελπομαι. εϝεισατο) Similis aberratio in ἐέρσῃ occurrit cum deberet eſſe ἐέρσῃ. Tyrannio ſcribebat ἑεδνῶται, quem refellit Schol. A. Clarke ait: „vulgg. ἐδνωταὶ“ quod mihi nusquam occurrebat. Porro οὔτοι. Editum erat in Clark. ed. οὔτι ἐεδνωταὶ operarum puto vitio; nec niſi in Mori ſic lectum vidi. ἐεδνωταὶ δὲ κηδεσταὶ, πενθεροὶ, qui ἕδνα accipiunt a generis. Sch. Ven. A. B. Eadem Heſych. Etymol. At Sch. pr. προικοδόται· — ἐσμὲν ap. Euſtath.

383. ὡς εἰπὼν ποδὸς εἷλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην. „Ariſtarchus ἕλκε.“ Sch. A. διὰ κρ. Venetus.

384. τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ. „Ariſtarchus: ἦλθ' ἐπαμύντωρ.“ Ἄσσιος male codd. nonnulli vt Vrat. A.

385. τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων. vt P, 501. 2. quod alias in curſu: inf. Ψ, 380. 1. et 765.

388. λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε. „τὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα λαιμὸν“ Sch. B. male. ſed κατὰ λαιμὸν, ὑπ' ἀ. Heſych. λαιμὸς ὁ φάρυγξ. ὁ τράχηλος. ὁ λάρυγξ. ὁ βρόγχος. Verbo Pollux II, 206. Ὅμηρος τὸν στόμαχον (ſuperiorem eius partem) καὶ λαιμὸν καὶ λευκανίαν καλεῖ. Iterum occurrit inf. 542. Σ, 34. Od. X, 15.

διαπρὸ et h. l. ſcribitur a multis.

Porro πρὸ nonnulli vacare aiunt ap. Schol. A. cum ſit διήλασεν. At Herodianus: ὅτι εἰς τὸ πρόσθεν διήλασεν.“ Saepe iam vidimus.

389. ἀχερωΐς, vulgo appellata ἡ λεύκη. cf. Schol. Theocr. II, 121. *populus alba:* quod firmat ipſa fabula de Hercule ex Acheronte reduce corona populea coronato, in Sch. A. B. br. Euſtath. Etymol. Heſych. e quo Apollon. Lex. reſtituitur, et Harpocration in λεύκη, vbi et verſus Homericus apponitur. Pauſan. V, 14 ad h. l. prouocat. ἀχελωΐς Euſtathius ait nonnullos ſcribere. Profecit ex h. l. Apollon. IV, 1682 ſqq. in caſu Talo. — Prius hemiſtichium eſt quoque in Sc. Herc. 421. ſed

ſequuntur: ἢ ὅτε πέτρη Ἠλίβατος πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ, ὥς ἔριπε.

390. ἠὲ πίτυς βλωθρή. Iterum vox legitur Il. Π, vbi quinque hi verſus repetuntur v. 482—6. et Od. Ω, 233 στὰς δ' ἄρ' ὑπὸ βλωθρὴν ὄγχνην. ad quem verſum Apollon. Lex. βλωθρὴν, μολοθρὴν, τὴν εἰς τὸ ἄνω μολίσκειν θορύζουσαν (θορνύουσαν vel θοροῦσαν) οἷον πηδῶσαν. Similia Heſych. Sch. br. quae iam comparauit Villoiſon. Clarius grammaticorum mentem exponit Etymologus: εἴρηται παρὰ τὸν αἰθέρα καὶ τὸ μολεῖν· μολαιθέρη τις οὖσα. ἢ εἰς τὸν αἰθέρα μολίσκουσα. Idem: βλώσκω, τὸ αὐξάνω — ἀπὸ τοῦ μολῶ, μολίσκω. Nec aliter ſenſit grammaticus Sch. br. βλωθρή, μακρά. παρὰ τὸ βλώσκειν ὅ ἐστι βαίνειν (ſc. μολίσκειν.) εὐαυξὴς γάρ. add. Euſtath. pluribus locis. At veteres grammatici in Sch. A. B. Victor. vndequaque dialectos arceſſunt, e quibus βλωθρὸς dictum ſit: τινὲς ἁπαλὴν, κατὰ Ἀρκάδας· οἱ δὲ ὑψηλὴν κατὰ Βοιωτούς· ἤτοι Φλοιοβαρεῖς κατὰ Μαγνῆτας· ἢ τραχεῖαν κατὰ Δρύοπας· ἢ ηὐξημένην κατὰ Τυρσηνούς· ἢ σκληρὰν, κατὰ Καρυστίους. Exſcripſit quoque haec Euſtath. add. Sch. Nicandri ad Ther. 693 p. 32. ed. Par. Mireris tamen homines illos huc deueniſſe, cum nihil apertius ſit quam a radice, a qua nunc βάλλω tenemus, βλῶ, βλέω, βλῆμι, — βλόω, βλῶμι, βλώσκω, veniſſe βλωθρὸν, quod in altum ſe emittit, iaculatur; quod Virgilio eſt, *ſe ſubiicere* Ecl. X, 74. Ge. II, 19 fuit βλώσκειν. Vt ad etymum a μολῶ deuenirent, adducere eos potuit vſus τοῦ καταβλώσκειν pro κατατρέχειν. Od. Π, 466 ἄστυ καταβλώσκοντα. et Apollon. I, 322 vbi v. Schol. IV, 227. et προβλώσκειν, prominere, procedere Odyſſ. Τ, 25. Φ, 239. 385. Verbo eſt *procera* pinus. E Scholiis tamen intelligas vocem antiquam fuiſſe, diuerſis in locis ſerius quoque vſu habitam. Ex Homero βλωθρὴν Ἀχερωΐδα repetiit Apollon. IV, 1476. Occurrit μήπω κεκριμένῃ μηδὲ βλωθρῇ ἐπὶ ποιῇ in Arat. Dioſ. 357 et βλωθρὰς πλατάνου in epigr. Eryciae XIV. ap. Brunck. Anal. To. II, p. 298. Etiam ἐλάτας βλωθρὰς dixit Oppianus.

οὔρεσι τέκτονες diuiſim ſcribendum eſſe monent Sch. A. B. nam fuere, qui vna voce dictos vellent οὐρεσιτέκτονες, in his Nicias.

τὴν δ' οὔρ. Lipſ.

391. ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι. „νεήκεσι pronuntiandum vſu et more; ſic quoque Alexio. At Aſcalonita, νεηκέσι. Et debebat ſic pronuntiari ſecundum analogiam, cum ſit ductum ex ἀκή. Vſus tamen aliud probat νεήκης et τανυήκης." Plura ap. A. B. Euſtath. — Eſt idem ac νεακόνητος. Heſych. νεήκεσι. νεωστὶ ἠκονημένοις. ὀξέσι. Succinunt Sch. br.

393. βεβρυχώς. Miſcent grammatici, Sch. A. B. Euſtath. duo diuerſa: βρύχειν vel βρύκειν, de quibus ſatis multa dicta ſunt ad Moeridem, Thomam, Ammonium, al. et βρυχᾶσθαι et multa argutantur; hoc de leonum vagitu proprie dicitur, illud de *fremitu*, et proprie quidem dentibus frendentium, vnde quoque βρυγμὸς apud Hippocratem occurrit, de quo v. Galen. in gloſſis Hippocr. ſicque h. l. v. Sch. br. Spectat huc Apollon. Lex. h. v. βεβρυκὼς, τῶν ὀνοματοπεποιημένων; emendandum βεβρυχώς.

Verſus 392. 393. Dionyſ. Halic. de compoſit. ſ. 4 laudat tanquam exemplum doctae compoſitionis, vt doceat, quantum detrahatur orationi ſi membra ſoluantur. Similia Hermog. de formis orat. I, 6 p. 290. Repetuntur vſſ. 392. 3. inf. Π, 485. 6.

394. ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας. ἐξεπλήγη, v. ad Γ, 31.

395. οὐδ' ὅγε τόλμησεν. Lipſ. Vrat. b. οὐδ' ὅγ' ἐτόλμησεν.

δηΐων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας ἂψ ἵππους στρέψαι. Lipſ. a pr. m. ἀλύξαι — στρέψας. altero ſuperſcripto.

398. μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξεν. „γρ. μ. δ' ἐνὶ γαστέρ' ἔπηξε." margo Steph. et mſ. Mori. v. ad 372.

399. αὐτὰρ ὅγ' ἀσθμαίνων. „Sine γ' Ariſtarchus" Sch. A. male.

402. μάλα σχεδὸν ἤλυθεν. „ἤλυθεν ex ἤλυθον, non ex ἤλυθα“ Clarke.

403. Ἀσίου ἀχνύμενος. ⊱ „quod omiſſum περὶ Ἀσίου“ Sch. A. ὑπὲρ Sch. br.

405. πάντοσ' ἐΐση et πάντοσε ἴση et hic, vt vbique, variat. v. Γ, 347.

406. ἀσπίδα — τὴν ἄρ' ὅγε ῥινοῖσι βοῶν καὶ νώροπι χαλκῷ δινωτὴν φορέεσκε. Erat τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν in edd. et codd. vulgatum. poteſt hoc exponi, aut vt ἀσπὶς ſit δινωτὴ ἐν ῥινοῖς καὶ χαλκῷ, tanquam partibus ſuis, quibus conſtet, vel ἀσπὶς ἐν ῥινοῖς, paraphraſi alibi obuia, pro ἔχουσα ῥινούς. Ineſt tamen moleſti aliquid. Wolf. V. C. ex mſ. Lipſ. ap. Erneſti recepit ὅγε ῥινοῖσι quod retineo, cum et cod. Townl. idem offerat, vt pro mero lapſu librarii haberi nequeat; contra vero interpoſitum ἐν videatur ab eo, qui metro metuebat in vltima voc. ὅγε. quae tamen producitur et tono et propter ρ in ῥινοῖσι. Habemus tandem et alibi ſimilia: Od. Τ, 56 κλισίην δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ pro ἐξ ἐλέφαντος. ſollenni vſu caſus tertii.

407. ἀσπίδα δινωτὴν, περιφερῆ. δῖνος γὰρ ὁ τόρνος Sch. B. Alia ſcriptura eſt δεινωτὴν, quam ipſe Apollon. Lex. h. v. habet, δεινωτὴν, στρογγύλην. ſicque Heſych. et Vrat. d. Conf. ſup. ad Γ, 391.

δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν. „κανόνεσσι plene Ariſtarchea exemplaria“ ait Sch. A. ergo vitium metri grammaticus non vidit? De voce v. ad Jl. Θ, 193.

408. τῇ ὕπο πᾶς ἐάλη. ⊱ „quod πᾶς pro ὅλος. Notatur reſpectu verſus: πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, pro ὅλαι Jl. Θ, 58.“ Sch. A.

ἐάλη, συνειλήθη καὶ συνεκρύβη Sch. B. Euſtath. συνεστράφη Apollon. Lex. h. v. adde Heſych. Suid. Iterum inf. Υ, 168 et 278. Alio loco Χ, 275 eſt ἕζετο γὰρ προϊδών. Dicitur de eo qui *ſe colligit*, corpus inflectit vt lateat. Virgil. Aen. X, 412 *ſeque in ſua colligit arma* XII, 491 *Subſtitit Aeneas et collegit in arma Poplite ſubſidens.* De forma vocis agit Etymologus: ἤλη, ἐάλη,

vt ἤγη, ἐάγη, ἦδε, ἕαδε. Ab ἀλέω vel ἄλημι. v. ad E, 823. quod idem quod εἰλέω, εἴλημι. flecto, inuoluo. Π, 403 ἧστο ἀλείς. Fuit ϝαλεις. εϝαλη.

In princ. τῇδ' ὕπο Vrat. d.

ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος — ἀντὶ τοῦ ὑπερέπεσεν Apollon. Lex. h. v.

409. καρφαλέον — ἄϋσεν. pro ἤχησεν et τὸ κατάξηρον. Melius addas ἐξύ. quod sup. M, 160 αὖον. ad quem loc. vide, et mox 441. Varietatem fcripturae nusquam vidi, quae alibi eft, cum καρχαλέος pro eo obtrudatur Jl. Φ, 541. vbi vide. Bene Sch. B. ἐναργεστάτη ἡ ὀνομασία.

ἐπιθρέξαντος ἄϋσεν. ἐπιτρέχειν h. l. idem quod ἐπιψαύειν. quatenus, aere percuffo per fagittam fuperuolantem, aes refonat. Etiam Apollon. Lex. ἐπιθρέξαντος, ἐπιδραμόντος· εἴληπται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθρεξεν — vt ἔθρεψεν a τρέφω. Hefych. ἐπιδραμόντος. ἐπιξύσαντος bene ad h. l. In Ald. 1. erat vitium ἐπικρέξαντος, etfi non prorfus infelix.

412. ὑπὸ πραπίδων, ὑπὸ φρενῶν fubter diaphragma. cf. fup. ad A, 103. 608. Apollon. Lex. πραπίδες. φρένες. et locus vbi illae funt in corpore: hoc loco laudato. add. Hefych. h. v.

414. οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος. Flor. Rom. κεῖται, incuria metri. ἄτιτος. Apollon. Lex. h. v. ἀτιμώρητος. ἐπὶ δὲ τοῦ „οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος“ οἷον· ὑπὲρ οὗ οὐδεὶς εἰςεπράξατο· recte δίκην vel δίκας defiderat Villoif. Etiam Hefych. ἄτιτος. ἀτιμώρητος. fed peffime adiicitur: κατὰ στέρησιν τῆς ἄτης.

415. εἰς Ἄϊδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο. „πυλάρταο κρατεροῖο, ita vt vtrumque iunctim fit affumendum, τοῦ ἰσχυρῶς τὰς πύλας ἐπαρτῶντος, ὅ ἐστιν ἁρμόζοντος.“ Sch. A. Sch. br. et Apollon. Lex. h. v. qui Apionis aberrationes fubiicit. Spectare epitheton ad τὸ διεξίτητον facile intelligitur. Vocem iam vidimus Θ, 367.

ἰόντα. „διὰ του ι, αἱ 'Αριστάρχου“ Sch. A. an lectum quoque fuit ἐόντα? Sane; et habet hoc Townl. κρυεροῖο Cant.

419. ἀλλ' οὐδ', ἀχνύμενός περ, ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου. ſi ἑοῦ eſt *ſui*, ſcriptum eſſe debuit ϝϝου. enim vero eſt ex ἐός *bonus*, v. Exc. de Digammo ſub hac voce, et Exc. VII ad Jl. A.

420. ἀλλὰ θέων περίβη. ⸖ „quod hic locus inſeruit interpretandis iſtis, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, pro ὑπερμαχεῖς, petitum ab animantibus (fetum, pullos, catulos, tutantibus)“ Sch. A. v. ad A, 37. Totus verſus cum 421. 422. 423. legebatur ſup. Θ, 331. 2. 4. et valde probabile ſit eos h. l. eſſe a rhapſodo inſertos, vnde et στενάχοντα in v. 423 veniſſe dicendum eſt; nam iidem duo homines, Meciſteus et Alaſtor, etiam ibi Teucrum vulneratum absportabant. — ἀμφικάλυψε Vrat. d.

423. βαρέα στενάχοντε. ⸖ „quod Zenodotus στενάχοντα legit; quod ridiculum, nam Hypſenor caeſus erat.“ Emendatior lectio στενάχοντε debetur libris Ariſtarchi: vt ſint οἱ βαστάζοντες“ Sch. A. B. Lipſ. Prauam lectionem habent primae edd. Flor. et Aldd. (etiam e codd. Cant. Vrat. d. A.) veriorem, στενάχοντε ed. Rom. c. Euſtath. στενάχοντες Lipſ. Deprauata forte petita eſt ex altero loco Θ, 334.

424. 'Ιδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα. ἵετο δ' αἰεί. λῆγε μένος. gloſſa mſ. Lipſ. οἱ 'Αττικοὶ, μένους. Notauit et Euſtath. At ſunt prorſus diuerſa. Atticis non modo, verum aliis quoque ſcriptoribus, et ipſi Homero: v. c. ſup. A, 224 οὔ πω λῆγε χόλοιο, λήγειν dicitur intranſitive, *ceſſare ab aliqua re*, adeoque eſt idem ac παύσασθαι. At h. l. tranſitiue; hactenus eſt ἔπαυσε. Monuit aduerſus Clarkium Erneſti. Conuenit cum altero A, 282 σὺ δὲ παῦε μένος τεόν. — μέγα ἵετο male Vrat. d. et alii iungunt.

426. ἢ αὐτὸς δουπῆσαι ἀμύνων λοιγὸν 'Αχαιοῖς. ⸖ „quod δουπῆσαι pro ἀπολέσθαι ex conſequenti: cum reſpectu ad gloſſographos, qui pro eodem habent δεδουπό-

τος, τεθνηκότος." Sch. A. ficque Hefych. h. v. Spectat res ad locum Jl. Ψ, 679 δεδουπότος Οἰδιπόδαο, quod Ariftarchus ἐν πολέμῳ ἀνηρημένου acceperat, quod ibi docent Schol. et Apollon. Lex. in δουπῆσαι. Add. Sch. B. ad praefentem locum.

λοιγὸν 'Αχαιῶν Mori. Barocc.

428. Inde a γαμβρὸς vsque ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ 433 effe διὰ μέσου vidit quoque Schol. A.

430. τὴν πέρι κῆρι φίλησε. Sch. B. „ὑπὲρ τὸν τῆς φύσεως νόμον." Videntur etiam hic multi et ipfe Ernefti, iunxiffe περὶ κῆρι. quod graecum non eft. verum ἐφίλησε πέρι, περισσῶς, (ἐν) κῆρι· vt faepe monitum. v. Δ, 46. Barn. „γρ. τὴν περὶ κῆρ' ἐφίλησε. ab ipfo puto procufum.

Mater, legitima Anchifae vxor, Eriopis ap. Euftath.

431. πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο κάλλεϊ. „ἐκέκαστο." Apollon. Lex. h. v. ἐκεκόσμητο. nam κάζειν eft κοσμεῖν. Supplendum autem (κατὰ vel ἐπὶ) πᾶσαν ὁμηλικίην. vt plene dictum occurrit Jl. Ω, 535 πάντας γὰρ ἐπ' ἀνθρώπους ἐκέκαστο ὄλβῳ τε πλούτῳ τε. alias fubftituerem ὑπέρ. Inf. Π, 809 ἡλικίην ἐκέκαστο. apud Apollon. I, 101 Θησέα δ', ὃς περὶ πάντας 'Ερεχθεΐδας ἐκέκαστο, poteras fufpicari παρὰ πάντας fed eft ibi πέρι, h. ὑπὲρ ἄλλους. vt recte fcripfit mutato accentu Brunck. plene dictum eft lib. III, 585 ὃς περὶ πάντων ξείνων μειλιχίῃ τε θεουδείῃ τ' ἐκέκαστο. Senfum bene reddit Sch. br. πασῶν γὰρ ὁμηλίκων τῷ κάλλει διέφερε. Vnde et Hefych. reddit ἐνίκα. ἐδοξάζετο. ἐκεκόσμητο. Inde fimpliciter ἐκέκαστο *excelluit* vt B, 530. E, 54 et al. et aliquoties ap. Apollon. Argon.

432. κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν ἰδὲ φρεσί. Barnes: „γρ. κάλλει ἠδ' ἔργ." peffime.

433. γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος. Barnes: „γρ. ὢ 'ριστος." v. ad Λ, 288.

Seruauit interpolationis nonnullorum veterum, haud dubie rhapfodorum, quae tamen propter verfuum fcabri-

tiem mature fuit deprehensa, memoriam Eustath. ad h. l. Σημείωσαι δὲ καὶ, ὅτι ἐνταῦθα μετὰ τὸ. (vs. 433) Γῆμεν ἀνὴρ ὤ. ἐνὶ Τρ. εὐρείῃ ὑπογράφουσί τινες προσγράφοντες στίχους τούτους·

> Πρὶν Ἀντηνορίδας τραφέμεν καὶ Πανθόου υἷας,
> Πριαμίδας θ', οἳ Τρωσὶ μετέπρεπον ἱπποδάμοισι
> Ἕως ἔθ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κούριον ἄνθος.

ἵνα ᾖ Ἀλκάθοος ἄριστος, πρὶν γενέσθαι τοὺς ῥηθέντας. ὅτι δὲ, καθὰ προεσημειώθη, ἐν πολλοῖς ἔπη Ὁμηρικὰ ἐκ τῶν ἀντιγράφων λείπουσι, (male, si est, *versus deficere ac desiderari;* nam interpolationes recte reiectae sunt) πολλοὶ τῶν παλαιῶν καὶ λέγουσι καὶ δεικνύουσι. Haec qui legit, audaciore animo suspiciones de interpolatis locis aperiet.

435. θέλξας ὄσσε. Saepe occurrunt θέλγειν νόον, θυμὸν, ἦτορ. Nunc τὼ ὄσσε. Sane de Mercurio: qui virga ὄμματα θέλγει ὧν ἐθέλει, Ω, 343. Vidimus sup. ad M, 255 notionem subesse huic voci τοῦ *debilitare,* ideoque *oculos* nunc *visu priuare*, perstringere, obtundere: verbo: de vertigine est accipiendum. Ad h. l. interpretamentum spectat Apionis ἀμαυροῦν ap. Apollon. Lex. h. v. et Sch. br. ad h. l. — Sch. B. θέλξας, παρατρέψας vt (Jl. M, 254. 5) αὐτὰρ Ἀχαιῶν θέλξε νόον. Simile est isti (Π, 792) στρεφεδίνηθέν τε οἱ ὄσσε.

Sequitur ὄσσε φαεινά. Editum erat inde a Flor. et Aldd. cum Romana ὄσσε φαεινὼ πέδησε. enecto metro; tam parum rem metricam curabant editores. Emendavit φαεινὰ Turnebus; nec tamen ausus est eum sequi Stephanus, maluitque vitium metricum seruare cum Berglero. Obtemperarunt Turnebo Cantabrig. altera, inde Barnes, Clarke et al. et est quoque φαεινὰ expressum e Veneto; at Schol. A. habuit et ipse φαεινώ. Nihil enotatum video e Townl. et Vrat. b. vt hinc colligendum sit φαεινὰ ibi legi, at in Vrat. d. et A. est φαεινώ. Dubitat Barnes sitne in Mori φαεινὰ an φαεινώ. Nec enotatum quicquam e Lips. ab Ernestio; Bentleius tamen ex eo et ex Harl. laudat φαεινά.

De metri vitio ſatis conſtat; emendandi vero ratio duplex occurrit, vel *Φαεινὰ πέδησε*, vel *Φαεινὼ ἔδησε*. Alterum hoc appoſuit Barnes, vt nec conſtet, ſitne var. lect. an emendatio; hoc tamen probabilius: proclinior quoque in hoc erat Bentleius, quandoquidem et alibi *ἔδησε* hoc modo iunctum occurrit. Inf. Ξ, 73 *ἡμέτερον δὲ μένος καὶ χεῖρας ἔδησε*. Od. Δ, 380 *ὅςτις μ' ἀθανάτων πεδάα καὶ ἔδησε κελεύθου*. Prius tamen retinendum eſſe videtur, cum e codd. firmatum ſit; et frequentatur vſus pluralis iuncti cum duali: quod iam docuere Barnes et Clarke: vt Od. Λ, 210. 211. ad Jl. A, 566. ot Euſtath. ibid. et paſſim. Etiam inf. 617 *ὄσσε αἱματόεντα*, etſi lectio ibi variat. Erneſii voc. *ὄσσε* pro plurali habendam eſſe h. l. et Ψ, 477. patere putabat.

438. *στῆθος μέσον οὔτασε δουρί*. Sch. B. „*ἐδίδαξε, ποῦ κεῖται ἡ καρδία ὡς καὶ Εὐδήμῳ δοκεῖ*.“ videtur fuiſſe vnus ex Eudemis medicis.

439. *ῥῆξε δέ οἱ ἀμΦὶ χιτῶνα χάλκεον*. ⊱ „quod aperte *thoracem* appellat *χιτῶνα χαλκοῦν*“ Sch. A.

περιέῤῥηξεν αὐτοῦ τὸν χιτῶνα Sch. B.

440. *ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον*. Barnes: „*γρ. ὅς ῥ' οἱ*. male. Fuit *ὅς ϝοι*. *ἤρκει* Barnes „*γρ. ἤρκεσ'* vt Jl. O, 534. Temere hoc e coni. inani. *εἴρκει* et *ἤρκει* Vrat. d.

441. *αὖον ἄϋσεν*. Scribunt *αὗον* Ven. vterque, et Sch. A. „*τὸ αὗον δασυντέον*.“ Mirum, cum iam bis *αὖος* in ipſis Venetis lectum ſit, M, 137. 160. repente nunc alteram ſcripturam eſſe receptam: quo confirmatur, quod aliquoties animaduerti, grammaticos plerumque in vnam et alteram rhapſodiam, non in totum carmen, eſſe commentatos, eorumque obſeruationes iis locis, quibus adſcriptae erant, adhaeſiſſe.

441. *ἐρεικόμενος περὶ δουρί*. Apud Apollon. Lex. et Heſych. ſcribitur *ἐρικόμενος*, vt in Ven. Vrat. d. vitioſe haud dubie, nam breuis eſſet littera, quod docet verſus P, 295 *ἤρικε δ' ἱπποδάσεια*. De voce eiusque deriuatis multis agunt grammatici. Sufficit in Apollon. et aliis ad-

ſcriptum διαῤῥηγνύμενος. διασχιζόμενος. Sicque Schol. Et h. l. eſt περισχιστὸς δουρί. ergo περιερεικόμενος. etſi etiam περὶ δουρὶ iungi poteſt, inf. 570 περὶ δουρὶ ἤσπαιρε. et ſimilia alia. De agro per vomerem ſciſſo οἱ ἤρεικον χθόνα δῖαν Heſiod. Θ, 287 et inde Apollon. ἀροτῆρες III, 1330.

443. ἥ ῥα οἱ ἀσπαίρουσα καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν ἔγχεος. πελέμιζεν lectio eſt codicis Veneti, ſicque ab Ariſtarcho et Ariſtophane lectum notat Schol. A. cum alii per ξ ſcriberent πελέμιξε, vt ipſe Ven. B. cum Schol. br. et ſic edd. Poteſt vtrumque tempus locum habere, pro ſenſu verborum, quem inſtitueris.

πελεμίζειν eſſe tremefacere, non, quaſſare, monet Erneſii, verbo Virgiliano. Occurrit hoc idem de haſta inf. Π, 612. P, 528. verum ibi ipſa haſta illiſa ſeu infixa impetu ſuo contremuit, ἐπὶ δ' οὐρίαχος πελεμίχθη. Hoc ſane nihil habet quod mireris; hactenus haſta ſaepe tremere, tremiſcere, dicitur ap. poetas: enimuero h. l. κραδία ἀσπαίρουσα πελεμίζει τὸν οὐρίαχον ἔγχεος. poteſtne cordis tanta eſſe palpitatio, tantus motus, vt haſtam, tantae molis et ponderis impactam tremefaciat? Potuit ita credi factum cordis palpitatione, quod ipſo haſtae motu fieri neceſſe erat; nam poetam orationem tumore ridiculo inflare voluiſſe haud credam. Koeppenii acumen attigit hoc et remedium modo in emendatione, modo in interpolationis ſuſpicione quaeſiuit. Et potuere duo verſus 443. 444 adumbrati eſſe a rhapſodis ex iſtis duobus, in quibus ipſa haſta πελεμίχθη, ſolo infixa. Melius ipſi vulnerati traiecta haſta ἀσπαίρουσιν inf. 570. K, 521 et al.

In Schol. B. longum eſt Scholion Porphyrii, quod iam Valkenaer ediderat e cod. Leid. diſſ. p. 140. ſed minus emendate, p. 140. Diſſ. de diſcrimine, quod ſit inter σπαίρειν vel ἀσπαίρειν, et σκαίρειν, quorum prius κίνησιν ἄμουσον, vt piſcium palpitantium, poſterius autem ἔμμουσον κίνησιν denotare memoratur; vt de ſaltatione inf. Σ, 572 vnde Myrinna πολύσκαρθμος de ſaltatione mi-

litari accipienda erit; non aeque ἵπποι εὔσκαρθμοι, nec greges Od. K, 412.

οὐρίαχον. τὴν ἐπιδορατίδα. iterum Π, 612. P, 528. partem, qua hasta terrae infigitur. Apollon. Arg. III, 1286 παρὰ δ' ὄβριμον ἔγχος ἔπηξεν ὀρθὸν ἐπ' οὐριάχῳ. Supra K, 153 σαυρωτῆρα dixit.

444. ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης. Iteratur haec loquendi forma binis locis laudatis Π, 613. P, 529. vbi, cum ipsa hasta seu hastile, solo infixum, et quidem eius extrema pars, οὐρίαχος, contremuisse dicta esset: ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης. Nisi hi loci essent, dici posset in loco nostro μένος esse *Alcathoi*, et Ἄρης, *animus bellicosus viri*, *dimisit vim suam*, μένος. At in duobus reliquis locis τὸ μένος hastae, ἔγχεος, τοῦ οὐριάχου, esse necesse est, quod Mars debilitat. Sensus per se est in aprico, subsistit motu suo hasta, nec altius penetrauit. At quomodo hoc in Ἄρης lateat, quaeritur. Eiusmodi innumera sunt in Homericis, quorum sensum ex ipsa re facile assequaris, facile quoque in alium sermonem sensum transferas; vt tamen grammaticam eorum rationem reddere haud facile sit.

Veteribus Ἄρης fere creditur pro σίδηρος dictus esse. Schol. B. τὴν εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμὴν ὁ σίδηρος ἠφίει. Similia ad P, 529. Apollon. Lex. in Ἄρης· ἐπὶ δὲ τοῦ σιδήρου· ἔνθα μάλιστα γίνετ' Ἄρης ἀλεγεινός (inf. 569. vbi est potius ipsum vulnus) add. Eustath. Etymol. Ita „*ferrum* τὸ μένος, *vim suam tandem amittit, a motu subsistit.*" Conuenienter rei, et adiunctis reliquis: ferrum ἀφίει τὸ μένος suum. Enimuero quo tandem modo aut qua analogia Ἄρης, *Mars*, potest dictus esse pro *ferro*? Confugiendum scilicet ad antiquiorem sermonem, audaciorem in tropis; obuium fuit, *Martem* dici pro *virtute*, pro *pugna*, pro *armis*, inde quoque pro *ferro*. Ita vero dixerim praestare: ipsam *hastam* per Martem declarari, τὸ ἀρήϊον ἔγχος ἀφίει μένος, amisit vim suam: Quanquam sic simplicius erat: ἀφίει μένος ὄβριμον ἔγχος.

Alii videntur vocis Ἄρης proprietatem seruasse. Schol. B. οἱ δὲ, τὴν ψυχὴν ἀφιέναι τὸ μένος ἐποίει sc. Mars: et placere potest, quia Mars sic proprie dicitur, quodque, ex prisco more, tanquam ab eo peractum, ei tribuitur id, quod in bello fit vel gestum est. Sensus ita est: „*deinde autem Mars effecit, vt eius anima vires suas amitteret.*" Similia sunt in Eustathio, et Schol. Lips. etsi priorem quoque interpretationem agnoscunt. At durissimus esset hic vsus τοῦ ἀφιέναι, quod habet actionem immanentem, *amittere, deponere, relinquere, vim suam*, vt nunc sit transitiue dictum, *facere, vt aliud quid vim amittat.* Tum vero iam supra monui, non conuenire hoc reliquis duobus locis, in quibus ipsi hastae μένος tribuitur.

Schol. br. ἔνθα videtur accepisse, *qua hastae parte:* καθ' ὃ μέρος ἐκλύεται ἡ τοῦ δόρατος κίνησις. Possit forte hinc exsculpi aliquid: robur Martis, robur manuum, quod hastae impulsu suo vim et motum addidit, in extrema hastae parte mox remisit et substitit, cessauit.

Ceterum dum in accurata hac et ἐναργεῖ descriptione hastae trementis animo moror, venit in animum locus ex Cookii Itinerario: vbi Vol. II. p. 82. 83. cum de telorum generibus ferorum populorum agitur, apponuntur verba Walesii: non diffiteor, inquit, mihi saepe Homerum in iis, quae de hastarum iactu narrat, ab heroibus emissarum, visum esse, inprimis si ad Aristotelicam praeceptorum subtilitatem ea exigerem, τὸ θαυμαστὸν vltra modum sectari. Ex quo autem vidi feros hos homines, quae et quanta ii perpetrent iaculis ligneis, male acuminatis, et e materie non admodum dura, equidem non amplius vlli huius generis loco in Homero controversiam mouebo; contra vero multo plura melius quam ante, assequor praeclare ab eo reddita et expressa, quae ad tela spectant. Nihil est in iactu, in eius adiunctis et effectibus, quod non viderim et recognouerim ab his populis factum. Verbi caussa, in hastae rotatione ante iactum, in strepitu acuto, et sibilo hastae emissae, *in tre-*

more hastae solo infixae, in metiendo oculis scopo; in hasta vibranda inter gradiendum et sic porro. Vix Homerus de hoc cogitauerat, fore aliquando in altero hemisphaerio aliquem, cui eius carmina essent lecta, et qui de eorum praestantia cum voluptate cogitaret.

446. ἦ ἄρα δή τι ἐίσκομεν ἄξιον εἶναι. Est haec Aristarchea lectio, sine σ'. Fuit scilicet in aliis δή τι σ' ἐίσκομεν quod etiam in Townl. Vrat. d. habetur, (videtur quoque in Sch. br. probari.) et in edd. Flor. Ald. 1. Extruserat σ' Ald. 2. cum sequacibus; caret quoque eo Rom. Reuocauerat σ' Turnebus, iterum expulit Steph: reduxit Barnes, iterum eiecit Clarke. Tam varii sunt hominum sensus. Conficit controuersiam hoc, quod Homerus cum digamma pronuntiauit Ϝεΐσκομεν. vt sup. Τυδείδῃ μὶν ἔγωγε δαΐφρονι πάντα Ϝείσκω. Necesse ergo est eum pronuntiasse δη τι Ϝεΐσκομεν. Dura esset quoque in δη τι σοι elisio σ' pro σοι· δή τοι ἔΐσκω Cant. De structura tamen et sensu non minor est dissensus. Sch. br. ἄρα ἀξίως καὶ δεόντως δοκοῦμέν σοι αὐχεῖν, τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς πεφονευκότες; quod et in Ven. A. legitur. Ita supplendum erit ad ἄξιον εἶναι, ὥστε ἐπεύχεσθαι. At ἐίσκειν vel ἴσκειν non est *videri*, sed *indicare similem esse*, *assimulare*, *comparare*, et tandem omnino, vel *coniectare*, vid. Γ, 197. Ε, 181. Ω, 376. et aliquoties in Odyss. vel *iudicare*. Melius Sch. B. οὕτως ἄρα δή τι νομίζομεν ἄξιον εἶναι τὸ τοὺς τρεῖς τούτους ἀνθῃρῆσθαι vel ἄρα ἴσον ὀφείλομεν στοχάζεσθαι —;

Vides iam ex dictis, alios interrogatiue haec efferre, alios cum irrisione. hoc tuetur H. Stephanus, cui equidem adstipulor, illud Clarke, accedente Ernestio. Saltem sic ἄρα non debebat cum ἆρα confundi; ἦ ἄρα est *sane vtique*. ἀλλὰ est *atqui. quin tu ipse*. vt centies.

447. τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι. quod iterum occurrit inf. Ξ, 471. et Ω, 254 Priamus ad filios Ἕκτορος ὤφελετ' ἀντιπεφάσθαι. „γρ. ἀντιπεφᾶσθαι (vt in mſ. Lipſ. vitiose, nam πέφαμαι media breui ab antiquo φάμι ex φάω) et ἀντὶ πεφάσθαι. Barnes. hoc ipse malim.

447. 448. ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι οὕτως. δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς — H. Steph. in marg. εὔχεαι αὔτως δαίμονι. ἀλλὰ καί. Ita ediderat Turnebus.

οὕτως habent duo ap. Tho. Bentl. vn. Vindob. Lipſ. Harl. Townl. Vrat. Ven. pro vulgato αὔτως. etſi nil intereſt.

448. αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο. ἐναντίον. Ven. „γρ. καὶ ἐναντίος." Sch. A. perpetua varietate. Hoc alterum vulgatum per edd. In Flor. ἀντίος erat.

449. ὄφρα ἴδῃς. „Ariſtarchus ἴδῃ." Sch. A. etiam haec plerumque alternant vicem, vt tamen ἴδῃ maiorem auctoritatem habeat A, 203. vbi vide, et inf. ad O, 32. etſi hoc loco ἴδῃς vbique regnat, etiam in Apollon. Lex. in γόνος. niſi quod ἴδῃ ex vno Vindob. notatum video.

450. Μίνωα Κρήτῃ ἐπίουρον. regem deſignari, nemo dubitet: accepta tamen vox trinis modis, aut vt ſit ἐπίουρος, cuſtos, οὖρος, aut vt ſit inſpector ἀπὸ τοῦ ὁρᾷν, aut vt ſit Κρήτῃ ἔπι οὖρον. Audiamus Scholia: τοῦτο τριχῶς ἀνεγνώσθη. (non, tripliciter lectum, ſed triplici modo acceptum, vt modo dixi.) Ζηνόδοτος γὰρ, ὡς ἐπίκουρον, ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ Φύλακα. (non quaſi Zenodotus ἐπίκουρον legerit; verum accentum in tertiam retraxit, vt in ἐπίκουρος) καὶ 'Αρίσταρχος δὲ οὕτως ἐκδεχόμενος τὸν Φύλακα. μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως (an. interpretationis?) καὶ ὁ Τρύφων. Tryphon tamen addidit haec: eadem acceptione manente eſſe poſſe ἐπίουρον ἐπίσκοπον, et eſſe proprie ἐπίορον ab ὁρῶ, aſpiratione omiſſa, quia ο in ου abiit: eique aſſentitur Sch. A. quod tamen non praeferendum eſſe videtur, cum οὖρος et ἐπίουρος vtrumque pro Φύλαξ, *inſpector*, *rex*, analogiam habeat. In Odyſſea quoque legimus: ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος — N, 405. Nec ignorant vocem alii poetae. ἐπίουρε βοῶν Theocr. VIII, 6. vbi v. Schol. Apollon. Rh. I, 87 reges Theſſaliae ſunt Οἰχαλίης ἐπίουροι et III, 1179 draco ἐπίουρος. forte et Dioſcuri IV, 652 ἐπίκουροι ναυτιλίης leg. ἐπίουροι. Fuere tandem qui Κρήτῃ ἔπι οὖρον ſcriberent: quod et Apollon. Lex. in Κρήτῃ ἐπίουρον habet.

At Ascalonita ἐπὶ in compositis abundare aiebat, vt ἐπιβουκόλος pro βουκόλος. Sic et Apollon. Lex. in altero loco Odyss. ἔπι per ἔπεστι interpretatur. ἔπεστιν οὖρος, ὁ Φύλαξ. Addit ille ὡς μεταφορικῶς ὁ ξύλινος ἐπίουρος quod de *paxillo* dictum esse, qui quasi custodit ac firmat coagmentata, constat virorum doctorum disputationibus ap. Hesych. et ad Apollon. e. l.

— In principio versus „ὃς πρῶτος Μίνωα" ὃς πρῶτον lectio est Veneti, Townl. Cant. Lips. Mori. Vrat. d. vn. Vindob. Schol. Theocr. Id. VIII, 6. etiam Eustathii; sicque edd. Flor. Aldd. Mutatum e Rom. ed. a Turnebo ὃς πρῶτος, quod recte iterum eiectum a Wolfio. Versum 450 et in eo ὃς πρῶτον laudat, vbi de Minoe agit, Strabo X, p. 731 A. Inf. Υ, 215 similiter Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς.

451. Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱόν. Nunc τέκεθ', antea τέκε. Iterum exemplum habemus mediae vocis eandem iam in Homero vim habentis cum actina. Ita φέρῃ et φέροντο pari loco: mox 486. Accedit vs. sequ. τίκτε, eadem vi et significatu. Apparet ergo et h. l. subtile discrimen inter aoristum et imperfectum non vbique obtinere.

452. ἐμὲ Ven. et Schol. A. B. monent ἐμὲ esse ὀρθοτονητέον. Scilicet alii δέ μ' ἔτικτε, vt Vrat. d. vel δ' ἔμ' ἔτικτε legerant. Verum alterum vbique receptum: nisi quod Barnes temere mutauit: tanquam Ὁμηρικώτερον. At recte idem sustulit vitium edd. πολέεσσ' (quod et codd. habent vt Vrat. b. d.) etsi iudicio suo iterum derogat, dum reponi malit ἀνάσσων.

453. Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ. „εὐρείῃ, μεγάλῃ. τοῦ μέν τε κλέος εὐρύ. et εὐρύοπα Ζῆν' (Θ, 206) et εὐρυσθενές." Sch. B.

456. ἤ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο. ⟝ „quod ἑταρίσσαιτο pro συνεργὸν λάβοι. respectu loci: ἵμενον οὖρον ἵει πλησίστιον ἐσθλὸν ἑταῖρον." (Od. Λ, 7.) Sch. A. B. ἑταῖρον καὶ συνεργὸν λάβοι. etiam Sch. br. add. Hesych. εἰς βοηθὸν προςλαβεῖν Eustath. Non nisi altero praeterea loco occurrit Jl. Ω, 335 ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι, quod Apol-

lon. Lex. ἑταίρῳ γενέσθαι καὶ συνεργῷ. potius — ρον et — γον. Tum ἤ τινα, Aristarchus legerat; Alii εἴ τινα. quod et Cant. exhibebat cum Vrat. d. et vno Vindob. Homericum esse videtur εἰ omittere; pro εἴ ἤ — ἤ.

458. ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο. „δοάσσατο. quod primum nunc occurrit, abhinc saepe obuium; etiam in Apollon. Rh. „ἐδοκάσατο ἀποβολῇ τοῦ κ.“ Sch. B. sic et alii. Melius Etymol. a δοιάζω, vt διστάζω de eo qui in vtramque partem ambigit, διάνδιχα μερμηρίζει, tum δοκεῖν. νομίζειν. a δοιὸς, δοός. Vtrumque habet Eustath. Illustrauit iam Valken. ad Ammon. I, 16. add. Not. ad Hesych.

459. Scholion de Aeneae excessu ex vrbe Troia et appulsu ad montem Atho narrat. v. Exc. I. ad Aen. III. Virgilii. Ad h. l. illud parum spectat.

461. οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔ τι τίεσκεν. „μετ' ἀνδράσι ad vtrumque referri potest, et quod antecedit, et quod sequitur.“ Sch. A. prius melius. ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν· ὡς ἐὸν, εἴποτ' ἔην γε μετ' ἀνδράσιν Λ, 761.

Vss. 460. 467. recitat Strabo XIII p. 905. B. de simultate inter Aeneam et Priamum

463. Αἰνεία, Τρώων — post hunc intrusit alium versum Vrat. b. Αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν. qui legitur E, 602. Π, 493. X, 269.

464. γαμβρῷ ἀμυνέμεναι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει. „γαμβρῷ. τῷ τῆς ἀδελφῆς ἀνδρί. οἷος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι“ Sch. B. sup. E, 474. Alias γαμβρὸς est gener ipsi Homero, vt sup. 428. Apparet latius omnino pro κηδεστὴς, affinis, dictum fuisse. Sic et gener: vt Iustin. XVIII, 4, 8 Didonis sororis maritum appellat.

κῦδος pro κῆδος ex ed. Elzeu. laudat Barnes. Atqui ita lectum est inde ab Ald. sec. Ita quoque Turn. Steph. In cod. Lips. κῆδος supra scr. ῦ. at κῆδος vnice est verum. Potest esse et luctus, qui eum tangit, aut affinitatis respectus. ἱκάνει ἐπί σε, ἀφικνεῖται κατά τι. vn. Vindob. ἱκάνοι.

465. Ἀλκαθόῳ ἐπαμύνομεν, ὅς σε πάρος γε. ⁊ „quod ἐπαμύνομεν pro ἐπαμύνωμεν. et aliud Schol. οὕτως σχεδὸν ἅπασαι, ἐπαμύνομεν." Scilicet grammatici appellant enallagen; at eſt ex indole rudioris antiqui ſermonis. In vno Vindobon. eſt ἐπαμυνένεν.

Porro πάρος περ antea legebatur, quod inſolens eſt. Immo πάρος γε. Et hoc habent codd. Ven. Lipſ. Harl. Cant. Mori. Vrat. b. d. vn. Vindob.

469. μέγα πτολέμοιο μεμηλὼς v. ad E, 708. Et iam hoc libro 297. πολέμοιο Lipſ. et al. at quoties ſyllaba breuis antecedit, eſt πτόλεμος.

470. ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε. ⁊ „quod φόβος manifeſte pro fuga dictus." τηλύγετον ὥς, παῖδα μονογενῆ eſſe volunt. Commenta grammaticorum habent Schol. et Euſtath. ad h. l. et Porphyr. Qu. Hom. 13. primoque loco Apollon. Lex. h. v. de quibus iam dictum ſatis ad Γ, 175 et E, 153. Manifeſtum eſt h. l. dictum eſſe omnino pro *puero*. Sic quoque Apollon. Lex. l. l. vbi nonnulli narrantur alii τηλύγετον h. l. reddidiſſe ἤδη τηλοῦ ἡλικίας γεγονότα. συνέστράτευται γὰρ μεσαιπόλιος. vt ſup. 361. Et addit grammaticus, ἀμφότερα δὲ λόγον ἔχουσι. τηλύγετον ϝὼς Bentl. idem coni. νηπύτιον e Porphyr. l. c.

471. ἀλλ' ἔμεν', ὥς ὅτε σῦς. ⁊ „quod ἔμενε opponitur τῷ φυγεῖν, eoque ipſo firmatur, φόβον eſſe fugam." Debuit olim magna de hac voce eſſe controuerſia: cum toties de ea moneatur.

472. ὅςτε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν. „ὅς τε qui *ſcilicet* expectat." Clarke. hoc eſt argutari. Eſt, *qui, qui quidem.* — κολοσυρτόν. vide de voce dicta ad M, 147. „γρ. ἐπερχομένων" vt mox 495. Barnes.

473. φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν. Sic φρίξας εὖ λοφιὴν Od. T, 446. χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ. Duplex interpretatio in Sch. br. et Etymol. ſubiicitur, vel in quo ὄϊες, oues paſcuntur, vel in quo quis ſolus verſatur, ἐν ᾧ οἶός τις καὶ μόνος πολεῖται. ἐξ οὗ δηλοῖ, τῷ ἐρήμῳ. Ex Apollon.

Lex. apparet, priorem interpretationem auctoritate Apollodori niti: cf. huius fragm. p. 1147. Illustrat Eustath. Hesych. et Intpp. add. Sch. ad P, 54.

474. ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον. „quod πυρὶ λάμπετον dictum pro ὑπὸ πυρὸς λάμπουσι." audacius quam: πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. A, 104.

„ἄρα *deinceps*, vel, *vt fieri solet*" Clarke. Atqui ἄρα est idem quod δὴ *vtique*, et sic saepe. Sic et 493. Porro quod dentes acuit, iam vidimus Λ, 416. illustratum ex h. l. ab Aeliano H. An. V, 45. VI, 1.

476. ὡς μένεν Ἰδομενεὺς — Αἰνείαν. „vt οὐδ' ὑπεχώρει in medio sint." Sch. A. Mox 477. ἐςορῶν potest retrahi αὖε δ' ἑταίρους ἐςορῶν, quod alias ὀπιπτεύων.

477. Αἰνείαν ἐπιόντα βοῇ θοόν. „γρ. βοηθόον Eustath. vt βοηθόον ἅρμα τιταίνων P, 481 quasi hoc diuersum esset; sicque Barocc. Harl. Lips. Vrat. d. Et Hesych. βοηθόον. κατὰ τὴν μάχην θοόν. Volunt scilicet, abiisse vocem in βοηθόν. vt Etymol. et Apollon. Lex. βοηθόον. ἐν μάχῃ θοόν. ἀγαθὸν βοηθεῖν. Quod grammaticorum acumini relinquemus. βοῇ θοοὶ sunt *viri fortes*, ἐν μάχῃ *alacres*. Et scribi debuit quoque in Pind. Nem. VII, 48 τεθνακότων βοᾷ θοῶν. βοηθόος tamen pro βοηθὸς iam est ap. Callimach. in Del. 27.

479. μήστωρας ἀϋτῆς. qui alias μεμαότες μάχεσθαι. v. ad Δ, 328.

481. καὶ μ' οἴῳ ἀμύνετε. οἴῳ, μονωθέντι. et δὲ pro γὰρ Sch. B.

ἀμύνετε Flor. Aldd. sicque Harlei. Ven. Vrat b. d. ἀμύνατε Rom. et inde Turneb. Steph. sqq. Caussam aoristi non video; itaque alterum restitui, quod alibi legitur Λ, 277. 587. P, 511.

482. ἐπιόντα — ὅς μοι ἔπεισι, conuenit cum aliis huius generis, vt I, 124.

484. ἥβης ἄνθος, ὅ τε κράτος. ὅτε et ὅ τε pro ὃ agnoscit Sch. B. Hemistichium laudat Hesych. in Ἥβη. νεότης ἀκμή. (Plenius quam Apollon. Lex. h. v.) et Etymol. h. v.

485. *εἰ γὰρ ὁμηλικίη γε γενοίμεθα.* Ita fcribendum erat vel fine codice, non *γεγενοίμεθα.* Monuit iam Bentl. Adeft tamen praefidium in Ven. A. B. Cant. Barocc. Vrat. b. At Vrat. d. *γεγενήμεθα. ὁμηλικίην* Zenodotus dederat. Porro *τῷδ' ἐπὶ θυμῷ* Ariftarchea fuit lectio, quam et Ven. habet, *καὶ πᾶσαι οὕτως εἶχον*, addit Sch. A. etiam Od. Π, 99 *εἰ γὰρ ἐγὼν οὕτω νέος εἴην τῷδ' ἐπὶ θυμῷ.* Subiicitur aliud Scholion A. B. „*ἐφ' ᾧ νῦν ἐγώ εἰμι. ἐπὶ τῇ παρούσῃ μοι προθέσει.*" Nec tamen *ἐνὶ*, quod legebatur, prorfus eft abfurdum; eft enim pro *σὺν θυμῷ τῷδε*, vel *ἐν ταύτῃ τῇ προθυμίᾳ*, vt Euftathius , *ἣν δηλαδὴ ἔχω. τῷγ' ἐνὶ θυμῷ* vn. Vindob. et ipfum bene.

Clarke et hic fubtilis eft in reddenda cauffa *τοῦ γὰρ*, ex propofitione omiffa. „ne me reprehendas, fi enim." Ernefti ait reddendum effe per, quod fi. Eft idem *εἰ γὰρ*, quam *εἴ γ' ἄρα.* cf. ad K, 61. Poffit quoque h. l. *εἰ* pro *εἴθε* accipi optatiue.

486. *αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος ἠὲ φεροίμην.* aut ille ferat aut ego. Harl. Lipf. mf. Tho. Bentl. *μέγα κλέος.* Verum etiam Σ, 308 *στήσομαι, ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος ἤ κε φεροίμην.* Ergo et hic *φέρεσθαι* et *φέρειν* eodem vfu habentur; vt alia ad vf. 451 notata.

488. *πλησίοι ἔστησαν.* Ed. Flor. *ἔστασαν*, emendatum ftatim in Ald. 1. Verfus lectus iam Λ, 592.

492. *ὡςεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα.* vulgare eft *μεθέπεσθαί τινι.* Nam *ἕπεσθαί τινι*, eft *ἅμα, σύν τινι*, incedere vna cum, itaque, fequi. v. fup. ad Λ, 483.

493. *πιόμεν' ἐκ βοτάνης· γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν.* „quod *ἐκ βοτάνης* eft *μετὰ τὴν βόσκησιν.* vti, *ἐξ ἀρίστου παρέσομαι.*" Schol. A. et Euftath. ita *βοτάνη* eft pro *νομή.* *Et potum paftas age, Tityre,* eft in Virgilio. *πίομεν ἐκ βοτανῶν* recitant Schol. edd. Theocr. III, 4. *πιόμενα. πιούμενα* reddit Schol. br. Similiter Euftath. *πιεῖν μέλλοντα*, et fyftolen effe. Male, cum prosodiae ignoratione; de qua iam in Athenaeo X p. 446 E monitum eft; ita enim *πι* effet fyllaba breuis. Sunt duo verba: *πίω* priore producta, pro *ποτίζω*, et

πίω, priore correpta, idem quod *πίνω*; sed vulgo hinc deducta habentur pro deductis a futuro secundo *τοῦ πίνω*. Recte Hesych. *πιόμενα, ποτιζόμενα*, quae potum ducuntur. „*γρ. πινόμεν'*" Barnes. an voluit *πινέμεν'*? Vrat. b. *πιέμεν'* cum glossa *πιεῖν*. immo *πίειν*. Miror grammaticum Schol. B. cogitasse de *τὸ πῖος, πιαίνω*, pinguefacio. ait enim *γάνυται, χαίρει, μάλα γὰρ πιαίνει αὐτὰ τὸ ποτόν*. pastor vero gaudet prospectu gregis incedentis.

γάνυται δ' ἄρα. ἥδεται, vti Xenophon de etymo nominis *Γανυμήδους* ludens Sympos. VIII, 30 qui tamen versum Il. A, 474 *ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων* Apollo, memoria habuisse videtur, dum recitat: *γάνυται δέ τ' ἀκούων*. Inf. Υ, 405 Neptunus de tauro victima: *γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων*.

γάνυται δ' ἄρα ἑ φρένα ποιμὴν Cant. *δέ τε φρένα* Suidas in *ἐγανώθην*. forte ex Θ, 555 *γέγηθε δέ τε φρένα ποιμήν*. *δὲ φρένα* Schol. Aristoph. Acharn. 7.

494. *ὣς Αἰνείᾳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει*. recitatur a Galeno de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

495. *ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ*. Harlei. et mſ. Tho. Bentleii *λαῶν πλῆθος. ἐπισπόμενον*. Barnes putabat melius fore *ἐπισπομένων*, quia sequitur *ἑοῖ* damnatum a Clarkio. De *ἑοῖ αὐτῷ* v. ad E, 64.

496. *αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν* ꝭ „quod *αὐτοσχεδὸν, ὡς σχέδην, συστάδην, ἀγωνιούμενοι*." Schol. A.

497. *μακροῖσι ξυστοῖσι*. Lipſ. *ξυστῆσι*, possis supplere *ἐγχείῃσι*. At sunt *τὰ ξυστὰ* proprie, hastilia, et inde *ὀρεκταὶ μελίαι*. vt iam Δ, 469. Λ, 260.

στήθεσσι. „*γρ. στήθεσφι*." Barnes. ex vſ. 245.

498. *σμερδαλέον κονάβιζε*. Cant. *κονάβησε*.

499. *δύο δ' ἄνδρες Ἀρήϊοι ἔξοχον ἄλλων*. *ἔξοχον* Ven. et Schol. A. „*οὕτως, διὰ τοῦ ν, ἔξοχον, ἅπασι*." Ita iungendum: *ἀρήϊοι ἔξοχον*. vt saepe *ἔξοχ' ἄριστοι, διαφερόντως*. Alii legerunt *ἔξοχοι*, fuitque, quod ex his apparet, vetus lectionis diuersitas. Parum refert, vtrum amplectaris: praestat tamen auctoritate, quod positum

eſt; nam eſt quoque in Harl. cum gl. διαφερόντως. in Vat. et Flor. mſſ. ap. Tho. Bentl. vno Vindob. tum in Townl. nec aliter editum erat in ed. Flor. et Aldd. donec e Rom. et Euſtathio ἔξοχοι receptum eſt a Turnebo et Stephano.

500. ἀτάλαντοι Ἄρηϊ. vn. Vindob. ἄρηος. perperam.

501. ἴεντ' ἀλλήλων. Male ἵεντ' Vrat. b. et alii.

502. Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος. ⸓ „quod mutato caſu dictum pro ἐπ' Ἰδομενῆα". porro πρῶτος Ariſtophanea recenſio: πρόςθεν· minus bene, addit Schol. A. nam ſic πρότερος dixiſſet.

Tandem Schol. B. monet: „ſi αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν, vt vſ. 496. narratum eſt, quomodo poteſt nunc Aeneas Idomeneum *eminus* petere, ἀκοντίζειν? neceſſe eſſe, vt Idomeneus receſſerit." At cominus pugnabant *ceteri* circa Alcathoi corpus; Aeneas autem et Idomeneus eminus haſta.

Αἰνείας δὴ intulerat Barnes.

504. αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης ᾤχετο. non, dum emittitur, ſed, poſtquam in terra fixa erat, vibrat ſe ex impetu, quo emiſſa fuerat, haſta: dum, vt ſup. 443 οὐρίαχος πελεμίζεται. Inf. P, 523 ἐν δέ οἱ ἔγχος νηδυΐοισι μάλ' ὀξὺ κραδαινόμενον λύε γυῖα.

Repetuntur vſſ. 504. 505. inf. Π, 614. 615.

506. Ἰδομενεὺς δ' ἄρα. Iterum Clarke argutatur, habere ἄρα hanc vim, vt ſit, *itidem*. ἄρα hic, vt alibi, habet vim et locum τοῦ δὴ, *ſane, vtique*, in omni enuntiatione recta, nec obliqua.

507. ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον. Excidit ſtigme ⸓ nam apponitur: ὅτι οὐ κεχωρισμένος τοῦ θώρακος τόπος τὸ γύαλον, ἀλλὰ καθόλου τὸ κύτος. Eadem Schol. A. inf. ad 580, vbi οὐχ ὡρισμένος τόπος. Et Apollon. Lex. p. 211. et iterum p. 354. h. v. τὸ κύτος τοῦ θώρηκος, hoc verſu laudato. Schol. br. τὸ κοῖλον τοῦ θώρακος. v. ſup. ad E, 99. Eſt ergo pro ſimplici θώραξ dictum. Sic quoque aliquis apud Heſych. cenſebat, ſicque inf. 587 θώρηκος γύαλον, vſ. 591. eſt ὡς ἀπὸ θώρηκος.

ῥῆξε δέ οἱ ϑ. male editum erat in Flor. Aldd. Rom. Eiectum οἱ a Turnebo.

507. 508. διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσ'. ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. ἤφυσε Apollon. h. v. διέκοψε. prorſus e contexti ſententia. Idem cum ſimilibus Heſych. διέτεμεν. ἀπήντλησεν (hoc proprie, exhauſit viſcera, fecit vt per vulnus prorumperent) διέκοψεν, ἔκτεν, ἐξεφύσησεν. (ſ. ἐξήφυσεν.)

ἀγοστῷ, caua manu, palma. v. Λ, 425. Clarke argutatur in ἐν κονίῃσι πεσών. pro εἰς κονίας. Eſt ſimpliciter ἐμπεσὼν κονίῃσι, τῇ κόνι.

510. οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα. Maluiſſe alios τἄλλα, e Schol. A diſco. Scripſerant ergo: οὐδ' ἄρα τἄλλα. at Homericum non eſt articulum apponere.

512. οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι. Barocc. Mori. ὁρμηθῆναι. Ita eſſet, (οὔϑ') ὁρμηθῆναι, οὔτ' ἀπαΐξαι, οὔτ' ἀλέασθαι. vn. Vindob. οὐ δ' ἄρ' ἔτ'.

513. οὔτ' ἄρ' ἐπαΐξαι. expectes poſt ὁρμηθέντι ἢ — ἢ — Verum iunxit poeta οὐκ ἔμπεδα ἦν, οὔτε ὡς ἐπαΐξαι, οὔτε ὡς ἀλέασθαι.

515. τρέσσαι δ' οὐκέτι ῥίμφα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο. ⊱ „quod τρέσσαι eſt φυγεῖν μετὰ δέους, ἀλλ' οὐ ψιλῶς, φυγεῖν. Sic, τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη. E, 256.“ Schol. A. Sch. br. τρέω, φοβοῦμαι. Etymol. Spectat ad hunc verſum gloſſa Heſychii: τρέσσαι, φυγεῖν, φοβηθῆναι. Add. ad Ξ, 522. De voce τρεῖν v. ad Λ, 545. Aliena tamen ab h. l. videtur eſſe tota obſeruatio; eſt enim ſimpliciter, retrocedere. quod antea erat ἀλέασθαι, pro ratione pugnandi, quae tum erat, cum ſi quis, προμαχόμενος ante aciem, videret ſe ab hoſte premi, retro ad ſuos ſe reciperet.

516. τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος. ἠρέμα. pedetentim. Etymol. vbi v. plura. Heſych. et ibi laudd. Minus bene Schol. Thucyd. III, 111. p. 234, 99. τοῦ μὲν ἔπειτ' ἀπιόντος.

517. δὴ γάρ οἱ ἔχε κότον ἐμμενὲς αἰεί. Barnes inepta ſedulitate repoſuit αἰὲν et in Nota appoſuit „γρ. αἰεί.“

quod vbique legitur; et laudatur quoque verſus pro exemplo, τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσεσθαι, a Schol. Sophocl. Oed. Col. 1584 et inde a Suida in ἀεί.

ἔμμονον Harlei. pro var. lect.

Iraſcebatur autem Idomeneo Deiphobus, quod haſta prius emiſſa eum non ferierat ſup. 402 ſq. attamen ap. Euſtath. p. 944, 42 ἕτεροι δὲ, ἀκολουθοῦντες τῇ Σιμωνίδου καὶ Ἰβύκου ἱστορίᾳ, φασὶν, ὡς ἀληθῶς ἀεὶ ἐνεκότει τῷ Ἰδομενεῖ Δηΐφοβος ὡς ἀντεραστῇ. ἤρα γάρ, φασι, καὶ αὐτὸς τῆς Ἑλένης. Intempeſtiuus vtique amor, ſi quidem Idomeneus μεσαιπόλιος erat!

518. ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτεν. reuocauit haec Barnes, poſtquam, obſeruante Erneſtio, vitium ex edit. Schrevel. irrepſerat, γὰρ pro καί. At vitium hoc erat iam in anterioribus edd. primum in ed. H. Steph. Illud καὶ ſpectat ad v. 411 quod ſemel iam aberrauerat ab Idomeneo Deiphobus.

519. δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος ἔσχεν. διέσχε. διῆλθε Schol. br. διεπέρησε. Vide ſup. E, 100.

„γρ. ὀμβριμον." perpetua varietate. v. ad. Γ, 357.

521. βριήπυος ὄβριμος Ἄρης. Martis epitheton βριήπυος ex ipſa re ductum, vt βοὴν ἀγαθός. Scholion ad h. l. eſt ex Herodiano, docens fuiſſe ἡ ἦπυς. Apollon. Lex. reddit μεγαλόφωνος. ὁ ἠπύων βρὶ, μεγάλως, p. 198 et p. 334. Satis hoc explicant ceteri grammatici cum lexicis. add. Euſtath. et cf. E, 860.

Fuit autem ζήτησις ad h. vſ. (ap. Schol. A. B. br.) quomodo fieri potuerit, vt Mars, qui deus eſſet, nihil tamen reſciuerit. Parata erat reſponſio: ἀνθρωποειδεῖς exhiberi deos a poeta, nec ab hominibus differre eos, praeterquam immortalitate.

522. υἷος ἑοῖο πεσόντος. Si eſſe debet, filii ſui, ſcriptum fuit υἷος Ϝοῖο. Verum ἑὸς eſt forte quod ἐΰς, bonus, praeſtans. v. Exc. VII ad lib. I. p. 184 ſqq.

523. ἀλλ' ὅγ' ἄρ'. vn. Vindob. ἀλλ' ὃ γὰρ —

ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσιν ἧστο. Mori ἐπὶ χρ.

524. ἐελμένος, εἰλμένος ab ἔλω, Ϝελω. v. Exc. de digammo; ſic et vſ. 525 ἐεργόμενος, εϜεργομενος. apud veteres ſcriptum quoque ἐέργόμενος et ἐέργόμενος. cf. Knight. p. 98. In Vrat. A. erat a m. ſec. ἐεργμένοι.

526. οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκαλάφου αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν. duo Vindob. ἀμφ' Ἀσκαλάφῳ. vſus vtrumque admittit: pugnatur de, propter, ἀμφὶ πίδακος et ἀμφὶ οὔροις.

530. αὐλῶπις τρυφάλεια — Verſus commendatus a concentu vocum ad rem expreſſam. Occurrit iterum Π, 118. Od. Σ, 396.

531. αἰγυπιὸς ὥς. Bentl. Ϝως.

532. ἐξέρυσε πρυμνοῖο βραχίονος. ἄκρου, τοῦ πρὸς τὸν ὦμον. in parte çarnoſa. Schol. B. Notatum hoc forte propter Comani errorem, quem Euſtath. ex antiquioribus notauit; interpretatus is erat βραχίονα per χεῖρα, quia mox 539 κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔῤῥεε χειρός. at dictum potius χειρὸς minus accurate pro brachio. Nec tamen hoc neceſſe; de brachio enim vsque ad extremam manum deſtillare potuit ſanguis inde ab humero.

534. περὶ μέσσω χεῖρε τιτήνας· nusquam μέσσῳ legitur. Schol. br. περὶ τὰ μέσα αὐτοῦ τὰς χεῖρας διατείνας καὶ συλλαβών. Iunxere τὼ χεῖρε μέσσω. Supra Λ, 841 ὑπὸ στέρνοιο λαβὼν ἄγε.

535. ἐξῆγε πτολέμοιο. ſcripſi pro vulgato πολέμοιο e canone proſodico.

536. ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο. Schol. B., in ea nota, ſubiungit: τῶν μαχομένων καὶ πολεμούντων.

541. Ἔνθ' Αἰνέας Ἀφαρῆα e Veneto editum eſt. Addunt Sch. A. „Sic Ariſtarchus ſine ῑ." Etiam Sch. B. „cum Sch. Lipſ. Αἰνέας vt Ἑρμέας Herodiano probante. Nonnulli tamen Αἰνείας δ' Ἀφ." Poteſt ſane inuſitatius mutatum eſſe in vulgarius; poteſt tamen nec minus ex errore librarii ortae lectioni quaeſita eſſe defenſio. Itaque nil muto; etſi Ariſtarcheam lectionem etiam alii codices habent, Lipſ. Harl. in quo Schol. monet omnes habere ἔνθ' Αἰνείας vel Αἰνέας. Vat. et Flor. Thomae

Bentleii, Vrat. d. ἔνθ' Αἰνείας Townl. Vrat. b. A. ed. Rom. et Eustath.

542. ἐπί οἱ τετραμμένον. Sch. A. contendit scribendum esse οἷ, cf. sup. ad A, 368. Iungam tamen h. l. ἐπιτετραμμένον οἱ.

λαιμὸν τύψ'. „γρ. λαιμὸν ἔτυψ'. Barnes."

δουρὶ cum var. lect. χαλκῷ Vrat. d.

543. ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἑάφθη. Sch. A. memorat e Tryphone, Aristarchum duxisse ἑάφθη ab ἕπεσθαι, vnde ἥφθη, ἡείφθη, (leg. ἣ εἵφθη) ἑάφθη. vt ἥγη, ἑάγη. ἥλη, ἑάλη. ἥλη, ἑάλω. (quae tamen in spiritu diuersa sunt.) At recte monitum a Tyrannione, ita esse debere vel εεφθη vel εἵφθη· Esse potius ἐάφθη ductum ab ἅπτω, necto, ἅπτομαι, ἥφθη, ἑάφθη, vt ἥλη, ἑάλη· ἥγη, ἑάγη. vt sit, συνήφθη (proprie ἐφήφθη) αὐτῷ. Hactenus Sch. A. cf. eum ad Ξ, 419. et Schol. Vict. in quo ἑάφθη scriptum. Iam primum pro aspero spiritum lenem habent edd. Aldinae, casu puto, et hinc profectae. etiam Vrat. A. tum Etymol. Hesych. Eustath. fere vt in ἕεδνα, ἐέρση, ἑαδότα, variat scriptura. Antiquior tamen auctoritas adspirationis. Porro Apollon. Lex. ἑάφθη, ἐπηκολούθησεν (ergo ab ἕπεσθαι duxit) ἔνιοι δὲ, κατηνέχθη (ab απτω, innecto). Hesych. ἑάφθη, ἐκάμφθη, ἐβλάβη. ad sententiam contexti h. l. et altero Ξ, 419. At Sch. br. ἐπικατήχθη δὲ αὐτῷ ἡ ἀσπὶς, ὅ ἐστι, κατηνέχθη, παρὰ τὸ ἕπεσθαι. nisi vltima assuta sunt aliunde. Duxit quoque ἀπὸ τοῦ ἕπω Eustath. et laudat insuper locum Herodoti (VIII, 27. vbi est περιέφθησαν) parum commode. ἑάφθη praeter Ven. etiam Townl. Vides voces antiquatas et Alexandrinos grammaticos in iis ariolantes, non vbique satis docte. Quis non videat, poetam declarare velle, hominem vulnere in gutture accepto prostratum capite reclinato retinuisse galeam et clipeum, quia et illa et hic alligati erant; alioqui excidissent, si sine vinculo fuissent; ergo ἐφῆφθαι, ἐφημμένην εἶναι τὴν ἀσπίδα ait.

544. *θάνατος θυμοραϊστής*, satis expl. Sch. br. Eustath. Hesych. primo loco Apollon. Lex. *διαφθαρτικὸς τῆς ψυχῆς. ῥαῖσαι γὰρ τὸ διαφθεῖραι.* idem quod alibi *θυμοφθόρος*, letifer.

546. *ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσε.* ⟝ „*διὰ δὲ φ.* Zenodotus" Schol. A. et Excerpta MSS. ap. Barnes. qui ait Zenodotum refelli eo, quod mox iterum *τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσε* occurrit.

547. *ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς, αὐχέν' ἱκάνει.* Sch. B. ait poetam innuere *τὴν καλουμένην κοίλην φλέβα, τὴν ἐκ δεξιῶν τῆς ῥάχεως ἀνερχομένην ἀπὸ τοῦ ἥπατος, καὶ κατὰ τὸ διάφραγμα χωροῦσαν ἐπὶ τὴν καρδίαν, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὸν τράχηλον.* Quaerenda erit *ἐν ταῖς ἀπὸ τῆς καρδίας ἀνατεινούσαις εἰς ῥάχιν φλεψὶ* ap. Polluc. II, 204. Habuit eum ante oculos Eustath. p. 946, 10 et subtilius iam exposuerat rem Aristot. H. Anim. III, 3. laudato Homero. vbi *ἵκανεν* minus bene editum. Adde Galeni doctrinam, iisdem his versibus adhibitis in Hippocr. de nat. hom. lib. II. p. 138. To. III. Charter. Est adeo *vena caua, a dextra spinae dorsi ab hepate procedens et secundum diaphragma procedens ad cor, et inde ad ceruicem.* Descriptionem esse accuratam, docent tabulae Anatomicae. Retulit quoque locum Homericum inter specimina anatomes apud Homerum Haller. Biblioth. anatom. p. 7.

548. *τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν. ὁ δ' ὕπτιος* — ⟝ „quod *πᾶσαν* pro *ὅλην* dixit; et quod in vulnus procidit redinis, vena iugulari refecta" A. B.

551. *περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος.* „Zenodotus et Aristophanes *παρασταδόν*." Sch. A. parum interest.

552. *οὐδὲ δύναντο. οὐδ' ἐδύναντο* Lips. Vrat. d. vn. Vindob. *παναίολον σάκος versatile:* v. ad Δ, 186.

553. *εἴσω ἐπιγράψαι.* vn. Vindob. *ἐπιγνάψαι* miro lapsu!

554. Neptunus Antilochum seruat, partim vt progenitor, vnde et sacrum ei fit in Nestoris domo (Od. Γ, 43 sq.) et quod Nestor homo *θεοφιλής*." Sch. B.

555. Νέστορος υἱὸν ἔρυτο. „γρ. ἐρῦτο vt Ω, 1 λῦτο δ' ἀγών. "Barnes, vt fit pro ἐρύετο. Perperam haec. ἐρύμην fiue a ῥύω, fiue a ducto inde ἐρύω *feruo*, *tueor*, etiam ἔρυμι, habet mediam longam. v. ad Δ, 138.

556. οὐ μὲν γάρ ποτ' ἄνευ δηΐων ἦν. Ne nimis tenuiter dictum videatur, memineris, ex antiquitatis vfu dictum a contrario, cum fufficeret alterum, κατὰ δηΐους αἰεὶ ἐστρωφᾶτο.

557. κατ' αὐτοὺς στρωφᾶτ' οὐδέ οἱ ἔγχος ἔχ' ἀτρέμας. ⸗ Scholion excidit, quod fpectare debuit aut ad στωφᾶτο pro ἀνεστρέφετο, aut ad ἀτρέμας pro ἠρέμα, vt eft Jl. B, 200.

558. σειόμενον ἐλέλικτο. fiue ab ἐλελίσσω, fiue ab ἕλισσω, quod ϝελισσω fuit, ϝεϝελικτο. v. ad Jl. A, 530. Interpofuerat ῥ' Barnes, nec improbante Clarkio. Vtrumque minus bene.

τιτύσκετο. κατεστοχάζετο appofito hoc verfu Apollon. Lex. h. v. Eft h. l. fimpl. meditabatur animo, quod inf. vf. 585 ἵετ' ἀκοντίσσαι. Mox eft proprie dictum vf. 560.

559. Duplex σ in ἀκοντίσσαι recte reuocauit Barnes. cum e Romana male intuliffet Turnebus cum vitio metri ἀκοντίσαι.

560. 'Αδάμαντα. quod male fubftituto 'Ακάμαντα, eliminauerat Barnes, recte reuocauit Clarke, etfi in nota turbas facit. v. ad M, 140.

561. 'Ασιάδην ὅς οἱ οὖτα· repugnat metro ὅς ϝοι. Fuit ὃ ϝοι quod iam Bentleius monuit. — οὖτα. v. fup. ad 192 — μέσον σάκος mf. Tho. Bentl. Cant. Mori. Lipf. Vrat. b. d. vn. Vindob.

562. ἀμενήνωσε. ἀμενηνὸν (v. ad Jl. E, 887) h. e. ἀσθενῆ γενέσθαι ἐποίησεν. Sch. br. cum Hefych. Suida et Euftath. Addit Etymol. ἀντὶ τοῦ ἀνέκαμψεν hoc verfu laudato. Et Apollon. Lex. ἀσθενῆ ἐποίησε κατὰ στέρησιν τοῦ μένους, ὅ ἐστι, τῆς ἰσχύος. Eft *inutile reddidit:* ἠχρείωσε recte Euftath. ἀμενοίνησεν vn. Vindob. vitiofe.

563. ⸗ quod κυανοχαῖτα pro — της.

βιότοιο μεγῆρας. Obſcurius dictum hoc. *Φθονήσας Ἀδάμαντι, μὴ τὸν βίον Ἀντιλόχου ἀφέληται· ἢ Φθονήσας Ἀδάμαντι τοῦ βίου καὶ ποιήσας αὐτὸν ἀναιρεθῆναι.* Sch. B. Similia in Exc. mſ. ap. Barnes. *μεγαίρειν, φθονεῖν,* et ſimilia ſaepe declarant ea, quae ab inuidia ſequuntur, *vetare, intercedere, auertere ac prohibere,* tandem etiam *priuare.* Plutarch. de aud. poet. p. 22 D. vbi notiones voc. *βίος* recenſet, ex h. l. *βίοτον* declarare *τὸ ζῆν* notat. Haec etſi teneas, difficultas tamen ſupereſt in ſubiecto conſtituendo; ſitne *βίοτος* Adamantis, an Antilochi, tum, ſi Adamantis ſit, quaeritur, annon ipſa *αἰχμὴ* ſit, cui negauit Neptunus hoc, ne vitam Antilocho eriperet. Igitur, a vita Antilochi haſtam auertit, h. e. interceſſit, quo minus Antilochum occideret Adamas. *μεγῆρας* et *μεγήρας* ſcribitur, vt in ceteris huius formae ab *αι.*

564. *ὥς τε σκῶλος πυρίκαυστος.* ⸗ „quod h. l. ſolò occurrit *σκῶλος,* ſpinae genus. Mox idem Sch. A. cum Sch. B. *τὸν σκόλοπα,* ſtipitem igni praeuſtum intelligunt.“ Prior acceptio vocis, quam et Sch. br. habent, ab Ariſtarcho erat profecta, vt ex Apollon. Lex. h. v. patet; at ipſe Apollon. *σκῶλος, σκόλοψ. ὥςτε σκῶλον πυρίκαυστον* quam explicationem ſequitur quoque Sch. B. *ὁ δὲ Ἀπίων ῥάβδος πεπυρακτωμένη.* Repetunt eadem fere Heſych. et Etymol. cum Euſtathio. cf. in Notis ad Timaeum p. 51 locum e Phrynicho MS. „*γρ. περίκαυστος.*“ Barnes.

565. *κεῖτ' ἐπὶ γαίης. ἐπὶ γαίῃ* Lipſ. Vrat. d. vi. Vindob. ed. Rom.

566. *ἄψ δ' ἑτάρων.* Poſt hunc verſum in Harlei. interpoſitus erat alius: *Πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα καλὸν ἐπαύρῃ.* retractus e loco inf. 649.

567. *ἀπιόντα* h. l. non *στραφέντα,* nam vulneratur anteriore corporis parte Adamas, ſed *προχωροῦντα, ὑποποδίζοντα.* — Niſi dixeris eum retrocedentem *ſubinde reſpexiſſe: Ἴσως δὲ ἐντροπαλιζόμενος ὑπεχώρει, ἐπεὶ οὐκ ἂν κατὰ τὴν ὀσφὺν ἀναχωρῶν ἐτρώθη.* Sch. B. — *μεταστρεφόμενος, ἐπακολουθήσας.* gloſſa Apollon. ad h. v. ſpectat.

568. *αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ.* Defcribitur locus dictus *τὸ ἦτρον inguen*, inter pubem et vmbilicum: *κατὰ τὸ ἦτρον, ὃ νευρῶδές λίαν ἐστὶ καὶ ἐπώδυνον. ὅθεν οἱ διακεντοῦντες τοὺς ὑδερικοὺς, οὐ κεντοῦσι κατωτέρω τοῦ ὀμφαλοῦ, διὰ τὸ σπασμοὺς προςγίνεσθαι·* vides hominem haud indoctum in Sch. B. quod et Euftath. legerat. Add. Hefych. Etymol. in *ἦτρον*.

Barnes tacite lectionem intulit a fe inuentam: *αἰδοίων τὰ μ.* Idem inter Var. Lect. *τὰ μεσηγὺ „γρ. τὸ μ.* et *τομεσηγύ.*"

μεσσηγὺ edd. ante Turneb.: tanta fuit metri incuria.

569. *ἔνθα μάλιστα γίνετ' ἄρης ἀλεγεινός. „Ἄρης. ὁ πόλεμος, δι' ὃν ἡ τρῶσις.* Sch. A. Acceptum ergo pro *vulnere.* quod et diferte in Sch. br. occurrit, *ὅπου ἀλεγεινὴ καὶ δεινὴ γίγνεται ἡ τρῶσις.* Et Euftath. *τουτέστι πληγὴ καὶ τραῦμα.* Contra Schol. Sophocl. Ai. 254 mortem interpretatur, vt *λιθόλευστον Ἄρην* edd. loco. At Apollon. Lex. h. v. pro *hafta* accipere debuit, *ἐπὶ δὲ τοῦ σιδήρου· ἔνθα μάλιστα γίνετ' Ἄρης ἀλεγεινός.* cf. fup. ad 444. Eft hoc ex audacia troporum antiquioris fermonis, quae a *Marte* ad *pugnam, ferrum, vulnus* progreffa eft. — *γίγνετ'* Sch. br. recte, idque tenemus.

570. *ὁ δ' ἑσπόμενος περὶ δουρὶ* iungunt Sch. br. *κατασχεθεὶς, περιπαρεὶς τῷ δόρατι.* Praeftat puto *περὶ δουρὶ ἤσπαιρε.* Fuit quoque lectum *ὁ δὲ σχόμενος, ἀντὶ τοῦ κατεχόμενος,* addit Sch. B. et Lipf. Sicque legerat Apollon. Lex. *σχόμενος περὶ δουρί. κατασχεθεὶς ἐπὶ τῷ δόρατι, ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ* (leg. *ὑπὸ*) *τοῦ δόρατος.* quae acute vidit Tollius ad h. l. fpectare. Apollonium exfcripfit Hefychius. *σχομένη* pro *κατασχεθεῖσα* etiam Od. Λ, 278. Cum *ἑσπόμενος* conuenit Virgilianum: *Super ipfe fequutus;* quod iam notauerat Ernefti. Et iam fup. M, 395 *Νύξ', ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος. ὁ δ' ἑσπόμενος πέσε δουρὶ πρηνής.*

571. *βοῦς, τόν τ' οὔρεσι.* Corrigit *ὅν τ'* ad fuauiorem fonum Toll. ad Apollon. p. 734.

572. ἰλλάσιν. Illuſtratum certatim a grammaticis, quibus praeiuit Apollon. Lex. ταῖς ἐξ ἱμάντων σειραῖς. εἴρηται δὲ παρὰ τὴν εἴλησιν τῶν σχοινίων ἢ ἱμάντων. — εἰλέω. ἴλλω. cf. Euſtath. et doctam Notam ad Timaeum Ruhnk. p. 71. Fuit quoque ἰλλέω. Galen. gloſſ. Hippocrat. ἀπιλλήθη. συνεκλείσθη. ἴλλειν (immo ἰλλεῖν) γὰρ τὸ συγκλείειν. et ἰλλαίνειν, τὸ κατειλεῖσθαι, de quo multis disputat Galen. ad Hippocr. Epidem. III, 31. To. IX Chart. p. 269 vbi et h. v. laudatur, in ed. ἰλάσιν. Habuere autem digamma ϝελω, ϝειλεω, ϝιλλω, ϝιλλάς. ἱμᾶσ' οὐκ mſ. Tho. Bentl. e gloſſ. — βίῃ δαμάσαντες Lipſ. haud dubie elegantius. vt mireris, quod in hoc ſolo illud legitur. — ἄγωσιν ex emendatione Vrat. b.

573. ὣς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε. vn. Vindob. ἔσπαιρε.

575. τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε. ⊱ „quod τὸν δὲ pro τοῦ δὲ caſu mutato." Sch. A. ὄσσε κάλυψε Ionica ratio poſtulabat, ſicque Ven. Townl. Vrat. b. d. vulgo ὄσσ' ἐκάλυψε.

577. ξίφεϊ Θρηικίῳ „magnitudine inſigni; appellatur talis enſis ῥομφαία" Sch. B. et Euſtath.

ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν. „ἄραξεν, τοὺς ἱμάντας ἀπέτεμε" Sch. B. Vict. et Sch. br. ἀπέκοψε. Etymol. autem hinc ducit primum ſignificatum vocis ἀράσσω, τὸ ἀποτέμνω, verſu hoc laudato. At vox ducta eſt a ῥάω. ῥαίω. ῥάσσω profligo.

583. ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνεῖλκε. Sch. A. B. „οἱ μὲν, κατὰ Δωριεῖς, τὴν νευράν. οἱ δὲ, τὸ κέρας· οἱ δὲ, τῷ πήχει τὸ τόξον εἷλκε." Hoc eſt nodum in ſcirpo quaerere. πῆχυς eſt curuatura arcus medii, in duo κέρατα deſinens; pro ipſo arcu, eiusue partibus dictum. Occurrebat iam ſup. Λ, 375.

584. ὁ μὲν — ὁ δὲ — ⊱ „quod cum poſteriore loco de Heleno dixiſſet, nunc eum primo loco memorat." De ὁμαρτεῖν v. ad M, 400. Memorat controuerſias de hac voce Euſtath. et ait legi quoque ὁμαρτήδην et ἀμαρτήδην, et pro hoc ὁμαρτήτην, vt et hoc pro aduerbio ſit; alios ὁμαρτήτην a verbo ὁμαρτεῖν ducere: ita eſſe

pro ὁμαρτησάτην dictum per ſyncopen ὁμαρτήτην. In vno Vindob. erat ὁμαρτείτην, quod grammatica ratio ſollennis requirit; hocque malim aut admittere, aut dicere pro eo ὁμαρτήτην ſcriptum eſſe. ὁμαρτεῖν eſt facere aliquid ſimul cum altero. Sch. br. ὁμαρτήτην. ὁμοῦ ἀφῆκαν. *id agebant ambo, vt emitterent.*

ὀξυόεντι a genere arborum, ὀξύη. v. ad E, 50.

Ἴετ' et hic male Vrat. d. et al.

585. ὁ δ' (ſc. ἵετο βάλλειν ex ἀκοντίσαι eliciendum) ἀπὸ νευρῆφιν. cum ſemel hoc probatum ſit (v. ſup. ad Θ, 300. et mox ad 588) reiſciendum eſt et h. l. νευρῆφι, eſt enim pro νευρῆς. cf. ad Λ, 663. Fruſtra ex Euſtath. disputant Barnes et Clarke. vn. Vindob. ὑπαὶ ν.

586. Πριαμίδης μὲν ἔπειτα — ⊱ „quod ἔπειτα nunc non eſt μετὰ ταῦτα, vt in illo I, 168. 9 Φοῖνιξ μὲν πρώτιστα — Αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας, ſed eſt pro δή." Legerat haec quoque Euſtath.

587. θώρηκος γύαλον, v. ſup. 507.

ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός. vn. Vindob. διὰ δ' ἔ. at ἀπὸ δ' ἵστατο Barocc.

588. πτυόφι· πτύου. τὸ πτῦον, *ventilabrum* ſatis tenemus; nec neceſſe eſt repetere plura e Sch. A. B. Victor. diſertiores quidem iſti ſunt quam Apollon. Lex. h. v. πτυόφιν. πτύου. ἐστὶ δὲ γεωργικὸν ἐργαλεῖον. quae Heſych. repetit. Debebat ſaltem adiici λικμητικόν. cf. E, 499 ſq. — Ceterum hoc tandem loco Sch. A. B. ſubiungunt notationem τοῦ φι adiecti in fine, de qua v. ſup. ad Θ, 300. — Obſeruant quoque cum Euſtath. quomodo tenuitatem rerum per epitheta ornauerit poeta.

589. θρώσκωσι Cant. Lipſ. Ven. Vrat. b. ex emendat. nec vitioſum dicam cum Erneſtio, ſed verius quam θρώσκουσι, ex more Homerico poſt ὡς ὅτε. v. Exc. I ad lib. IX (J) de ὡς. ὅτε.

590. πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ. ὑπαὶ Cant. vn. Vindob. quod grammaticis deberi iam aliquoties vidimus. λυγρῇ Vrat. b. praue.

592. *πολλὸν ἀποπλαγχθείς.* ἀποπλαχθεὶς etiam h. l. paſſim, vt Vrat b. d.

594. *ἢ ῥ' ἔχε τόξον.* Sic quoque Ven. At Scholio praefixum „ἦ, ſic Ariſtarchus, ἦ ῥ' καθ' ὃ μέρος κατεῖχεν. Vt ἦ ῥ' ἴδε γυμνωθέντα M, 389." Memoratur tamen et alterum ab aliis lectum. Scholion legerat quoque Euſtathius. ἐν δ' ἄρα χαλκῷ Vrat. d. pro τόξῳ.

595. *ἀντικρὺ διὰ χειρός.* ἄντικρυς emendat Bentl. et h. l.

597. *τὸ δ' ἐΦέλκετο μείλινον ἔγχος.* prorſus vt ſup. E, 664. 5. χάλκεον ἔγχος ex v. 595 repetitum Flor. Aldd. Vrat. A. μείλινον e Rom. intulit Turn. firmatur per codd. et ipſum Ven.

599. *αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόΦῳ οἰὸς ἀώτῳ.* „εὐστρεΦεῖ Ariſtarchus." Schol. A. οἰὸς ἀώτῳ, quod proprie eſſet dictum de *lana praeſtantiſſima,* quod et Sch. B. cum Sch. Leid. Valk. Diſſ. p. 130 ex Epaphrodito ad h. l. memorat et ſic accipit cum Sch. br. (v. ſup. ad I, 657) nunc omnino eſt *lana, lanea faſcia:* qua fundas olim factas eſſe, non neruis ſeu chordis (καὶ οὐ νεύροις, ὡς ὕστερον) monent Sch. B. et Lipſ. et ex antiquioribus Euſtath. De ΣΦενδόνῃ pro faſcia apud medicos obuia remiſit Erneſti ad Foeſii Oecon. Hippocr. h. v.

604. *ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες.* ἰόντε Ald. 3 (1524) caſu et ſphalmate.

605. *παρὰ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος.* Illatum παραὶ e Rom. a Turnebo, codd. ſane ſuffragantibus ipſoque Veneto. Nullus tamen dubito commentum id eſſe grammaticum, et verius eſſe παρὰ, quod cum codd. Vrat. et Lipſ. exhibent quoque edd. Flor. et Aldd. 1. 2. cum ſequacibus. Sicque legebatur in eodem verſu ſup. Λ, 233 iam lecto.

607. *οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι.* Etiam hic alii διαπρὸ ſcribunt; in his ed. Rom. Turneb.

608. *ἔσχεθε γὰρ σάκος εὐρύ.* ἔσχετο eſt pro var. lect. in Sch. A. at vterque Ven. cum Mori. ἔσχεθε. Et hoc verum eſſe cenſeo: τὸ σάκος ἔσχεθε τὸν χαλκὸν, *impetum haſtae ſuſtinuit, tardauit,* (ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν) eſt

in vsu poetae, vt M, 184 et Υ, 398 οὐδ' ἄρα χαλκείη κόρυς ἔσχεθε sc. τὴν αἰχμήν. Od. Δ, 284 et Π, 430 κατέρυκε καὶ ἔσχεθε iunguntur: alibi κατέσχεθε. At ἔσχετο non memini ita dictum occurrere, sed ἔσχε, Sch. br. tamen ἔσχετο, ἐπεκώλυσε. Etiam Eustath.

ἐνὶ καυλῷ. v. sup. 162.

609. Φρεσὶν ᾗσι χάρη καὶ ἔλπετο νίκην. Barnes. „γρ. ἤλπετο καὶ ἔλπετο. alterum hoc erat in Flor. ed. Eustathio. Mori. Vrat. A. vn. Vindob.

610. ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον. ⊱ „quod Zenodotus legerat: ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν, ignorans μάχαιραν de cultro dici, ξίφος de ense." Sch. A. ἐρυσάμενος. male per vnum sibilum scribitur in Barocc.

611. ὁ δ' ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν ἀξίνην. Sch. B. ὑπ' ἀσπίδος. τὴν ὑπὸ τὴν ἀσπίδα κρυπτομένην.

612. ἀξίνην εὔχαλκον. Ernesti verius esse putabat εὔχαλκον scriptum: cui non assentiendum esse, dixi ad H, 12. amat versus Homericus dactylum.

ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ. τῷ στειλειῷ. Et Apollon. Lex. οἷον στελεῷ. (Est enim στελεὸς, στελειὸς et στειλειός. ἡ λαβή.) sicque alii.

ἐλαΐνῳ pro ἐλαιίνῳ. Ἀττικῶς, ait Schol. B. hoc est: fuit haec vetus aliqua ratio, quam Attici retinuere: vide de ea praeter Eustath. Thomam et ad eum Notas p. 292. Monebo hoc tantum, ἐλάαν non modo de fructu, verum etiam de arbore dici debuisse, cum sit h. l. manubrium ex olea arbore. An ἐλάϊνον, ἀμφιπέλεκκον, olim hic lectum fuerit dubito; ita deberet esse ἀξίνη ἀμφιπέλεκκος, quae alias ἀμφίστομος, securis duplici acie, vel cuspide. nec Hesychii glossa huc spectare videtur; nec ausim cum Schol. B. contendere, ipsam πέλεκυν dictam quoque fuisse πέλεκκον, cum ἡμιπέλεκκα dicantur Ψ, 851 tanquam minoris generis. Sufficit nunc ἀξίνην esse σὺν, ἐν, πελέκκῳ, ἔχουσαν πέλεκκον ἐλάϊνον.

„γρ. ἐλαιΐνῳ apud Eustath. et ἐλαιϊνέῳ, vt Od. I, 394." Barnes.

613. *ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο.* recte *κατὰ* substituit Schol. B. Schol. A. autem notat, „*ἐφίκοντο* esse lectionem Aristarcheam: alii *ἀφίκεσθον*, Aristophanes *ἀφικέσθην*.“ Ex his colligo antiquiorem lectionem fuisse vel *ἀφικέσθην*, vel *ἐφικέσθην*, hoc quidem melius, se inuicem ferierunt. Schol. br. *ἐφίκοντο, ὑπὸ τὸ αὐτὸ ἔτυχον ἀλλήλων* Eustath. *καθίκοντο καὶ ἥψαντο.* Idem norat etiam lectionem *ἀφίκοντο ὡς ὁμοῦ κατ' ἀλλήλων ὥρμησαν.* est ea in vno Vindob.

615. *φάλον ἄκρον, ὑπὸ λόφον αὐτὸν* — recte et h. l. expulsum *τὸ ὑπαί*, quod nec boni libri agnoscunt; etsi editum est quoque in Apollonio in *λόφος*, vbi tamen in codice erat *ὑπέρ.*

616. 617. *ῥινὸς ὑπὲρ πυμάτης.* Apollon. Lex. hoc versu adscripto: *ἐπὶ μὲν τοῦ τέρματος τοῦ μυκτῆρος.* in summa narium parte et radice.

λάκε δ' ὀστέα. λάκε, vox Pindaro et aliis frequentata, digna tamen visa Apollonio, quam in Lexicon referret: *λάκε, ἐψόφησεν. ἤχησεν. ἰδίωμα δὲ φωνῆς, ἢ ἤχου.*

τὼ δέ οἱ ὄσσε πὰρ ποσὶν αἱματόεντα χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν. „*αἱματόεντε, δυϊκῶς*“ legit et interpretatur Schol. B. atque ita scribi coepit inde ab Ald. 2., adstipulante quoque edit. Rom. cum Eustath. qui tamen et alterum norat, et vno Vindob. Reuocauit *αἱματόεντα* e Cant. Mori, Barnes: et ita iam editum erat in Flor. et Ald. 1. adde Sch. br. Harlei. duo Vrat. et Flor. a Tho. Bentleio collatos, Ven. Lips. Vrat. omnes. Comparari potest cum *ὄσσε φαεινὰ* sup. vs. 435. cum contra *ὄσσ' εἴκτην* lectum esset Il. A, 104. vbi Schol. B. hunc versum laudabat; etsi enim editum sit *αἱματόεντε*, docet tamen grammatici sententia, scriptum ab eo fuisse *αἱματόεντα.*

πέσον. Aristarchei codices, non *πέσεν.*“ ait Schol. A. vti *ὡς τῶν ἐκ χειρῶν βέλεα ῥέον* M, 159.

Quomodo autem oculi, vulnere in medio occipite facto, excidere potuerint, quaeri potest. Vulnere in media fronte facto oculos e radice sua elisos esse con-

tendit Schol. B. Melius Sch. br. τὸ ὑγρὸν τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς effluxiſſe ſanguini permixtum.

618. ἰδνώθη δὲ πεσών. εἰς τοὐπίσω ἐκάμφθη. vt ſup. B, 266 iam vidimus et M, 205. Dictum eſſe pro ἰδνωθεὶς ἔπεσε notat Euſtathius. Nec tamen neceſſe, ita ſtatuere.

619. καὶ εὐχόμενος. vitium Ald. 2. eſt οἰχόμενος.

620. λήψετε θὴν οὕτω γε νέας. Vrat. A. a m. ſec. quod et ipſum bene conueniret: hoc, non illo quo vos cupitis, modo capietis naues.

θὴν, nihil aliud quam δή. legerat quoque ſic aut interpretatur Schol. breuium auctor καταλείψετε δή. Pro enclitica habitum eſſe θὴν, ex eo apparet, quod ſcribitur λείψετέ θην. qua de re v. ad Θ, 448, K, 104.

οὕτω γε. caeſi, vt Piſander et ceteri. φθειρόμενοι.

621. Τρῶες ὑπερφίαλοι. ἄσπονδοι. παράνομοι. Schol. br. De hac voce v. ſup. ad 293.

622. ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς. Reddunt Schol. A. B. iis quae in me auſi eſtis, nihil aliud dedecoris, αἴσχεος, deeſt. Suppletur quoque in Schol. A. ἐσμέν. Male vero. Eſt enim ſupplendum ἐστέ. pro οὐκ ἐπιδεῖσθε. nullum iniuriae genus reliquum feciſtis, quin eo vteremini; omnes iniurias in me cumulaſtis. Schol. br. οὐκ ἐνδεεῖς, ἀλλὰ πλήρεις, ἐστέ. αἶσχος non eſt infamia, quae in Troianos cadit; ſed contumelia, qua Menelaum affecerant. Iungitur enim cum eo λώβη. Eſt autem λώβη, λωβᾶσθαι, pro ὕβρις, ὑβρίζειν.

Schol. B. obſeruat, μὲν eſſe poſitum pro μὴν, non enim ſubiici δέ. At quam ſaepe μὲν hoc modo ponitur, vt aduerſatiua altera omittatur!

αἰσχέας. αἰσχύνας in Heſychio ex h. v. corrigebat Bentlei.

623. ἣν ἐμὲ λωβήσασθε. ἡ quod ἣν ad remotius retulit, λώβην, non ad αἶσχος.

κακαὶ κύνες. Mori et vn. Vindob. κακοί. quod praeferebat Barnes; Clarke vero contumeliae cauſſa femininum poni aiebat; melius Erneſti, poni id ex poetarum

vſu. Ad Clarkium tamen accedit Schol. Lipſ. κακαὶ ἄκρως τῷ θηλυκῷ κατεχρήσατο εἰς τὴν ἀνανδρίαν τῶν βαρβάρων. Similia ſunt in Euſtathio, qui etiam κακαὶ pro δειλαὶ dictum putabat; cum tamen ſit omnino, βλαπτικαί.

625. ὅςτε ποτ' ὕμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν. In his „ὅς τε. qui videlicet" Clarke. πόθ' ὕμμι Townl.

πόλιν αὐτὴν alicubi lectum notauit Bentl. forte e cod. Lipſ.

626. οἵ μεν κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες. ⊱ „quod κουριδίην ἄλοχον dixit poeta, adeoque ignorauit eam raptam eſſe a Theſeo et corruptam." Schol. A. et Euſtath.

κτήματα πολλά. Schol. A. „in alio: καὶ κτήμαθ' αμ' αὐτῷ." At Ven. B. legerat κτήματα πάντα. Si hoſpitio excepti fuere Paris et Troiani, qui cum eo erant, neceſſe eſt Helenam ipſam domum mariti expilaſſe. Alii narrarant ap. Schol. B. Helenam ad ſacrum faciendum cum magno apparatu profectam a Paride raptam eſſe. Fuit haec vna e pluribus narrationibus de raptu Helenae.

627. μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ. ⊱ „quod Zenodotus μάψ οἴχεσθον ἄγοντες ediderat, ignorans ἀνάγεσθαι de nauigatione ex Peloponneſo ad Troiam dici. (hoc certe non ignorauit; ſed peccauit in eo, quod dualem pro plurali hic locum ſuum habere putauit. Niſi res inuerſe ita ſe habuit, vt in ſermonis rudiore aeuo dualis numeri certa ratio non ſemper haberetur). ἀνάγειν autem, monente quoque Euſtathio, aut h. l. dictum, vt alibi, *de nauigatione*, nam Paris naui Helenam abduxit, aut ſimpliciter pro ἀπάγειν, nam adiiciuntur κτήματα. Similis locus erat Z, 292. Porro Ariſtarcheae duplicem habuere lectionem, et hanc quam habemus, et alteram, ἐπεὶ φιλέεσθέ περ αὐτῇ. (haec altera eſt doctior.) In capite verſus ᾤχεσθ' malebat Barnes.

628. *νῦν αὖτ' nunc hanc gratiam rependentes*. Clarke. Simplicius: *nunc viciſſim*. Νῦν δ' αὖτ' Vrat. d. nec male.

629. *κτεῖναι δ' ἥρωας 'Αχαιούς*. ⊱ „quod diſerte omnes Achiuos ἥρωας appellat; contra Iſtrum monetur, qui ſolos reges ἥρωας dici contenderat." *κτεῖναι δ'*, mutauerat in *κτεῖναι θ'* Barnes, non male per ſe, ſed ſine cauſſa idonea, cum *δὲ* pro copula infinitis locis ponatur. Idem „γρ. *κτείνειν δ', κτανέειν θ'* et *κτεῖναί θ'*." Putabat ſcilicet, quod ſaepe credidere Critici, variare orationem eſſe idem ac varietatem lectionis e codd. aſferre, aut emendare vitioſa. Schol. A. quod aliquoties iteratur diuerſis in locis.

630. *ἀλλά ποθι σχήσεσθε, καὶ ἐσσύμενοί περ Ἄρηος*. *ποθὶ* volunt eſſe idem quod *ποτὲ*, *aliquando*; at eſt idem quod *που*. *aliquo modo, forte*, *ἀλλά που*. *σχήσεσθε*. *ἐπισχήσεσθε* in Apollon. Lex. huc ſpectat; et forte ſimili modo Heſych. *σχήσεσθε, κατασχηθέσεσθε* pro — *σθαι*.

631. *ἢ τέ σέ φασι, ταῖς φρεσὶ περιεῖναι, διαφέρειν, τῶν ἄλλων ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν, ἤτοι, πάντων*. Sch. B. Indocte Euſtath. *περὶ φρένας* eſſe idem ait quod alias *περὶ φρεσίν*.

632. *σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται*. „γρ. *τελεῖται*" Barnes. (Scilicet putauit, ita quoque ſcribi poſſe.)

633. *οἷον δὴ* pro *πῶς* accipit Schol. B. vt ſit noua expoſtulatio cum Ioue. Poterat et iungi cum antecedente, pro *ὡς, pro eo quod* pro *κατὰ τοῖον, καθ' οἷον, ὡς*. *ὑβριστῆρσι* Lipſ. pro *ὑβρισταῖσι* non male, addit Erneſti; equidem haud permutabo.

635. *ὁμοιΐου πολέμοιο*. Metro etiam hic ſuccurrendum eſt cum Bentleio: *ὁμοιΐοφι πτολέμοιο*. v. ad I, 440.

636. *πάντων μὲν κόρος*. — Reſpexit haec Pindar. N. VII, 78. vbi quoque hunc locum laudat Schol. Loca plura congeſſit Wakefield ad Moſch. IV, 71.

637. *ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο*. Sch. A. *τοῦ ἀμωμήτου. ἔστι δέ τις καὶ φαύλη ὄρχησις*. Ieiunum hoc, quod et Eu-

ſtath. habet: Argutatur quoque Lucian. de Saltat. c. 23. qui ex h. l. ſaltationem defendit: *ἀμύμονα*, *reprehenſionis expertem.* et eius exemplo Liban. *ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν* To. III. ed. Reisk. p. 352, 23. Recte Erneſti: *ἀμύμων* eſt h. l. *concinna*, *venuſta*, *pulcra*, (ſcilicet eſt omnino, *praeclara*) vt cum de mulieribus dicitur. Scilicet ſimpliciter in laudem adiunctum eſt epitheton, *praeclara* ſaltatio. Verſum nonnulli dixerant otioſum, teſte Sch. A.

638. *τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι.* *τούτων καὶ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ τις κορεσθῆναι.* Ita fere Sch. A. et B. Adſcripſit Barnes ex Excerptis mſſ. *τούτων δέ τις βούλοιτο ἂν κορεσθῆναι· τοῦ πολέμου δὲ μὴ ψαῦσαι τὴν ἀρχήν.* quod alienum eſt. Senſus huic loco conſentaneus huiusmodi eſt: *Omnium rerum eſt ſatietas, earum quoque, quarum iucunditate, multo magis quam pugna, exſatiare ſe, h. e. vsque ad ſatietatem iis frui et ſe explere, cupit vnus quisque. At Troiani exſatiare ſe pugnando atque deſinere ac ceſſare a pugna, non norunt.* *ἐξεῖναι*, *ἐκπληροῦν*, iam vidimus, v. A, 469 et al. Vide ad T, 402.

In capite verſus *ὧν περ* ed. Rom. *τῶν κεν* mſ. Lipſ. et Ven. B. *εἶναι* vitioſe Steph. et al.

639. *ἀκορηταὶ* vn. Vindob. *ἀκόρεστοι* a m. pr.

642. *αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἰών.* *αὖτ'* exciderat Townl. et Cod. a Tho. Bentl. inſpecto.

643. *ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος.* ⸓ „propter quaeſtionem de Pylaemene, ſintne duo hoc nomine memorati, ad quam ſaepe prouocant grammatici; locus eſt plenior in Schol. B. Occurrunt ſcilicet ſaepius in Homero duo vel plures eodem nomine inſigniti; ita et hunc Pylaemenem volunt diuerſum eſſe ab eo, qui ſup. E, 576 caeſus erat, quia nunc *βασιλεὺς*, ibi *ἄρχων* dictus eſt." Hoc quidem putidum; Zenodotus non contentus *τῇ λύσει*, ediderat *Κυλαιμενέος.* Sed alia, eaque grauior, difficultas eſt in eo, quod mox idem Pylaemenes pater filii

Harpalionis corpus pugna eductum comitatur; qua de re v. ad vſ. 658. 659.

644. Ἀρπαλίων, ὅ ῥα πατρὶ Φίλῳ ἕπετο πτολεμίξων. Flor. Ald. 1. Rom. cum vitio metri ὅς ῥα. Emendauit ὅ ῥ' iam Ald. 2. et hinc ceterae. „γρ. ὅς πατρὶ“ Barnes: Scilicet ſic ipſe corrigebat.

πτολεμίξων vnus Tho. Bentleii, cum Lipſ. in quo gl. Δωρικῶς. γρ. πολεμίζειν. receptum a Wolfio. πολεμίζων Townl. Ven. Flor. Ald. 1. πτολεμίζων Ald. 2. induxerat. retinui πτολεμίξων tanquam probabilius.

645. ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν. Verſus ab alia manu adſcriptus in Townl. Excitat eum Ammon. p. 73. vt doceat, ἀφικέσθαι eſſe ἐπανελθεῖν. At hoc vt ſit, facit adiectum αὖτις.

646. ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδαο μέσον σάκος — Townl. Ἀτρείδεω ita debuit ſcriptum eſſe Ἀτρείδεω μέσσον.

647. οὐδὲ διὰ πρὸ — Mori et alii etiam hic vna voce διαπρό.

649. μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ. ꝑ „quod iterum caſus permutati ſunt: χρόα pro χρωτός.“ Sch. A. Immo, ſupplendum μὴ ἐπαύρῃ αὐτοῦ κατὰ χρόα. ne quis attingat, feriat, eius corpus, eum.

χαλκὸς vnus Tho. Bentleii, varietas et alibi obuia.

652. ἀντικρὺ κατὰ κύστιν. Malebat Bentl. et h. l. ἄντικρυς.

διὰ κύστιν Ven. et hoc rei accommodatius.

653. 654. Φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων θυμὸν ἀποπνείων. Monet Schol. A. „poſt ἑταίρων eſſe interpungendum.“ quod et faciunt editores. Melius tamen Φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων θυμὸν ἀποπνείων iungi videntur. καθεζόμενος αὖθι, dum in eximenda ſagitta laboratur, efflat ille animam inter amicorum manus. Tum vero mortuus extenditur ſuper terra: et in hoc comparatio cum lumbrico eſt quaerenda qui enectus iacet extento corpore.

657. ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἄγον προτὶ Ἴλιον ἱρήν. ꝑ Apollonius Rhodius ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον· ἐς δίφρον ἀναθέντες. Etiam Schol. B. ἀνέσαντες, ἤτοι καθίσαντες. μᾶλ-

λον δὲ ἀναθέντες. νεκρὸς γάρ ἐστι. Manifeſtum tamen hot eſt interpretamentum alterius. Nam vt ἵημι eſt quoque ἕω, ſic ἀνίημι, et ἀνέω, vi transitiua, pro ἀνατέμπω, ἀναβιβάζω, ἀνατίθημι. Sic ἀνέω eſt ὁρμῶ, παρορμῶ, inf. Ξ, 209 εἰ — εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι. et Od. Σ, 264 an deus mihi ſit reditum daturus: εἴ κεν μ' ἀνέσει θεὸς, ἤ κεν ἁλώω. Eſt quoque in Schol. br. ἀνέσαντες, ἀναθέντες, ἀναβιβάσαντες.

δ' ante ἀνέσαντες abeſt a Veneto. aberat quoque a Zenodotea lectione, vt modo vidimus. minus bene.

Subiicitur in Schol. B. Lipſ. et in Euſtath. alind monitum veterum de hoc verſu: οὐδένα δὲ τῶν ἀποθανόντων οὕτως ἐξάγει. διὸ ἀθετεῖται ὁ στίχος. Si nulla grauior eſt auctoritas, verſus temere videtur damnari. E pugna enim ad ſepulturae honorem caeſis ſeruandum exportatos cur miremur? et quidni poeta narrationem variet, aliis caeſis modo ſpoliatis, modo humi iacentibus, eſſe etiam qui reducantur in vrbem, vt alibi alii, v. c. Sarpedon, in patriam. Grauius eſt, ſi dixeris, in Jliade abduci ſolere vulneratos, non caeſos; *Paphlagonem* autem in patriam, non *Troiam*, deducendum fuiſſe? tum ſi ἐρίηρες ἑταῖροι corpus abduxiſſent, ferendum erat; at patrem cum iis pugna decedere, nec filii mortem vlciſci, alienum erat ab heroum ſenſibus. Suſpectum tandem eſſe verſum, propter adiunctos duo verſus manifeſte ſpurios. Expunxerat eum quoque Bentl. Euſtathius ait: τινὲς ἀθετοῦσιν. οὐκ εὖ.

658. 659. — ἀθετοῦνται. „Nam pater iam caeſus erat: ſup. E, 576. forte ex eo quod ſup. 644 *patrem filius* ſequebatur, exſculptum nunc eſt ab aliquo, vt viciſſim pater filii corpus ſequeretur. Sin manent verſus: duo diuerſos eodem nomine eſſe neceſſe eſt." Sch. A. Subiicitur tunc aliud Scholion, in quo „diuerſos eſſe homines" ſtatuitur. cf. ſup. ad E, 576. Legerat ſimilia in grammaticis Euſtath. qui et addit, fuiſſe, qui de anima patris caeſi intelligerent, natum circumuolitantis: quod ab Homero et Homerico aeuo alienum eſt. Subiicitur

superioribus in Sch. A. „ἔνιοι δὲ πιθανῶς μεταγράφουσι· μετὰ δ' οὔ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων. interpoſito οὐ. vt e Sch. br. emendandus erat Sch. Ven." Manet tamen vel ſic difficultas in vſ. ſequ. ποινὴ δ' οὔτις. atqui ſtatim Paris vltus eſt Harpalionem caeſo Euchenore; etſi grammaticus in Sch. br. ita occurrit, vt dicat, non patrem tamen vltum eſſe filium, ſed alienum hominem, Paridem. Quare de delendis verſibus a rhapſodo adſutis vix dubitare licet. Recentiores tamen interpretes hanc medicinam aegre admittentes varia commenti ſunt. Caeſum fuiſſe patrem ſup. E, 576. et h. l. auum eſſe intelligendum, ſtatuebat Barnes. Clarke vtique contendendum eſſe putat, duo fuiſſe Πυλαιμένεις. Antiquos admodum eſſe verſus, colligas ex eo, quod iam Apollon. Lex. in ποινὴ ad eos reſpicit.

659. ποινὴ δ' οὔ τις παιδὸς ἐγίγνετο τεθνειῶτος. Spectat huc Apollon. Lex. ποινή. ἀντέκτισις (ἀπὸ τοῦ ἐκτίνειν) κυρίως δὲ, ὑπὲρ φόνου. Notio antiquior eſt compenſatio. per quam ſatisfacimus pro iniuria: v. Γ, 290. Plura dat Heſych. et Etymol. ἐγίγνετο, quod nos ſcribimus, habent hic quoque codd. Schol. br. ed. Rom. τεθνηῶτος vn. Vindob.

661. ξεῖνος γάρ οἱ ἔην πολέσι μετὰ Παφλαγόνεσσιν poteſt eſſe, quod Koeppen quoque volebat, ἐν πολλοῖς φίλοις Παφλαγόσι μάλα φίλος, ſeu φιλώτατος. Poteſt quoque eſſe ſimpliciter dictum μετὰ πολέσι Παφλαγόσι pro ἐν Παφλαγόσι. erat is ipſi hoſpitio iunctus inter Paphlagones. Eſt enim is vſus τοῦ πολεῖς vel πολλοί. Ita mittitur Patroclus πολέσι μετὰ Μυρμιδόνεσσι Π, 240. Ita quoque Ψ, 60. Od. Λ, 494. Congruit, quod οἱ πολεῖς ſaepe ponuntur, vbi in pedeſtri oratione eſſet τὸ πλῆθος, atque etiam ὁ λαός.

663. ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυείδου μάντιος υἱός. ξ— „quod duo fata fingit poeta in Euchenore, quemadmodum in Achille, διχθαδίας κῆρας φερέμεν ſup. I, 411."

Πολυΐδου vbique edi miratus ſum, cum contra metrum peccet, et notum ſit nomen Πολύειδος, idque ipſum

iam E, 148 lectum fuerit de alio Polyido. Nec tamen aliter legitur in codd. quorum quidem lectionem enotatam vidimus, nec in iis, a quibus excitantur versus; v. c. Lucian. Philopatr. 15. vbi recitantur vff. 665—668. Schol. Pindari rec. Ol. XIII, 78. Aberratum est in hoc nomen per Tragicos, in quibus metro sic postulante scribitur interdum Πολύϊδος, quod quoque hinc abiit in pedestrem sermonem. Fuit eo nomine fabula Euripidis: cuius fragmenta v. in Diatribe Valk. forte et alia Sophoclis, nisi ea eadem fuit cum Glauco. Non dubitaui Πολυείδου rescribere; ait quoque Eustathius διφορεῖσθαι τὴν παραλήγουσαν; et in Etymol. est Πολύειδος. Conf. Not. ad Apollod. p. 545 (vbi in extr. del. *apud Etymol.*) Est quoque Πολύειδος in aliis poetis, vt in Christodori carmine (Anal. Brunck. To. II, p. 457.)

664. Κορινθόθι οἰκία ναίων. non Κορινθόδε, vt v. c. in Schol. Pind. Ol. XIII, 78 recitatur.

667. νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι. „γρ. φθεῖσθαι" Barnes. variatione sollenni. sicque legitur in Vrat. b. d. vn. Vindob. Passim φθῖσθαι scribitur; male.

669. τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν. „θωὴν, νῦν τὴν μέμψιν" Schol. A. At Apollon. Lex. θωὴν, ζημίαν. ὅθεν καὶ ἀθῶος ὁ ἀζήμιος. Eadem Hesych. nisi quod addit βλάβη, et Suidas. Item Etymol. in θωὴ et ἀθῶος. Bentlei. coni. θωὴν ἀλέεινεν ἀχεύων. dolens: ingeniose saltem.

670. ἵνα μὴ πάθῃ ἄλγεα θυμῷ. vulgo πάθοι. Erat tamen πάθῃ iam in ed. Rom. tum in Eustath. et nunc in Veneto: euitauit morbum, ita vt ne pateretur dolores, frequenti varietate: de qua v. Excurs. II ad VII, p. 405 de ἵνα· ἵνα μή.

672. ᾤχετ' ἀπὸ μελέων „γρ. ἀπαί" Barnes; scil. ex vs. 585.

στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν. Ex ed. Turnebi exulat δ'. Ad ἄρα Clarke: „*porro; proinde; exinde: vt solitum est.*" Hoc est, ex contexto ariolari. ἄρα est

Latinum *ita, adeo:* de eo quod consequitur seu ex caussis, seu tempore aut alio successionis nexu.

673. *δέμας πυρός*, sc. *κατὰ δέμας*. Non aliter vsus fert: pro specie rei. Dictum sup. ad Λ, 595.

674. *οὐδέ τι ἤδη. ᾔδει* Cant. Vrat. b. a pr. m. A. et vn. Vindob. vt alibi quoque variat lectio.

675. *νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ* — Sch. B. *ἐπ' ἀριστερὰ Ἕκτορος, οὐ τοῦ στρατοῦ. εἰ γὰρ ἐπ' ἀριστεροῖς ἐστιν ἡ πύλη, δι' ἧς εἰσῆλθεν, αὐτόπτης ἂν ἐγένετο.* Fateor me non assequi, qualem castrorum speciem ante oculos ille habuerit. Quam ipse habeam, dixi in Nota. cf. Excurs. de *τειχομαχίᾳ* ad lib. XII. cf. Lenz *Ebene v. Troia* p. 257.

676. Post *Ἀργείων* interpunctionem maiorem sustuli; continuanda est oratio *καὶ ὅτι τάχα καὶ ἔπλετο ἂν κῦδος Ἀχαιῶν* h. e. *νίκη ἐγένετο*. Iungitur inf. 679 *ἀλλ' ἔχεν*.

677. *τοῖος*. „*ἀντὶ τοῦ, μετὰ τοσαύτης προθυμίας.*“ Sch. B. Scilicet est pro *οὕτως* et hoc pro: *nam admodum.* Clarke haec eo interpretatur, quod *mari* interclusi erant a patria Achiui. At Neptunus e poetae mente vere interest pugnae.

678. *πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν*. Sch. B. „*πρὸς τῷ αὐτῶν σθένει καὶ αὐτὸς ἐπεκούρει.*“ Quidni: *πρὸς δὲ*, *insuper autem et ipse suppetias ferebat σθένει*, *διὰ σθένος, σὺν σθένει ἑαυτοῦ. σθεναρῶς.* Sic et Sch. br. videntur interpretari.

679. *ἀλλ' ἔχεν* Hector ex 674. — *πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο. ἐπᾶλτο* Vrat. b.

680. *Δαναῶν πυκινάς. πυκνὰς* Lips. Vrat. A. *στίχας ἀσπιστάων· ἔνθ'*. Iungi haec video, tanquam si omnia, quae sequuntur, pendeant ab *ἀλλ' ἔχεν ᾗ* — *ἔνθ'* — *ἔνθα μάλιστα* — *ἔνθα δέ*. Addit orationi neruos, si maiore post *ἀσπιστάων* distinctione eam adiuues, vt feci. *ἔνθ'* 681 *ἔνθα δὲ* discrimen inferre, vt sit, *illic* — *hic*, statuunt alii.

681. *ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου.* Ex quod (in *Αἴαντος*) Aiacem Locrum dicit, cuius statio proxima erat Protesilao. Res spectat *πρὸς τὰ περὶ ναυ-*

σταϑμου." Sch. A. Cur Locrum intelligendum eſſe ſtatuat grammaticus, haud aſſequor. Erat Telamonius, qui ſolet abſolute Aiax dici; laeuum cornu ille, omnium maxime tuebatur; (etſi nunc verſus interiora caſtrorum irrumpentes Troianos cum Hectore ſuſtinens,) ita vt ad eius laeuam pugnare dictus eſſet Idomeneus: 326. coll. 313. Nec aliter Strabo, qui lib. IX, p. 604 A. hoc verſu vtitur ad docendum, Salaminios non cum Athenienſibus iunctos fuiſſe; quod tamen effectum eſſe debuerat inſerto verſu B, 558.

Ceterum peruentum eſt ad locum manifeſta interpolationis haud vnius veſtigia habentem: nec tamen quicquam de his monent aut memorant veteres grammatici. Procedit narratio rite conſtituta vsque ad vſ. 680. "Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο — ἀλλ' ἔχεν ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο, ῥηξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων. Poſt plura interpoſita ordo narrandi pergit vſ. 701 Αἴας δ' οὐκ ἔτι πάμπαν — „Aiax Oilei Telamonio pugnanti continuo ad latus erat." Iam quae in medio ſunt, e variis laciniis conſuta eſſe videntur a variis rhapſodis. forte 681—684 ab vno; ab alio 685—688. Tum alia ab aliis; forte ab iis qui popularium ſuorum gloriae ſtudebant. Produnt interpolationem vſſ. 689—692 οἱ μὲν Ἀϑηναίων. vinculo nullo cum antecedentibus iuncti. Non minus moleſte ſubnectuntur vſ. 693 πρὸ Φϑίων δὲ M. Φϑῖοι memorati iam erant vſ. 686, nunc ſero memorantur eorum duces, parum commoda formula πρὸ Φϑίων δὲ, ſcil. ἐμάχοντο ex vſſ. 699. 700. Nunc lacinia de Medonte ſubtexitur vſſ. 694 ſq. ex O, 333—336. Inde verſſ. poſtremis 699. 700. ea, quae conſarcinata erant, cum reliquis connectuntur. Ne priora quidem 681—684 ab vno eodemque rhapſodo profecta eſſe ſuſpicor: ſed cum prior verſus inſertus eſſet, adiecti partim ad illuſtrandum partim explendi verſus cauſſa vſſ. 682. 3. 4. De quibus ſigillatim contendere et pronuntiare velle, aut ineptum aut ſuperbum eſſet. Conſulat ſenſum quisque ſuum.

Αἴαντος νῆες Vrat. d.

682. θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι. Cum hoc ſit ab ἐρύω, ϝερυω, traho, cuius media corripitur, v. ad A, 141. neceſſe eſt h. l. ſcriptum eſſe εἰρυμμέναι, eodem modo, quo paſſim occurrit ἐρύσσατο. Clarke volebat eſſe pro εὐρυόμεναι.

683. αὐτὰρ ὕπερθε τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον. Accipiunt χθαμαλώτατον dictum pro χθαμαλὸν, Schol. A. B. vt ἀκρότατον pro ἄκρον Δ, 139. Niſi dictum ſit comparatiue cum reliquis valli partibus, aut quod a Sarpedone auulſae erant pinnae.

ἐδέδμητο. κατεσκεύαστο Etymol. et Heſych. iam a Bentl. ex h. l. emendatus in ἐδέδμετο. τεῖχος δέδμητο Ionice Townl.

684. ζαχρηεῖς γίγνοντο μάχῃ. ζαχρηεῖς. λίαν ἐπιβαροῦντες. παρὰ τὸ χραύειν (χράειν) irruere. Schol. A. B. De voce hac v. ſup. ad E, 525. αὐτοί τε καὶ ἵπποι. Si hi ſunt currus, et qui de curribus pugnant, αὐτοὶ eſſe debent ὁπλῖται πεζοί. Verum totus verſus parum elaboratae eſt ſtructurae, et currus extra caſtra ſubſtiterant. v. ad vſ. 749.

„γρ. γίγνοντο et ἐγένοντο“ Barnes. vulg. γίνοντο.

685. ἔνθα δὲ Βοιωτοί. Pugnant nunc cum Aiace Boeoti, Iones, Locri, Phthii. Parum in his conſtituendis iuuant grammatici. vt monitum ad vſ. 981.

Ἰάονες ἑλκεχίτωνες. Male diſtinguit Ἰάονας et Ἴωνας, Schol. B. et, laudato Androtione, affert, corrupte tamen, (quod et Euſtath. et Schol. Lipſ. et Leid. ap. Valken. ad Ammon. p. 245 faciunt,) notum illud diſtichon pilae in Iſthmo inſcriptum, quod ita recitat: τάδ' ἐστιν οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰάονες, ab vna parte, ab altera: τάδ' ἐστιν οὐκ Ἰάονες, ἀλλὰ Πελοπόννησος. Laudatur hoc ab aliis ita ſcriptum: τάδ' ἐστι Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία. et alterum: τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία. v. Strabon. IX pr. p. 601 A. Plutarch. in Theſeo p. 11 E. qui a Theſeo poſitam pilam narrat, interpolato tamen carmine. Conuenit tamen Ioniam de Attica, et Iones de Athenienſibus intelligendum eſſe: quod et Strabo pronuntiat l. l.

verbis poetae noſtri laudatis, Apollon. Lex. voc. Ἰάονες, Heſych. Schol. br. Laudat quoque verſum Schol. Ariſtoph. Acharn. 106 vbi obſeruat, Perſas omnes Graecos Iones, Ἰάονας, dixiſſe; ſcilicet, quia Iones Aſiae primi Perſis innotuerant, vt plerumque populorum nomina ſubnaſcuntur et vulgantur.

Koeppen noſter deſideratiſſimus difficultatem hic acute animaduertebat, in hoc, quod Iones tempore belli Troiani Aegialeam, ſerius Achaiam dictam, inhabitarunt, non autem Atticam, e qua multis ante aetatibus erant profecti: v. Pauſan. VII, 1. cf. ſup. ad B, 573. 4. 5. Recte haec. Si tamen Iones memorantur ex Attica in Aegialeam immigraſſe: hoc non eſt ita accipiendum, ac ſi omnis Ionum ſtirps et nomen Attica relicta nouas ſibi ſedes quaeſitum emigraſſet; verum *fuiſſe ex Ionibus*, qui in Aegialea conſiderent. Manſiſſe Ionum partem in Attica, dubitari nequit, ſed permixtos eos et ibi cum Pelasgis, atque ita conſtitutam fuiſſe gentem Ionicam in Attica, ad quam Iones Aegialenſes mox, partem ſaltem, rediere, ab Achaeis eiecti, qui Dorienſibus cedere coacti fuerant. Verbo: *Iones fuere Athenienſes*, etiam belli Troiani tempore, et *Athenienſes recte appellati Iones*, etſi magna ex parte Pelasgicae ſtirpis populi Atticam inſidebant, (cf. Herodot. II, 51. I, 56.) qui poſtea cum Ionibus coaluerunt; quos ipſo aduentu Ionum ex Aegialea vires nouas adeptos eſſe probabile ſit, ita vt de noua migratione eſſet diſpiciendum. Inde *Ionica dialectus* et *Attica vetus* recte pro eadem habentur; et inualuiſſe *nomen Ionicum* multo magis probabile ſit, ex quo *Doricum genus* Peloponneſum occupauerat; id quod cum Herodoto conuenit noto loco lib. I, 56. At ceſſit ſerius Ionicum nomen *nomini Athenienſium*, ex quo *Ionum Aſiae nomen* inclaruerat, ita vt *Iones Graeciae* et *Iones Aſiae* ambiguitatem nominis facile inferre poſſent; coepere itaque priores illi *Athenienſes* appellari. Hos adeo nomen Ionum refugiſſe narrat Herodotus I, 143. in quod ſucceſſere alia ex parte populi qui cum Ionibus

coaluerant, quippe qui partim antequam ex Graecia exierant, partim postquam in Asia consederunt, sub Ionum nomine, permixti fuere cum Pelasgicis populis pluribus, etiam cum Doribus et Aeolibus: quorum nomina videbis ap. Herodot. I, 146. 147. Erant tamen inter eos, qui Athenis se profectos et veros genuinosque Iones esse iactabant: ibid. 147.

Βοιωτοί τε καὶ Ἴονες indocte interpolatum est ap. Galen. ad Hippocr. de med. offic. To. XII. p. 18. vbi locum recitat pro exemplo mutati ordinis in recensu plurium enumeratorum: e nota obseruatione grammaticorum.

ἑλκεχίτωνες. Schol. B. Schol. Lipſ. Vict. et Leid. cum Eustathio, *οἱ ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ἐναντίων ἕλκη ποιοῦντες. οἱ δὲ, ὅτι μέχρι τῆς Περικλέους στρατηγίας ποδήρεις εἶχον χιτῶνας.* prius inepte. Conuenit cum *ἑλκεσίπεπλος.* Schol. br. *ἑλκεχίτωνες, βαθεῖς χιτῶνας ἔχοντες. ἄζωστοι.* Ergo antiquiores Iones habuere amictus ad pedes demissos, nullo balteo succinctos; serius aut cinctura accessit, aut breuiores facti vestitus. *ἑλκεχίτωνες Ἰάονες* vno adhuc loco memorantur Hymno in Apoll. 147.

686. *Φθῖοι.* Sch. A. et Eustath. „*Φθιῶται, οἱ ὑπὸ Ἀχιλλεῖ.*" (Phthiotae hi, non in Homero; sed serioribus aetatibus) „*Φθῖοι οἱ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ καὶ Φιλοκτήτῃ*" (de altero hoc constat ex v. 693 quod Medon eos ducit; is enim in Philoctetae locum successerat.) Sch. br. multo magis erronea tradunt: „*Φθῖοι οἱ τὴν ὑπὸ Πρωτεσιλάου Φθίαν, πόλιν Θεσσαλίας, οἰκοῦντες. οἱ δὲ τὴν ὑπ' Ἀχιλλέως, Φθιῶται καλοῦνται.*" quae et apud Ammon. sunt p. 142. Vrbs *Phthia* fuit vna, et ea Pelei et Achillis. At *Phthii* latius coluerunt; *πόλις* est h. l. latius dictum, melius saltem *χώρα* erat dicenda. Verbo: *Phthiam* Achilles tenebat Jl. B, 683. *Phthii* latius habitabant. *Phthiotae* et *Phthiotis*, nomina, ad seriora tempora spectant. Dictum de his, duce Strabone IX p. 660. 661. qui etiam hos versus 685. 6. excitat ad Jl. B, 683.

Φαιδιμόεντες vel pro *Φαίδιμοι.* (h. e. *λαμπροὶ, ἐπίσημοι*) vel *Φαίδιμοι ἔντεσιν*, vt nonnulli ap. Sch. B. Victor. et Eustath. Amplectitur hoc quoque Bentl. *Φαίδιμοι ἔντεσ' Ἐπειοί.*

687. *σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον.* ⊱ „quod *σπουδῇ* pro *μόγις* (atqui hoc iam aliquoties videramus, primo B, 99.) *καὶ δυςέργως ἀπὸ τῶν νεῶν αὐτὸν ἀπεῖργον, ἐπεῖχον* A. B. „*γρ. ἐπ ̓αΐσσοντα*" Barnes. *οὐδὲ δύναντο* Ven. Lips. et Eustath. pro vulgato *οὐδ' ἐδύναντο.*

688. *Φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον. εἴκελον* recte restituit Barnes et h. l. pro vulgato *ἴκελον*, quod metro aduersatur. v. ad v. 53.

689. *οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι.* Parum suauiter abrupta est sententia; quae facile suspicionem mouet interpolationis. v. ad vs. 681. poterat iungi cum superioribus. Vt nunc interpungitur, supplendum est *ἦσαν προλελεγμένοι. Athenienses erant ex praestantissimis delecti*, erantque adeo *πρόμαχοι.* Sic *προλέγονται, ἀντὶ τοῦ, προκρίνονται*, apud Pindar. Nem. II, 26. vbi v. Schol.

690. *υἱὸς Πετεῶο.* dictum sup. ad B, 552.

692. *Φυλείδης τε Μέγης.* ⊱ aduersus Zenodotum, qui aliis in locis (T, 239) scripserat *Φυλείδην τε Μέγην τε*, nec viderat, Megetem esse Phylei filium. Lectum et h. l. *Φυλείδης τε Μέγης τ'* in Vrat. A. et editum a Turnebo. Ducit autem Meges Epeos, non ex Elide, sed ex Dulichio et Echinadibus, quas Epei duce Phyleo occupauerant: v. sup. ad B, 620. 625.

693. *Πρὸ Φθίων δὲ Μέδων τε μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης.* De suspicionibus super his vss. nihil notatum in grammaticis: v. sup. ad 681 *πρὸ Φθίων* inf. 699. 700. *ἐμάχοντο* excipit. Est tamen stigme ⊱ appicta versui et Scholiis in Veneto, aut omnino perperam, aut notatus error Zenodoti. Forte is fuit inter eos, quibus visum est *Μενεπτόλεμον* nomen viri esse, ita vt *ποδάρκης* eius sit epitheton: quod ipse Eustathius non satis liquidum esse putauit.

„Φθίων, ὡς Χίων, βαρυτόνως“ ait Sch. A. Fuere ergo, qui Φθιῶν fcriberent; at Φθῖοι funt lecti fup. vf. 686. etfi alii Φθίοι fcribunt. Recitat verfum Strabo IX, p. 660 C. Diftinguit ex hoc verfu Φθίους et Φθιώτας Ammonius in Φθίοι. de quo v. fup. ad vf. 686.

694. ἤτοι ὁ μὲν, νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο ⸓ „quod Ὀϊλεὺς fcribitur, non Ἰλεύς. aduerfus Zenodotum, qui ἀλλ' οὐκ Ἰλιάδην ediderat.“ Sch. A. Refpicit M, 365 vbi αὐτίκ' Ὀϊλιάδην legitur. Infra ad vf. 712 idem Scholion redhibetur, fed verba recitantur: ἀλλ' οὐκ Ἰλιάδῃ. Res ipfa iam memorata eft fup. ad B, 527.

Ceterum vff. 694 — 697 repetuntur inf. O, 333 — 336.

In ed. Flor. miro errore poft 694 inferti funt vff. 344—382. fupra autem poft 343 inferti funt vff. 695 —733.

696. ἐν Φυλάκῃ γαίης ἀπὸ πατρίδος. Vulgo fcriptum ἄπο, contra Ariftarchi canonem: de quo v. ad Σ, 64. fin dixeris ἄπο effe ἄποθεν, pari iure dixeris, hoc fubintelligi, cum plenum fit ἄποθεν ἀπὸ πατρίδος.

700. ναῦφιν ἀμυνόμενοι. nauibus fuppetias ferentes, eas defendentes. de forma ναῦφι pro ναυσίφι v. ad M, 225. Etymologus tamen diferte: ναόφι, καὶ κατὰ κρᾶσιν ναῦφιν, ἀμυνόμενοι. ἀντὶ τοῦ, ἐκ τῶν νεῶν ἀποσοβοῦντες. Eft tamen follenne ἀμύνειν τινί τινα vel τι, propulfare ab aliquo.

Recitat vff. 699. 700. Strabo l. l. vbi ναυσὶν in edd. ant.

701. οὐκέτι πάμπαν pro οὐδ' ὅλως ἀφίστατο.

702. ἵστατ' ἀπ' Αἴαντος. Zenodotus legerat χάζετ' ἀπ'.

οὐδ' ἠβαιόν. Ald. 2. et fequaces ἠδ'. merum fphalma.

703. ἀλλ' ὥςτ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε. μέλανες a vino rubro. aliquoties hoc de mari vidimus, vt ftatim Jl. A, 350. Comparatio autem fpectat ad ftatum, quem vterque tenent, et ad vires pariter intentas ab vtroque: τὴν τάξιν

δὲ τῆς στάσεως καὶ τὴν προθυμίαν παραβολὴ δηλοῖ. Schol. B. add. Eustath. et Koeppen.

εν νηῳ Ven. lapsu librarii.

πηκτὸν ἄροτρον. Nihil ad formam aratri in hoc adiuncto quaeri posse cum Eustathio videtur; ornat epitheton, quatenus aratrum fabricatum est. Vidimus id iam K, 353.

704. ἶσον θυμὸν ἔχοντε τιταίνετον. τείνουσιν, ἕλκουσι.

ἶσον θυμὸν ἔχοντε. Contrarium est ζυγομαχεῖν. de quo v. ad Timaeum et al.

705. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι πρυμνοῖσι κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς. Venetus ανεκηκιει cum Schol. χωρὶς τοῦ ν, ανεκηκιει, καὶ διὰ τοῦ ι." Mirum hoc! aut enim ἀνεκήκιεν aut ἀνακηκίει esse debuit. Prius illud et alibi lectum est, et habetur in Apollon. Lex. Hesych. Etymol. spectare tamen videtur ad H, 262 et Υ, 507. In msf. Mori erat ἀνακηκίῃ. in Vrat. b. d. et binis Vindob. ἀνακήκιεν. Est tamen etiam in Hesych. ἀνακηκίει, ἀναφέρεται.

Porro Sch. B. ex Aristotele apponit: cornua habere tendines et musculos communes cum pedibus: quare etiam labore fatigatorum cornua inungi solere. Legerat similia Eustathius. (ex Hist. An. VIII, 7.) —

πρυμνοῖς δὲ, τοῖς παρὰ τὴν σάρκα. Disertius Sch. br. τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν κεράτων, τοῖς πρὸς τὴν ἔκφυσιν. Bene Eustath. ταῖς ῥίζαις τῶν κεράτων.

706. τὼ μέν τε ζυγὸν οἶον ἐΰξοον ἀμφὶς ἐέργει. ἀμφὶς ἐέργει. ἀμφὶς, ἀπ' ἀλλήλων αὐτοὺς ὁ ζυγὸς χωρίζει Sch. B. Sch. br. — ζυγὸς οἷος ἐΰξοος Vrat. A.

707. ἱεμένω κατὰ ὦλκα. τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης. ,,quod ἱεμένω pro ἱεμένους." Sch. A. Legit scilicet cum edd. parte Ven. A. spiritu leni ἰεμένω, poetae tamen usu toties iam vidimus frequentari ἱέμενος, προθυμούμενος, ὁρμῶν, ut Λ, 168. B, 154. Θ, 313 et sup. 291. Et fuit olim hoc scriptum ϝιεμενω. v. ad M, 274 ἀλλὰ πρόσω ἵεσθε ubi quoque ἵεσθε vera lectio est. Inf. Σ, 547 similiter de bubus: Ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. Recte ergo iam inde ab Ald. 2. legebatur, et in

Euſtathio, vt et in Schol. Apollonii II, 398 *ἱεμένω*. et tuetur quoque Od. Υ, 356 *ἱεμένων ἔρεβός δε*.

Porro *κατὰ ὦλκα, κατὰ τὴν αὔλακα*, ſcriptum fuit *ϝιεμενω κατα ϝωλκα*. *ἱεμένων κατὰ ὦλκα* laudat Schol. Apoll. Rh. II, 398 vbi ſunt *ὁμώλακες*. Bentl. emendat ex h. l. vitioſas gloſſas Heſychii: *ἴωλκα* et *ἄλκα, ἄλυκα* pro *ὦλκα, αὔλακα*.

τέμνει. Ita vulgo lectum: Disputatum eſt a viris doctis de priore ſyllaba h. l. correpta; tum de vſu vocis. Quod ad prius attinet, etſi non repugnem, quia muta et liquida antecedit, et disiungitur *τε — μνει*, non *τεμ — νει*, priorem recte corripi poſſe; multo magis me mouet, quod ignoratio formae primitiuae plerumque grammaticos ad amplectendas vulgares formas adduxit; fuit autem antiquior forma *τέμω*, vnde *τὸ τέμενος*, ſerior facta *τέμνω*, vt *τάμω, τάμνω*. Succinunt autem Venetus vterque, qui habent *τέμει*. Et Sch. A. *τέμει ἀντὶ τοῦ τέμνῃ* (l. *τέμνει*) Habet quoque Harlei. (non *τεμεῖ*) item Vrat. d. etſi ceteri codd. ſeruant *τέμνει*, etiam Lipſ. Sch. br. Apollon. in *ὦλκα*. Euſtath. Veram tamen et antiquam lectionem *τέμει* eſſe, nullus dubito.

Suborta altera quaeſtio de vſu vocis *τέμνει*, quod h. l. *τὸ ζυγὸν τέμνει τέλσον ἀρούρης*, h. e. *τὴν ἄρουραν*. Durius Sch. br. *τέμνεται δὲ εἰς βάθος γῆς*. Adduxit hoc Iortinum, vt legeret *ταμόντε δὲ*, iungendum cum *ἱεμένω*, ingenioſe; et Barneſium, recte monentem et hoc, Homericum eſſe *τάμνειν*, non *τέμνειν*, (cf. ſup. ad v. 180.) vt legeret *τάμον*, per ſe non male, vt ad *βόε* referretur; non tamen debebat in poetae verba inferre. Disputatum contra eum a Clarkio, Erneſtio et Tollio Exc. XIII ad Apollon. Lex. et nuper a Knightio p. 30. qui defendunt *τὸν ζυγὸν τέμνοντα τὴν ἄρουραν*; quod equidem ab Homerico vſu alienum eſſe cenſeo: lyrico forte condonandum: *iugum ſecare agrum*. Verum viri docti male inſtituerunt ordinem verborum; nam *τέμνει* referendum erat ad *ἄροτρον*, reliqua ſunt in medio poſita *παρενθέτως*. Itaque poſt *κατὰ ὦλκα* interpunxi; licet quo-

que parentheſi includere: *ἀλλ' ὥςτ' — ἄροτρον, ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον. (ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν — κατὰ ὦλκα·) τέμει δέ τε τέλσον ἀρούρης.* Hoc quoque ſequuti erant veteres. Nam Harl. vt ſupra vidimus, *τέμει* Sch. *τὸ ἄροτρον τὴν ἐπιφάνειαν.* et Sch. Lipſ. *ἢ τέμνεται. ἢ τέμνει τὸ ἄροτρον.* Concidit adeo omnis emendandi loci conatus. Bentleius recordatus loci alterius Σ, 547 *ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι* coni. *ϝιεμενω κατα ϝωλκ' ἵν' ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης.* et Koeppen: *ἱεμένω δὲ κατ' ὦλκα ἱκέσθαι τέλσον ἀρούρης* hiante verſu.

τέλσον ἀρούρης. Schol. B. *τὸ βάθος ἢ τὸ πέρας τῆς γῆς.* Apollon. Lex. *τὸ πέρας.* Sicque Heſych. Iterum Σ, 544. 547. Eſt ſcilicet *τὸ τέλος. limes agri,* nunc pro *agro ipſo.*

708. *ὡς τὼ παρβεβαῶτε μάλ' ἕστασαν ἀλλήλοιϊν.* Ed. Rom. cum Euſtath. *πὰρ βεβαῶτε.* et *πὰρ βεβαῶτε παρέστασαν.* cod. ap. Tho. Bentleium.

ἕστασαν ed. Flor. Vrat. d. At v. ad M, 55. 56.

ἀλλήλοισιν Harlei. Vrat. d.

710. *λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι.* Male me habet *λαοὶ ἕταροι·* repugnant enim ſibi haec duo; *λαοὶ* non ſunt *ἕταροι,* neque *ἕταροι* ſunt *λαοί,* nec conueniunt reliqua. Apud Barnes eſt: „*γρ. ἑτάρων*" neſcio vnde; nec tamen magis ſatisfacit aut hoc aut vt dicas cum Euſtathio, appoſita eſſe: *λαοὶ, οἳ ἔσαν ἑταῖροι.* Praeſtat puto dicere aut excidiſſe aliquid, cui ſubſtitutum eſt *λαοί*; fac fuiſſe *αἰὲν ἕπονθ' ἕταροι·* et hoc diſerte legitur in Vrat. d. aut excidiſſe copulam, *λαοὶ ἕπονθ', ἕταροι θ' οἵ οἱ.* In vno Vindob. eſt *ἄλλοι ἕπονθ' ἕταροι,* nec hoc infeliciter.

712. *οὐ δ' ἄρ 'Οϊλιάδῃ.* ⸖ iterum aduerſus Zenodotum, qui *'Ιλιάδῃ* ſcripſit. Monitum iam ſup. ad vſ. 694. Apud Euſtath. memoratur lectum *Οἰληϊάδῃ.* debuit eſſe *οὐδ' 'Οϊληιάδῃ,* ſine *ἄρ.*

713. *οὐ γάρ σφι σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ.* Schol. A. „*σφι σταδίῃ.* Sic Ariſtarchus ſine *ν.* at Ariſtophanes cum *ν*" ergo *σφιν σταδίῃ.* Inutile tamen *ν* ante *στ.* etſi in plerisque occurrit. Mirum videri debet, in hoc

repente loco grammaticos nobilissimos de vsu τοῦ ν̄ cogitasse et monuisse. οὐδ' ἄρ σφιν Harlei. Versus per se non satis affabre factus; apud Strabonem, qui tres versus 713. 714. 715 laudat, lib X. p. 689 B. recitatur concinnior; οὐ γάρ σφιν σταδίης ὑσμίνης ἔργα μέμηλε.

Ceterum ab Homero Locri a pugna stataria auersi, et sagittariorum loco habiti narrantur; Iidem tamen Locri, qui Troicis temporibus arcubus et fundis vsi erant, Medicis temporibus ὁπλιτεύοντες ἦσαν; notante quoque Pausan. I, 23, 4. Quid? quod iam Hesiodo Sc. Herc. 25. Λοκροὶ δ' ἀγχέμαχοι sunt: quod et notatur in Schol. Tzetzae, versu Homerico, vitiose quidem, adscripto. Diuersis temporibus diuersus pugnandi mos Locrensium esse potuit; necesse ergo est Scuti Herculis auctorem aliquantum serius vixisse Jliadis auctore.

714. οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας. respexit haec Apollon. in χαλκήρεας. χαλκῷ ἡρμοσμένους. immo ἡρμοσμένας. Vocabulum tamen iam lectum erat Γ, 316. Ζ, 3. et al.

716. ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, τῇ σφενδόνῃ. vt sup. 599.

717. οἶσιν ἔπειτα ταρφέα βάλλοντες — ed. Rom. οἷσι μάλιστα. per se non male. sicque vn. Vindob. Vsus tamen τοῦ ἔπειτα frequens: *hoc modo.*

719. δή ῥα τόθ' οἱ μὲν πρόσθε. „οἱ μὲν, Σαλαμίνιοι δηλονότι.“ Sch. B. voluit dicere: Aiaces cum amicis 709. 710. Opp. Locri. Locum inter memorabiles refert studiosissimus antiquitatis *Monboddo* (*on the Origin and Progress of Language* To. VI. p. 255.) quod egregio tactices artificio Locri velites ab extrema acie super capita priorum turmarum seu ordinum sinuato iactu hostem telis confoderunt; simili arte Wilhelmum Conquestorem victoriam ad Hastings, qua Anglia subiugata ab eo fuit, reportasse; quod inter plura, quae de eo praelio varie memorantur, in annalibus traditum legitur.

721. οἱ δ' ὄπιθεν βάλλοντες ἐλάνθανον iungenda sunt graeco vsu; nec interpunctione distinguenda.

οὐδ' ἔτι seiunctim scripsi, sensu postulante; pro vulg. οὐδέ τι.

722. συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί. αὐτούς. Schol. br. συνεκλονέοντο, συνεταράσσοντο· subintell. αὐτοί. Clarke coni. fuisse lectum: συνεκλονέοντό γ' ὀϊστοῖς.

723. ἔνθα κε λευγαλέως. Spectat huc ap. Apollon. λευγαλέως, ὀλεθρίως. λευγαλέῃσι Φρεσὶ legimus iam sup. Jl, 119.

724. προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν. ⊱ „quod feminino genere dixit Ἴλιον" centies repetitum. προτὶ et ποτὶ variat etiam h. l.

725. θρασὺν Ἕκτορα εἶπε. ⊱ „quod deest πρὸς θρ. Ἕκτ.

726. Ἕκτορ ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι· Schol. B. Vict. ἀνίκητος, ἢ ἀπαραμύθητος, τοῖς βουλομένοις τε (leg. σε) πείθειν ἀμηχανίαν παρέχων. Cogitandum erat de more loquendi pro: ἀμήχανόν ἐστι, δυσχερὲς, χαλεπόν ἐστι, πείθειν σε.

παραῤῥητοῖσι δὲ, παρηγορητικοῖς λόγοις, παραμυθήμασιν, ὑποθήκαις. ἔνιοι δὲ συμβούλοις „Schol. B. Vict. siue vt corrigendum sit συμβουλευτικοῖς, siue vt sint οἱ σύμβουλοι. Conueniunt ceteri: Apollon. Lex. h. v. παραμυθητικοῖς reddit, similiter Hesych. in quo ex his est corrigendum παρχμυτοῖς, quod editum. Schol br. addunt, παραινετικοῖς. Hi igitur substituunt λόγοι, cum probabilius sit, esse neutrum τὰ παραῤῥητὰ, monita. Apud Hesychium est quoque παραῤῥητοὶ, παραινετικοὶ, σύμβουλοι, παραμυθητοὶ, (immo παραμυθηταί.) Vtramque acceptionem norat Eustath. et probat priorem. Sunt tamen in Homero παραῤῥητοὶ ἐπέεσσιν, qui admittunt monita aut preces, Jl. I, 522. passiue. Est autem idem typus in his verbis παραμυθεῖσθαι, παραινεῖν, παρειπεῖν, παραῤῥέειν.

παραρητοῖσι vno ρ Townl. vt veteres scripsisse autumo.

727. οὕνεκά τοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα. Ven. B. scribit περίδωκε. At Schol. A. πέρι ἀντὶ περισσῶς. Per interrogationem haec efferunt quoque Schol. et Eu-

ſtathius. Habent tamen ea vim ſuam etiam ſine interrogatione.

728. τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις πέρι ἴδμεναι ἄλλων. Scribitur vbique περιίδμεναι. Si tamen ſcribimus πέρι δῶκε, non minus ſcribendum eſt πέρι ἴδμεναι. quod ἄλλων adiicitur, docet, quod iam alibi vidimus, ſi πέρι abſolute ponitur, ſupplendum eſſe περὶ ἄλλων, περὶ ἄλλων πάντων. Etſi grammatici reddunt πέρι, περισσῶς. vt et h. l. Schol. br. περισσῶς εἰδέναι.

In Barocc. Mori. eſt περιέμμεναι, et in Euſtath. pro var. lect. praeferebatque hoc H. Stephanus, retrahens tamen ſe, quia eſt quoque ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι· K, 247. (editur et ibi πέρι οἶδε). Id tamen leue eſt; grauius hoc, ſi animaduerteris quod adiicitur βουλῇ. quid eſt enim βουλῇ πέρι ἴδμεναι ἄλλων? hactenus περιέμμεναι accommodatius eſſe dicendum eſt; idque equidem cum Stephano omnino praeferam, quatenus res ſenſus et iudicii eſt. Etiam Bentl. adoptauit hoc. Idem emendabat βουλήν, vt ſit βουλὴν περιέμμεναι ἄλλων, vt Od. T, 326 εἴ τι γυναικῶν ἀλλάων περίειμι νόον καὶ ἐπίφρονα μῆτιν. Adde ſup. N, 631. Od. A, 66. Σ, 247. et aſſeuerat Bentl. caſum tertium nusquam apponi. Ratio tamen haud deeſt, ſi caſus tertius adhibeatur: quidni enim dictum ſit: περιεῖναι ἄλλων βουλῇ, φρονήσει? Eſt etiam Od. P, 317 de cane: ἴχνεσι γὰρ περιῄδη. inueſtigatione ferarum eſt ſagax prae aliis canibus. Eſt ἰδεῖν omnino, peritum eſſe. Poteſt quoque βουλῇ dictum eſſe de conſeſſu conſulentium, pro ἐν βουλῇ, ἐν συμβουλίᾳ. eodem modo quo Jl. A, 258 οἳ πέρι μὲν βουλῇ Δαναῶν, πέρι δ' ἐστὲ μάχεσθαι. etſi et ibi βουλὴν ex melioribus repoſitum eſt. Cogunt ergo criticae rationes praeferre doctius dicta.

Supereſt vt de iunctura vtriusque verſus videamus. Poteſt ex altero ad priorem reuocari ἴδμεναι. οὕνεκα θεὸς δῶκέ τοι πέρι ἴδμεναι (περὶ ἄλλων ἰδεῖν) πολεμήϊα ἔργα, τοὔνεκα ἐθέλεις καὶ περὶ ἄλλων ἴδμεναι βουλῇ. Eſt autem Homericum: ἰδεῖν πολεμήϊα ἔργα v. c. Jl. Λ, 718. H, 236. ſic de femina: ἀγλαὰ ἔργα ἰδυῖα. Nec minus tamen Ho-

mericum est θεός δῶκέ σοι πολεμήϊα ἔργα, vt statim vſ. 730 ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, vt et ſequitur, ὀρχηστὺν, κίθαριν, ἀοιδήν. Similiter Od. Θ, 44 Demodoco θεὸς πέρι δῶκεν ἀοιδὴν τερπνήν. Atque hoc equidem praeferam: ita πολεμήϊα ἔργα, πόλεμος, dicuntur in Homericis, ars pugnandi, virtus ac peritia, quam deus dat: pro eo, quod nos dicimus, quam quis habet naturae munere.

729. ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι. conſequi, vt in iſto: ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ſup. Γ, 166. Et Euſtath. bene in animum reuocat vocem αὐτάγρετον. Od. Π, 148 εἰ γάρ πως εἴη αὐτάγρετα πάντα βροτοῖσι, πρῶτον μὲν τοῦ πατρὸς ἑλοίμεθα νόστιμον ἦμαρ. Sententia eſt eadem quae ſup. Δ, 320 ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι, vbi Schol. A verſum noſtrum ad eadem verba accommodat. Alius locus eſt Od. Θ, 167 ſqq. Et Clarke laudat Eurip. Rheſ. 106 ſqq. cum illo Virgiliano: *non omnia poſſumus omnes.* Antecellunt proprietate et grauitate verba Maharbalis ad Hannibalem apud Liuium: XXII, 51. *Non omnia nimirum eidem dii dederunt; vincere ſcis, Hannibal, victoria vti neſcis.* Adde locum Pindari Nem. I, 36.

730. ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε. recitat ſeqq. Schol. ad Pindari l. c. Ionicum ἄλλῳ μὲν γὰρ δῶκε non reperi enotatum praeterquam ex vno Vindob.

731. Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν — Verſum Venetus quoque habet et ceteri codices. Euſtathius tamen narrat κατὰ τοὺς παλαιοὺς, h. e. ex antiquis grammaticis, verſum hunc inſertum eſſe ab Mallote Zenodoto (ergo alius is fuit Zenodotus, quam Epheſius? an potius Crates Mallotes ſcribi debuit?) alienum a ſenſu et iudicio poetae, qui hoc vnum egit, vt virtutem et prudentiam compararet. Iudicium veriſſimum. Offendit verſus quotiescunque attenta mente legi. Nec eum recitat Schol. Pindari ad Ol. IX, 158. qui vſſ. 730 et 732 apponit, nec Sch. Ven. B. habuiſſe videtur, nec Sch. Lipſ. Abeſt a Vrat. d. et vno Vindob. a pr. m. Townl. non habet; adſcriptum tamen Scholion:

Ζηνόδοτος ὁμαλός τις (l. ὁ Μαλλώτης) προςτίθησιν· ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν. Vnde et alia manus appofuerat fignum ✠ α (h. e. ἀπόδει στίχος. vt et alibi, P, 16. 219. Σ, 201.) Recitatur tamen verfus a Clemente Strom. IV, p. 625. a Luciano de Saltat. 23. Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν, interpolatus ex Od. Α, 421. quod vidit Barnes. Addit Bentl. Od. Σ, 303.

732. ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεύς. Pro τίθει τιθεῖ ap. Euftath. memoratur, vt fit praefens poeticum; attamen praecefferat ἔδωκε fane pro δίδωσι. νόον τίθει Townl.

733. τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι. „τοῦδε τοῦ νοῦ." Sch. B. Poteft tamen etiam effe: *hoc homine* fruuntur. „ἐπαυρίσκονται, ἀπολαύουσιν" Sch. B. „ἐπαπολαύουσιν" Sch. br. melius quam Hefych. ἐπιτυγχάνουσι. Dicitur, vt ἐπαυρεῖν, vtilitates et commoda, vel noxam et damna, ab aliquo accipere ac ferre. Vidimus A, 410 ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος. Laudat Sch. B. verfum: ἐσθλὸς γὰρ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. qui Hefiodi eft Ἔργ. 295. — In Ariftophanea editione erat πολλόν.

734. καί τε πόλεις ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω. — „quod κ' αὐτὸς eft accipiendum per fynaloephen pro καὶ αὐτός. Sch. A. cui adftipulantur Sch. br. ἐξαιρέτως δὲ καὶ αὐτὸς ἐγνώρισε τὸ τῆς συνέσεως ἀγαθόν. At Sch. B. pro κεν, vt abundet.

πόλεις, vt fint *vrbes*, Sch. B. defendit, vt tanto maior fit laus, et quod praecefferat πολλοί. At Sch. A. πολεῖς vult fcribi, vt fit pro πολλοὺς, v. c. πολεῖς ὀλέσαντ' αἰζηοὺς, Il. O, 66. Nam, quominus fint *vrbes*, repugnare Ionicum fermonem." Contendit adeo grammaticus a πόλις non duci poffe πόλεις Ionico fermone; occurrunt fane alibi πόλιας et πόληας, attamen nec minus tertia forma πόλεως. πόλεων. πόλει. quidni inde quoque πόλεις dictum effe putabimus? Atque hoc iam videramus fup. B, 648. I, 328 vbi nil monebatur, et inf. Σ, 342. 490. Od. Θ, 574. Euftath. vtramque lectionem norat. πολεῖς erat quoque in mf. Lipf. Harlei. Vrat. A. idque

editum in Flor. Ald. 1. Rom. regnat tamen πόλεις inde ab Ald. 2. Ad meum ſenſum totus verſus hiante et diſſoluta ſtructura et ſententia ſuſpectus rhapſodi alicuius pannus adſutus eſt habendus.

ἀνέγνω iam veteribus notatum pro ἐπέγνω h. l. et Od. Α, 216 ap. Apollon. Lex. et Heſych. Porro Euſtath. Ἴωνες μὲν καὶ ἐπὶ πειθοῦς τιθέασιν· ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ· ἀναγινώσκεις βασιλέα στρατεύεσθαι, ἤτοι ἀναπείθεις; qui vocis vſus paſſim notatur grammaticis. v. Heſych. in ἀναγνῶναι et Thomas M. p. 47 in ἀναγινώσκω, ad quem v. Not. Ὅμηρος δὲ, pergit Euſtath. νῦν ἀντὶ τοῦ, ἔγνω, ᾔσθετο, ἐπαυρίσκων δηλαδὴ τοῦ καλοῦ. niſi ſit, addit, γνῶσιν ἔχει καὶ σοφίαν καὶ νόησιν. At ſic ſententia obſcuratur.

735. ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα. Barocc. Mori ἄριστον, et pro var. lect. Euſtath.

736. πάντῃ γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε. ⊱ „ὅτι στέφανον ἡρωϊκὸν πρόσωπον ὠνόμακε διὰ τῶν γενομένων αὐτῶν.“ Obſcurum et forte corruptum Scholion; videtur grammatico Στέφανος pro perſona eſſe habitus; tolerabilius eſſet, ſi Πόλεμος, qui pugnantes circumdat. Vel ſic tamen inepta eſſent. Verum quod e ſeqq. Scholii A. et ex Scholio B. apparet, mirum viſum eſt veteribus, ab Homero voc. στέφανος nusquam memorari, vt nec coronas in ſacris aut epulis. cf. ad A, 470. Adiicit Schol. A. „ἴσως ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἐμπλοκὴν στεφάνης διὰ τὸ κυκλοτερὲς εἴρηται“ Schol. Vict. ὁ κύκλος et Euſtath. ὡς ἐπὶ κύκλου. Recte hoc: Etſi a στεφάνῃ mulierum peti hoc neceſſe non eſt, vt Schol. A. putat, cum quo Schol. B. facit, et ipſe Comanus ap. Apollon. Lex. in στέφανος ad h. v. Κομανός φησι τὴν περὶ αὐτὸν τοῦ πολέμου καὶ τῶν ὅπλων στάσιν. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς στεφάνης. At στέφανος, στεφάνη, omnino habendum eſt quod in orbem aliquid ambit, cingit, στέφει. Itaque h. l. turba hoſtium, κύκλος τῶν πολεμούντων. Recte Schol. br. πανταχόθεν γάρ σε περιεκυκλώσαντο οἱ πολέμιοι.

περιδέδηε iungit Schol. B. ſcilicet eſt dictum pro περιστέφει circumdat, accedente tamen noua notione flammae ardentis cum pugna comparatae. Sollenne autem hoc de pugna, vt M, 35. Υ, 18. δέδηε, pro δαίει, quod Clarke h. l. iterum inculcat.

Notat quoque Euſtath. vſum τοῦ γὰρ h. l. ſequente vſ. 740 ἀλλ' ἀναχασσάμενος. qui verſus praecedere debuiſſet. Quod bene quidem ſe habet, ad ſexcenta tamen loca ſimilia pari iure moneri poſſet.

737. Τρῶες δὲ μεγάθυμοι. ed. Rom. Turn. δή, at Vrat. b. Τρῶες δ' αὖ. hoc non male.

740. κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους. „quod ἀρίστους dixit τοὺς ἀριστέας; reſpectu habito ad illud οὕνεκ' ἄριστος ἔην. (B, 580.)

741. Ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν. Seiunxi haec ab antecedentibus, ne vocati hi principes viderentur ad conſultandum, vt vulgo accipi videtur. Enimuero illi vocati ſunt ad pugnam reſtituendam ea aciei parte, qua ab hoſte Troianos premi vidimus. *Quo facto*, pergit Polydamas, *ſupereſt*, vt deliberemus omnino, quid porro faciendum ſit. Melius ſic ἔνθεν δ' αὖ mſ. Tho. Bentl.

πᾶσαν βουλὴν ἐπιφρασσαίμεθα. Eſt nunc βουλή, τὸ βουλευτέον, res de qua deliberandum eſt. de ſumma rerum deliberabimus.

742. ἤ κεν ἐνὶ νήεσσι πολυκλήϊσι πέσωμεν, — ἤ κεν ἔπειτα πὰρ νηῶν ἔλθοιμεν ἀπήμονες. Poteſt quaeri, quidnam dubitationem conſtituat; num hoc: etiamſi irruant in naues, ſuperiores pugna facti, an integri receſſuri ſint; an vero, vt videat Hector, vtrum omnino conſultum ſit irruere an potius id agere, vt ſalui et integri ſtatim recedant, et pugna ſe recipiant. Videtur prius verius eſſe: ſi ſeqq. expenderis; etſi vtraque deliberatio tandem ad idem quaeſtionis momentum redit. Ab initio ſtatim more Homerico omiſſum eſt εἰ. εἰ ἤ ἐμπέσωμέν κεν — ἢ ἔλθοιμέν κεν. Patet etiam hoc ex loco, promiſcue poni et permutari optatiuos et coniunctiuos, nam eodem loco

habentur πέσωμέν et ἔλθοιμεν. nusquam enim legitur πέσοιμεν praeterquam in Vrat. b. pro var. lect. et in Eustath. qui tamen reddit per ἐμπέσωμεν, ὅ ἐστι, βιαίως ἐπεισπέσωμεν, ἐπελευσόμεθα (f. ἐπελευσώμεθα.)

743. αἴ κ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος. Mori ἤ κ'. Barocc. εἴ κ'.

ἤ κεν ἔπειτα. merum fphalma Ald. 2. eft: ἢ μὲν ἔπειτα.

745. δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ χρεῖος. — „ἡ διπλῆ, ὅτι μεταφορικῶς χθιζὸν χρεῖος τῷ ἴσῳ σταθμῷ ἀποκαταστήσωσι, τουτέστι, μὴ, ὃ ἐλάβομεν ἡμεῖς χθὲς νικῶντες, ἀήττητον εἰςπράξωσι." "Ἄλλως. „μὴ τὴν χθεσινὴν ἧτταν ἀποδώσουσιν οἱ Ἕλληνες, ὥςπερ σταθμῷ, δεδανεικότες." Haec Sch. A. Disputatum eft a viris doctis Barnes, Clarke, Erneftio, et inprimis a Tollio Exc. VI. ad Apollon. Lex. tam docte tamque copiofe, vt difpiciendum fit tantum de eo, quomodo potiffima capita breui nota complectamur. ἀποτίσωνται legebatur in Flor. Aldd. quod et Turneb. Steph. retinuere, etfi iam ed. Rom. praebuerat ἀποστήσωνται: quod ed. Baf. 1558 ab Adr. Iunio ex Romana concinnata etiam exhibet. At ἀποτίσωνται codd. Cant. et Harlei. in quo fuperfcriptum ἀποτίσωσιν, Lipf. Vrat. A. et d. (in quo ἀποτίσονται) etiam Sch. B. et Sch. br. cum Porphyr. Qu. Hom. 25 agnofcunt, quodque mireris iidem a trutina interpretationem repetunt. Barnes reuocauit ἀποστήσωνται et primus bene firmauit ex Euftathio, qui et alterum norat, Hefych. Ammon. etfi in eo p. 94 legitur ὑποστήσονται. Diferte exhibet ἀποστήσωνται Ven. cum Sch. A. item Townl. ἀποστίσωνται Vrat. b. E cod. Voff. ἀποστήσονται laudat Valk. ad Ammon. p. 239. At fubiunctiuus in his requiritur; vt δείδω, μὴ δή μοι τελέσῃ ἔπος Il. Ξ, 44. Scilicet ex ἱστάναι, στῆσαι, *appendere*, (v. c. Il. T, 247. X, 350. Ω, 232) ductum ἀποστῆσαι et ἀποστήσασθαι, h. e. ἀποσταθμᾶσθαι, σταθμῷ ἀποδοῦναι. vis enim medii in h. v. eadem eft quae actiui; quod Tollius, vt Erneftio occurreret, ita expedit, vt ἀποστήσασθαι dicat effe cu-

rare sibi aliquid appendendum. Apollon. Lex. ἀποκομίσωνται σταθμῷ, *ad lancem quasi et stateram reportent, sibi reddi curent:* sc. τὴν ἧτταν heri acceptam: tanquam χρεῖος, δάνειον. (non νίκην, vt Sch. B. et Etymol. in στατὴρ p. 725.)

746. ἄτος πολέμοιο, ἀκόρεστος, iam vidimus E, 388.

748. ἅδε. fuit ϝάδε. At Eustath. agnoscit et defendit ἅδε. quod et Vrat. d. exhibet. Versus iam lectus fuit M, 80. ad quem vide, etiam de ἅδε. Conf. ad K, 98. E, 203. μῦθος ἀπήμων, ὑγιής. *bonum consilium.*

749. αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε. Reprehensum poetam a nonnullis esse, quod nunc currus in mediis castris conspiciuntur, qui extra vallum manere iussi erant, M, 80 sq. Clarkius iam ad h. l. monuit; ipse e Popio subiicit, facile intelligi posse, aut serius currus esse arcessitos, aut post effractas portas castrorum nonnullos currus inuectos esse, etsi alii extra vallum manerent, vt apparet ex O, 3. add. Π, 367. Ex loco Σ, 437 nil definias, nam etiam extra vallum duci poterat Hector. Simile obseruatum iam praecesserat sup. 684 αὐτοί τε καὶ ἵπποι. vbi nil monuerant viri docti. — Bene haec se habent. Iustae tamen vel sic suspicioni locus est, aliunde versum huc illatum esse, et quidem ex M, 81. vbi legitur quoque antecedens versus. Melius ibi locum habebat, vt et Z, 103. Iam tandem video versum nec legi in Vrat. d.

751. ἐρύκακε. μὴ ἔα χωρίζεσθαι, ἀλλ' εἰς αὐτὸ σύναγε. Sch. B.

754. ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικώς. ꜫ— „quod si nunc ὄρος νιφόεν dictum est, necesse est, etiam *Olympum,* quoties νιφόεις dicitur (vno loco, Il, Σ, 615. at A, 420. et Σ, 186 ἀγάννιφος) *montem* esse.“ Schol. A. Videtur itaque hac de re agitata fuisse quaestio. cf. ad A, Exc. VIII de Olympo.

755. κεκληγὼς, διὰ δὲ Τρώων πέτετ' ἠδ' ἐπικούρων. Nescio an nimis acutus sit Eustath. referens ad aues quoque τὸ κεκληγὼς, quod ad τὸ πέτετο poetam duxerit.

756. οἱ δ' ἐς Πανθοίδην ἀγαπήνορα Πουλυδάμαντα. „ἀγαπήνορα. τὸν διὰ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν ἀγαπώμενον" Sch. B. Melius Apollon. Lex. ἀγαπήνορος (inf. O, 392.) τοῦ ἀγαπῶντος τὴν ἠνορέην, ὅ ἐστι, τὴν ἀνδρείαν. (eoque γενναῖος, ἀνδρεῖος, vt in Etymol. adiicitur.) Etſi adiectum: ἢ τοῦ ἀγαπωμένου ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν. quod vna cum altero etiam in Etymol. et Heſych. occurrere, ad e. l. monetur.

Porro οἱ δ' ἐπὶ Mori. οἱ δ' ἐπανθοίδην Townl.

757. ἐπεὶ Ἕκτορος ἔκλυον αὐδήν. „γρ. αὐδῆς." Barnes. ἤκουον αὐδὴν, Vrat. b. ex interpret.

759. Ἀδάμαντα. Male Ἀκάμαντα intulerat Barnes. Conf. ſup. ad 560 et M, 140.

761. τοὺς δ' εὗρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας, οὐδ' ἀνολέθρους. ⊱ „quod ſylleptice complexus eſt et vulneratos et caeſos." Eadem Sch. br. nimis ſubtiliter. cf. Not. Statim ipſe poeta ſubiicit, quos velit intelligi οὐκ ἀπήμονας, et quos οὐκ ἀνολέθρους.

763. χερσὶν ὑπ' Ἀργείων. Ἀργείοιν merum ſphalma ex Ald. 2. propagatum. — ψυχὰς ὀλέσαντες illuſtratum ad E, 250.

764. βεβλημένοι οὐτάμενοί τε. ⊱ „propter discrimen verborum, alterum de iis qui e longinquo, alterum de iis qui cominus vulnerati." Sexcenties inculcatum.

765. τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ — ⊱ quod ἐπ' ἀριστερὰ ſcil. τοῦ ναυστάθμου. „recte: cf. Not. ad 675. At Sch. B. τοῦ Ἕκτορος, δεξιὰ δὲ τοῦ τείχους." Quam locorum faciem ſibi alter hic animo effinxerit, non exputo.

769. Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε — Idem verſus iam lectus Γ, 39. Tum hic et ad 775 accuſant ac defendunt Hectorem Schol. et recentiores Daceria, Pope, Clarke; hic quidem eum defendit tanquam hominem mitis et manſueti ingenii, iure obiurgantem Paridem, tanquam belli auctorem. At haec obiurgatio aliena erat ab hoc tempore. Contra manifeſtum fit, Hectorem dolore victum, cum cladem multorum factam videret, exarſiſſe in

Paridem tanquam vires haud ſatis exſerentem. Eſt in his veritas naturae humanae expreſſa; vbi enim dolendi cauſſas habemus, adſpectu eorum, quibus mala imputamus, iure an iniuria, iraſcimur, eosque acrius, quam par erat, obiurgamus. Vidit verum Koeppen.

771. Ἀδάμας. iterum Ἀκάμας ap. Barnes. v. ad 759.

772. ποῦ δέ τοι. Sch. B. accipit dictum ἠθικῶς, ποῦ δέ σοι. Sch. A. autem ait τοι παρέλκειν. Praeſtare puto prius — νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης Ἴλιος αἰπεινή. κατ' ἄκρης (vel κατάκρης vt paſſim ſcribitur etiam Vrat. b. cf. Waſſe praef. ad Thucyd. p. 6.) eſſe *penitus, funditus*, hic et Jl. O, 557. X, 411. Ω, 728. ſatis conſtat; at cauſſa modi loquendi non tam obuia, cum proprie ſit *deſuper*, vt Od. E, 313. de turbine nauem feriente. Sch. A. ἕως τῆς ἀκροπόλεως Sch. A. B. exponunt. Alii ap. Sch. A. et ap. Euſtath. κατὰ κρῆς vel κρής pro κάρης dictum acceperant, vt idem ſit ac κρῆθεν, κατὰ κρατός, vel ab ἡ κάρη, vel a τὸ κρῆς, *caput*, pro κράας, κρᾶς, κρατός. vt eſt κρῆθεν apud Heſiodum. Conturbatur porro grammatica ratio per interpretationem: ἐξ ἐφόδου. ἐξαίφνης, vt ap. Heſych. Etymol. quod potius eſt κατὰ κράτος. At occurrit κατ' ἄκρας etiam apud pedeſtres ſcriptores, Herodotum, Thucydidem et alios, ἑλεῖν τὴν πόλιν κατ' ἄκρης vel ἄκρας. vel κατάκρας. quod ex Homerico vſu (Jl. O, 557) fluxiſſe videri poteſt. Videtur ſimpliciſſimum eſſe, vt in eo maneas, eſſe, vrbem euerti *inde ab acropoli*, ἀπ' ἄκρας. ἐξ ἄκρας. quod firmatur etiam Virgiliana formula, qua κατ' ἄκρας reddit, *ruit alto a culmine Troia* Aen. II, 290. vt de ruina aedium, exempli cauſſa flamma vaſtatarum, cogitandum ſit. inde latius dictum, v. c. κατάκρας ὀλέσας βίον Eurip. Hippol. 1366 etſi ibi alia non inſuauis lectio ſuppetit. Nec malim dicere, anteriorem etiam huic formae fuiſſe eam, vt diceretur aliquid κατ' ἄκρας ſc. κεφαλῆς, *inde a capite*, h. e. totum proſterni.

773. Ἴλιος αἰπεινή. ⸓ „quia ἡ Ἴλιος. Ἴλιος αἰπεινή." Schol. A.

νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος· multis miris modis reddunt veteres in Scholiis hic et ad alterum locum Od. E, 305. Schol. A. νῦν σοι ζήσεται αἰπὺς ὄλεθρος. Schol. B. Vict. σῶς, σωζόμενος. τοῦτο γὰρ ὀλέθρου σωζομένου, τὸ ὄλεθρον ἐμποιεῖν τοῖς ἐντυγχάνειν. (quam putide hoc!) οἱ δὲ, ἰσχυρός. οἱ δὲ πλήρης. οἱ δὲ, σωστέος, ἵν' ᾖ, νῦν τοι σωστέον τὸν ὄλεθρον. ὅ ἐστι, νῦν ὀφείλεις σκοπῆσαι, πῶς σωθήσῃ. Vides, quam parum caussas linguae tenuerint grammatici. Schol. br. νῦν οὐδὲν ἐλλείπει σοι πρὸς ἀπώλειαν. bene ad sensum; sed quaeritur de voc. σῶς. Eustath. p. 959. 10. τέλειος. ἀνελλιπής. cf. ibid. l. 41. Scilicet σάος, σῶς, integer, cui nihil deest nec detractum est, est plenus, ab omni parte absolutus, totus; ergo τέλειος, verus ac certus, σαφής. vti salua sunt, quae vera ac certa.

αἰπὺς simpliciter μέγας. δεινός. vt Apollon. et Hesych. reddunt.

775. Ἕκτορ, ἐπεί τοι. Obuia iam forma haec loquendi supra vſ. 68 Αἶαν, ἐπεί τις νῶϊ θεῶν —

776. ἄλλοτε δήποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο μέλλω. supple ἀπὸ πολέμοιο. quod adiectum erat supra vſ. 57. τῷ κε, καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν. Inf. Π, 723 πολέμου ἀπερωήσειας. nam ἐρωεῖν est proprie loco cedere, recedere, refugere.

ἐρωήσειν Harlei. qui idem est, a Tho. Bentl. collatus.

πτολέμοιο vulgo editum, perperam post vltimam in ἐρωῆσαι. Emendandum hoc esse iam Henr. Stephanus viderat ex obseruatione, non geminari litteras in πτόλεμος et πτόλις, nisi vbi breuis syllaba praecedit; etsi ipse passim neglexit; notatus ob id a Berglero in praef. p. V. Clarke tamen censebat abundare in his etiam post syllabam longam litteram, vt grauior sonus sit. Ernesti ait, nos hodie ignorare legem, quam poetae sequuti sunt, et sequendos in his esse libros. Enimuero libris parum aut nihil in his est tribuendum, quae ab antiquitate et doctrina exquisitiore sunt petenda, quam melius nos tene-

mus, quam ſeriores librarii et grammatici. Tum lex illa non eſt obſcura, breui ſyllaba antecedente geminari conſonam. Manifeſta quoque res, quid ſequuti ſint veteres, ſit in compoſitis μενεπτόλεμος, Τριπτόλεμος. Si nec haec voluntatem expugnant: etſi res digna non eſt, in qua peruicax ſis; memorari h. l. poteſt auctoritas Veneti vtriusque, Vrat. b. et Euſtathii.

777. μέλλω, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ. — „quod μέλλω pro ἔοικεν." Sch. A. ἐν ἄλλῳ χρόνῳ (ſupple μᾶλλον ἢ νῦν) ἔοικα ἠμεληκέναι τοῦ πολέμου. Sch. br.

ἐπεὶ οὐδ' pronuntiatum binis ſyllabis: ἐπεί 'δ. vel ἐπείδ', aut alio modo. nam verae Graecarum vocum et ſonorum et accentus pronuntiationis in multis ſumus prorſus ignari.

οὐδ' ἐμέ: Flor. Ald. 1. οὐδέ με.

Interpunctionem in his vſſ. 775. 6. 7. et 780. mutari ad ſenſum in nota propoſitum.

779. ὁμιλέομεν Δαναοῖσι. ſuppl. μάχῃ. vt jam vidimus Λ, 502.

782. σχεδὸν μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν. — „quod τετυμμένω per Syllepſin dictum; nam Helenus ἐβλήθη, (vſ. 594) Deiphobus autem ἐτύπη, cominus, (v. 529.) Eadem repetit Euſtath. τετυγμένω Townl.

783. φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων. Mori Φόβον.

784. ὅππη σε κραδίη θυμός τε κελεύει. Lipſ. a pr. m. ὅπῃ σου κρ.

785. 6. ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες ἅμ' ἑψόμεθ'. οὐδέ τί φημι ἀλκῆς δευήσεσθαι. „ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες. Sic Ariſtarchus. Alii: ἡμεῖς δὲ μεμαῶτες" quod et Lipſ. habet cum Mori. Vrat. d. cum vno Vindob. et hoc vere.

οὐδ' ἔτι Cantabr. ap. Barnes. οὐδέ τι, quod in Euſtathio eſt, illatum eſt ab H. Stephano. Antea lectum erat οὐδέ τε. quod equidem verum eſſe arbitror ex vſu Homerico.

ἀλκῆς δευήσεσθαι. Schol. A. „ἀντὶ ἀλεξήσεως καὶ βοηθείας" ita acceptum videtur, quia ſequitur δύναμις· ὅση

δύναμίς γε πάρεστι. a qua *ἀλκὴ* diuerſa eſſe h. l. debet. Verum *δύναμις* ineſt corpori, alias *βίη*, robur, et *pro viribus* exeritur *ἀλκὴ*, virtus, fortitudo, in pugnando. Semper enim duo ſunt, quae in pugnando iuncta eſſe neceſſe eſt: virtus corporis et virtus animi; nec altera ſine altera efficax ſatis eſſe poteſt. *οὐ δεῖσθαι ἀλκῆς*, eſt idem, quod *ἐνδεῖξαι ἀλκὴν*, quod multis modis effertur: *μνήσασθαι ἀλκῆς, μέδεσθαι ἀλκῆς. μὴ μεθιέναι ἀλκῆς. μὴ λαθέσθαι ἀλκῆς.* Poterat ſic ſup. 310 ſuppleri *δεύεσθαι (ἀλκῆς, κατὰ) πολέμοιο.*

787. *πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι, καὶ ἐσσύμενον, πολεμίζειν.* „Dicta ſunt in medio, *διὰ μέσου*, illa: *καὶ (καίπερ) ἐσσύμενον.*" Sch. A. *πολεμίζειν* etiam h. l. repoſui: pro *πτολεμίζειν*, ratione grammatica poſtulante: v. ſup. ad vſ. 777. aſſentiente quoque Euſtathio, Veneto, Townl. Vrat. d. in quo etiam *παρδύναμιν* ſcriptum.

789. *Βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν ἀμφί τε* K. ſuſtuli diſtinctionem in fine verſus; non enim iungi poſſunt: *βὰν δ' ἴμεν ἀμφὶ Κεβριόνην.* ſed *μάχη καὶ φύλοπις ἦν ἀμφὶ* K.

Ex iis, qui in ſeqq. memorantur, *Φάλκης, Μόρυς, Ἱπποτίων, Περιφήτης*, caeſi leguntur inf. Ξ, 513. 4. 5.

791. *Φάλκην Ὀρθαῖόν τε καὶ ἀντίθεον Πολυφοίτην.* Ex vſu poetae *Φάλκην τ'* eſſe debere, Bentl. obſeruauit.

Ὀρθαῖον ſcribendum eſt vt *Ἀλκαῖον*, docet Schol. A. et Euſtath. ex antiquioribus.

Πολυφήτην. ita Cant. Vrat. b. d. Townl. Harl. Ven. Lipſ. bini Vindob. videtur ergo hoc verius eſſe, quam quod in edd. eſt *Πολυφοίτην.* „*γρ. Περιφήτην*" Barnes: ex Ξ, 515 vbi *Περιφήτης* pro eodem haberi poſſe videtur.

792. *Πάλμυν τ' Ἀσκάνιόν τε — Μόρυν θ' υἷ' Ἱπποτίωνος.* Legebatur *Μόρυν θ' υἷε* inde a Flor. Aldd. Rom. ita et circumflexa diphthongus corripiebatur et inferebatur hiatus. Barnes aut *υἷ'* aut *υἷε* legendum eſſe cenſebat; hoc alterum ille recepit ſibique perſuaſit dualem h. l. requiri; qui tamen alienus eſſe videtur, nam praeter duo nomina Aſcanii et Moryis ſupereſt tertium Pal-

mys. Idem Barnes profitebatur, se malle Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα ex Ξ, 514. At vera lectio est υἷ᾽ pro υἷα, vt solus Morys sit Hippotionis filius; ea a Clarkio recepta firmatur auctoritate codd. optimorum Mori. Harlei. Townl. Vratt. Lips. Ven. Pro interpretatione est lectio Μόρυν θ᾽ υἱὸν Ἱπποτίωνος apud Strabon. XII, p. 847 B. vbi versus sic laudatur: Μόραν θ᾽ (vitiose excusum) υἱὸν Ἱπποτίωνος, Μυσῶν τ᾽ ἀγχεμάχων ἡγήτορα, οἵ γ᾽ ἐξ Ἀσκανίης etc. Quae interposita sunt: Μυσῶν τ᾽ ἀγχεμάχων ἡγήτορα, repetita sunt et coaluerunt ex N, 5. et Ξ, 512. vnde patet hos homines ex Mysia fuisse; ita vt in ea altera fuerit Ascania; cum alia Ascania Phrygiae fuerit. Animaduertit quoque Strabo l. c. Ascaniam hanc Mysiacam, circa Nicaeam quaerendam, diuersam esse ab altera, Phrygica, quae Jl. B, 862. 863 memoratur. Add. Stephan. Byz. h. v. Vide dicta ad B, 862. 3. Itaque, secundum dicta, Ascanius, qui nunc memoratur, diuersus est ab altero B, 862 memorato, duce Phrygum, vna cum Phorcye.

Si tamen (quod ex vs. sequ. 793 ἦλθον ἀμοιβοὶ infertur) hi, qui nunc ex Ascania venisse memorantur, *in locum aliorum* venerant: necesse est *vtrosque ex iisdem locis* venisse: hoc est ex eadem Ascania. Hactenus contendere possis, ex eadem Ascania, e qua Jl. B, 862. 3 Phorcys et Ascanius copias duxerat, ductos quoque esse hos, qui nunc iis succedunt, diuersis ducibus, vt vel sic Ascanium nomen duo habuerint vtique; repugnat tamen hoc, quod altero loco Ξ, 512. 3 iidem homines ducem habent Ὕρτιον Μυσῶν ἡγήτορα, ideoque ex Mysia oriundi fuisse videri debent. Itaque necesse est diuersos, iisdem partim nominibus, ex hac et ex altera Ascania venisse. Nam paullo longius petitum est, si suspiceris, ex h. l. confictos esse versus illos duo B, 862. 3. sique mutare velis Φόρκυν in Φάλκην. Omnino lubricum est hoc studium, si ad leges historicas poeticam narrationem exigere, et, si qua occurrant, quae non satis conuenire videantur aut silentio praetermissa sint, ad ariolationes et

emendationes confugere velis. Innumerae quoque possunt esse caussae, quibus factum sit, vt ista, quae desiderantur, vel offendunt, seu exciderint seu irrepserint. Si tamen res intra coniecturam substiterit, aequo animo ea feremus, quandoquidem haec et acumen habent, et minus acutis mirationem faciunt.

Ceterum Moryn cum Hippotione inf. Ξ, 514 caedit Meriones; ita filium vna cum patre caesum esse statuendum est.

Post 792 nouum versum procudit et inter fragmenta Homerica retulit, prauo indicio, Barnes: Μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορα καρτερόθυμον, vltimam vocem addendo ceteris, quae supra vidimus in Strabone memorari lib XII, p. 847 B.

793. οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί. „quod ἀμοιβοὶ οἱ διαδεξάμενοι τοὺς ἔμπροσθεν παραγενομένους ἐπικούρους." Sch. A. plura dant Sch. A. B. Schol. br. Eustath. Etymol. omnes ex vno fonte: cuius partem v. in Apollon. Lex. h. v.

οἵ γ' ἐξ Ἀ. legitur ap. Strabon. l. c. nec refert.

795. ἀργαλέων ἀνέμων. σφοδροὺς interpretatur Schol B.

796. ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε. „μετὰ βροντῆς ἐπιφέρεται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πέδον, ἀποσκήπτει δὲ εἰς θάλασσαν. ὃ καὶ καλεῖται σκηπτόν." Schol. B. ὁ σκηπτὸς, turbo procellosus, ap. Sophocl. in Antig. 418. (429) vbi cf. Schol. quod vulgo de fulmine frequentatur. Etiam Schol. br. ὑπὸ βροντῆς reddunt μετά. et sic alibi ὑπὸ pro μετὰ positum occurrit.

797. θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἁλὶ μίσγεται. Schol. B. et br. reddunt θείῳ. immo vero, ingenti tumultu. δ' in aliis defuisse e Schol. A. intelligo.

ἐν δέ τε πολλὰ — Barocc. Mori ἔνθα τε πολλὰ, quod praefert Barnes. ἐν δέ τε est pro ἐγγίνεται πολλὰ κύματα.

798. 799. ἐν δέ τε πολλὰ κύματα παφλάζοντα — Ad sonum factos versus notat quoque Schol. A. παφλάζοντα, ἐκ τῷ ἀναζεῖν ἠχοῦντα. Schol. br. ἠχοῦντα, ἀνα-

ζέοντα: ὀνοματοποιΐα· ὁ τρόπος: Apollon. Lex. ait eſſe τῶν πεποιημένων κατὰ ποίησιν. pleniora habet Heſych. Ducta vox ἀπὸ τοῦ φλέω, φλύω, ἀναπέμπω, ἀναδίδωμι. v. Etymol. In vno Vindob. eſt παμφλάζοντα. ap. Heſych. legitur παμφαλύζει. τρέμει. quod conuenit cum βαμβαλύζειν aut verius βαμβαλίζειν. βαμβαίνειν.

κυρτὰ φαληριόωντα. λευκανθίζοντα. Apollon. Lex. h. v. vnde emend. Schol. br. λευκανίζοντα. additur in his: λευκαινόμενα ὑπὸ ἀφροῦ. Similia Schol. B. et Heſych. cum Schol. Theocriti V, 102 et VIII, 27. hemiſtichio hoc laudato. Fluctus agitatos et μέλανας et λευκανθίζοντας eſſe poſſe, contra grammaticos ſtatuunt recte alii. cf. Toll. ad Apollon. p. 391. in nota ad κελαινόν. Ex autem vox φαληριᾶν ducta a φαληρὸς, λαμπρὸς, ex φάω, φαίνω, φάλος, φαληρός. v. Etymol. Vſum vocis captarunt Lycophron et Nonnus.

Ambo verſus erant contracti in vnum in Townl. κύματα παφλάζοντα, πρὸ μὲν ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα. Verſum 799 adſcripſit Ariſtot. Rhet. III, 2. (11) inter εὐδοκιμούσας εἰκόνας ἐπὶ τῶν ἀψύχων — κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ ταῦτα. paria ex eo in Demetr. ſ. 81. idem ſ. 64 docet, omiſſionem copulae ad magnitudinis notionem vim habere.

800. ὣς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι — ἕποντο. πρὸ μὲν, πρόσω μέν. ἐπὶ, ὀπίσω. Schol. B. ἀρηρότες, ἀρθέντες, πυκνωθέντες, cf. ad M, 105. P, 268.

803. πρὸ ἕθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα. Schol. A. πρὸ ἕθεν, ait, vt ἀπὸ ἕθεν, et remittit ad diſputata de hoc altero: ſcilicet ſup. Z, 62. et iam ante ad A, 114. Γ, 128. et al. Fuit προ ϝεθεν. interpolatum hoc eſt πρόσθεν δ' ἔχεν in Cant. Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. d. A. vno Vindob.

ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην. πάντοσε ἴσην, et h. l. variat, in Ven. Lipſ. aliis. v. ad Γ, 347.

806. πάντη δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων, εἴ πως οἱ εἴξειαν. non licet iungere φάλαγγας ἐπειρᾶτο;

ſic enim eſſet Φαλάγγων. ſed ἐπειρᾶτο, εἴ πως. circa omnes turmas, modo hic modo illic, experiebatur, an irrumpendi locus daretur.

προποδίζων, et mox ὑπασπίδια, iam vidimus ſup. 158.

807. ὑπ' ἀσπίδια et h. l. in codd. Ven. et Vrat. d. ὑπ' ἀσπίδα Vrat. b. vt ſup. 158. ad quem verſum vide.

808. ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. ✠ „quod Zenodotus (male corruptum nomen: ἡ διπλῆ, ὅτι σύνοδος ὑποτάσσει) ſubiungebat alium verſum, Λίην γάρ σφιν πᾶσιν ἐκέκριτο θάρσεϊ πολλῷ. Manifeſtus rhapſodi pannus: reprehenſionis fundus non recte in eo quaeritur, quod iam in antecedentibus hoc dictum erat. Scilicet ſup. 719 ſq. quod paullo remotius eſt. Verum ἐκέκριτο abſolute, omiſſo μάχῃ, πόλεμος, vix occurrit. Etiam Ariſtarchus lectionem Zenodoteam notauerat.

809. Αἴας δὲ πρῶτος προκαλέσσατο, μακρὰ βιβάσθων. προκαλίζετο Vrat. d. et vn. Vindob. quo et ipſo poeta aliquoties vtitur, Γ, 19. Δ, 381.

βιβάσθων. βιβασθῶν Tyrannio, quem refellit Sch. A. Fuere quoque qui ſcriberent βιβασθών, ac ſi eſſet aoriſtus — Clarke: „alii βιβάζων.“ βιβάσσων eſt ap. Heſych. et in vno Vindob ſic legitur. Iterum de hac voce agit Sch. A. ad O, 676. vbi, e Philoxeno, ducitur a βιβαστός.

Ceterum, quae ſequuntur, ſpeciem habent curarum ſecundarum aut loci ſerius inſerti, oratione vtriusque appoſita.

810. Δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθὲ, τίη δειδίσσεαι αὔτως. vulgatum erat οὕτως. αὔτως Ven. et Sch. A.„ Ἀρίσταρχος αὔτως· ἄλλοι δὲ, οὕτως.“ et recitat οὕτως Plutarch. Iſ. et et Oſir. p. 361 A. Praeſtat αὔτως, *in caſſum, in vanum*, conaris terrefacere Achiuos tentando ordines, nec propius accedendo. τίη δειδίσσεαι, ὅ ἐστιν ἐκφοβεῖς αὔτως Ἀργείους; habet quoque Euſtath. De h. v. vide ad B, 190.

811. οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμεν. ap. Euſtath. εἰμὲν, ἤγουν ἐσμέν.

812. *Διὸς μάστιγι. τῇ Διὸς πληγῇ, τῷ κεραυνῷ* Sch. br. Meliora iam vidimus ad M, 37. ſunt minae ac terrores diuinitus iniecti; ſaltem infeſtum Iouis numen. *θεομηνίαι*, vt recte etiam h. l. adſcripſit Euſtath.

813. *ἦ θήν που τοὶ θυμὸς ἐέλπεται.* — Iam alibi obſeruaui, mirum placuiſſe poetae quatuor deinceps monoſyllaba; *ἦ θὴν* eſt *ὄντως δή*. Sch. br. cf. ad O, 288.

ἐέλπεται ἐξαλαπάξειν. Bentl. malit *ἐέλδεται*. *cupit*. *ἐξαλαπάξαι* Vrat. d. et vn. Vindob.

814. *ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.* Tenuit hic vſus *τοῦ ἄφαρ*, ac ſi ſit aduerſatiuae loco, *enimuero*, quod *ἀτὰρ* eſſet, iam veteres. Sch. B. *ἄφαρ, ῥᾳδίως*. Addit idem iunxiſſe nonnullos, *ἐλπίζει ἄφαρ ἐξαλαπάξειν·* debuere illi mutare: *νῆας ἄφαρ, χεῖρες δέ τ' ἀμύνειν*. Idem Schol. mox iungit *ἄφαρ ἀμύνειν, εἰσὶ καὶ ἡμῖν χεῖρες, ὥςτε ἄφαρ ἀμύνειν*. Sic quoque Porphyr. in Schol. ad K, 165 vt hyperbaton ſit. Scilicet *ἄφαρ* communi vſu eſt *εὐθέως*, *ſtatim*, *confeſtim*, *continuo*. Apollon. Lex. *ἄφαρ· ἐπὶ δὲ τοῦ προχείρου καὶ παραυτίκα χρῆμα* (*χρήματος*; niſi poſtremum hoc delendum) laudato hoc verſu, vt et Etymologus. Sic cum *εἰσὶ* iungitur, *illico*, ſi hoc tentaueris, *manus ſunt et nobis ad propulſandum*, in promtu ſumus ad propulſandum te. cf. ſup ad K, 537. add. ſimilem locum Od. B, 169 *primo ſtatim, ante alia, hoc erit melius* et Δ, 85. Ita non licet deſcendere ad coniiciendum *ἀτὰρ δέ τε*, etſi id accommodatius eſſe videri poteſt.

815. *ἦ κε πολὺ φθαίη εὖ ναιομένη πόλις ὑμή.* „γρ. *εὐναιομένη*. vt ſup. 380 et al. de quo v. Exc. V. ad lib. I.

ὕμμιν Mori. Barocc. cum ed. Flor. et Ald. 1. vbi tamen in antec. 814 *εἰσὶ καὶ ἡμῇ* vitioſe ſcriptum. *ὑμῖν* vnus Vindob. *ὑμῇ* recepit Ald. 2. Ita codd. et Euſtath. vt ad *ναιομένη* referatur.

816. *χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν* Lipſ. *ἡμετέροισιν*.

817. *σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ* — Sch. B. refert haec ad ea, quae Achilles minatus erat I, 650. 1.“ Male. Nam ea Hector non potuit audire.

819. *θάσσονας ἱρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους. ἱρήκων* Ionice, recte Barnes: ſicque iam ed. Rom. et Euſtath. pro *ἱρήκων*. v. ſup. ad 62. *ἔμεναι* correxit iam Ald. 2. Male. Flor. Ald. 1. Rom. *ἔμμεναι* cum Lipſ.

820. *κονίοντες πεδίοιο* ⊢ „quod omiſſum *διὰ πεδίοιο*." Iam aliquoties id monitum. Etiam Sc. Herc. 342 equi *Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα κονίοντες πεδίοιο.*

821. *ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις.* Eſt in his hiatus *εἰπόντι ἐπέπτατο*, alienus putandus ab Homero: etſi verbum per ſe rei eſt accommodatum, vt *ἐπῆλθε* M, 200. *ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε.* Nec ille fugerat Bentleium, qui ſubſtituit *διέπτατο*, quo alias vtitur poeta vt O, 83. *μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη*. add. Od. A, 320. Alioqui poſſis nec minus *παρέπτατο* ſubſtituere: Recurrit tamen idem verſus Od. O, 160. et 524. Et videri poteſt ſerioris fabricae et verſus et locus eſſe. cf. ad vſ. 809.

822. *ἐπὶ δ' ἴαχε.* Cum pronuntiatum fuerit *ϝιαχε*, apparet interpolatum ab Alexandrinis eſſe verſum; repetitur tamen ille P, 723. et mox hoc libro 834 *ἐπὶ δ' ἴαχε*, ſequente *ἑτέρωθεν ἐπίαχον.* Sic et *περὶ δ' ἴαχε* Od. I, 395 et *μεγάλ' ἴαχε* ſtatim Jl. A, 482 vbi v. Obſſ. et ad B, 316. Bentl. emendabat *ϝίαχεν δ' ἔπι.* vt alibi *ἰαχῇ* prima breui. Equidem ſimplicius amplectar *ἔπι ϝιαχε λαὸς Ἀχαιῶν*, ſine copula.

823. *θάρσυνος οἰωνῷ.* iterum Π, 70 *θάρσυνος, οὐ γὰρ ἐμῆς.* De ſyllaba media correpta monet Clarke, cum ſit *θαρσύνω*, media producta: vt ſit a futuro ſecundo illud ductum. Equidem malo dicere et de his, duas formas verbi fuiſſe.

824. *Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες.* „*ἁμαρτοεπὲς, τῶν βελτίστων λόγων ἀφαμαρτάνων*" Sch. B. *ἁμαρτάνων ἐν τῷ λέγειν* Apollon. Lex. h. v. Per *ἁμαρτάνων τοῦ σκοποῦ τῶν λόγων* Sch. br. explicant. cf. ad Γ, 215. *οὐ δ' ἀφαμαρτοεπής.* Omnes ad etymum interpretantur. Scilicet eſt, *qui ſtolide loquitur.* Monet Sch. B. poetam oblitum eſſe verſus: *ἐπεί τοι δῶκε θεὸς*

μέγεθος τε βίην τε Καὶ πινυτήν. Jl. H, 288. 9. De illo versu dubito an genuinus sit. v. Obss. ad e. l. Hactenus tamen dissidium inter vtrumque locum facile tolli potest, quod potest aliquis prudens esse, et tamen aliquando desipere aut desipere videri. — „*γρ. ἀμετροεπὲς*“ Barnes: puto e coniectura.

Ad haec etiam attemperanda erat vis vocis *βουγάϊος*; est enim, vt probabile mihi sit, *ferociens, immodice se efferens, ἀπὸ τοῦ γαίειν, γηθεῖν, exsultare, ferocire.* At grammatici, quibus vox illa iam inter antiquatas erat, miris modis eam tentarunt. Primo Zenodotea lectio erat *βουγήϊε.* at Aristarchus per *α*, *βουγάϊε*, vt esset *ἀπὸ τοῦ γαίω.* Alii *βουκαῖε*, vel *βουκάϊε*, vt ex Sch. B. et Eustath. apparet; quorum prior: *βουκαῖος, ὁ ἀγροῖκος, ὡς Νίκανδρος·* „*βουκαῖός τ' ἀλέγοι καὶ ὀροιτύπος*“ Theriac. 5. Est et ap. Theocr. X, 1. vbi laborant Schol. cum ceteris. add. ibid. Schol. ad Id. VII 6. *βουκαῖος, βουκόλος* Hesych. vbi v. Not. Simpliciter dicam pronuntiatione *βουγαῖον* in *βουκαῖον* abiisse. Occurrit vox *βουγάϊος* altera vice Od. Σ, 78 de Iro: *νῦν μὲν μήδ' εἴης, βουγάϊε, μηδὲ γένοιο.* Ad duo haec loca respiciunt grammatici, dum reddunt: *τὴν γῆν ἐργαζόμενε, ὡς βοῦς. — ἢ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι γαίων.* (a *βοῦς* pro *scuto*, quod et in Schol. Vict. legi video.) *ὡς· κύδει γαίων, ὅ ἐστι, γαυριῶν.* Nicander Dulichiotas et Samios *hominem lacte vescentem, nec viribus firmis vtentem, βουγάϊον* appellare tradiderat. Haec apud Schol. B. — Iam Apollon. Lex. h. v. *βουγάϊον δὲ λέγουσι τὸν ἐργάτην βοῦν· ἀπὸ δὲ τοῦ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, βουγαῖον* (*βουγήϊον*) — vt adeo sit Aiax *βοώδης* et *ἀναίσθητος.* — Meliora sunt, quae subiiciuntur: *βέλτιον δὲ ἀποδιδόναι, τὸν ἐφ' ἑαυτῷ μεγάλως γαυριῶντα. τὸ μὲν γὰρ βοῦ κεῖται* (vt recte Toll. legit) *ἐπὶ τοῦ μεγάλου· ὡς ἐπὶ τοῦ βούπαιδος καὶ βουσύκου.* Recte haec; sic et Sch. br. *μεγάλως ἐπὶ σεαυτῷ ἀγλαϊζόμενε καὶ γαυριῶν.* Locum Apollonii ante oculos habuit Hesych. qui addit, *ἀναίσθητον, καὶ ἀλαζόνα καὶ μεγάλαυχον*, quod optime ad h. l. facit. Ex iisdem sua hausit Eustathius, qui omnia grammatico-

rum h. l. ſcrinia expilauit, et Etymologus; qui in στέρφος Herculem βουγαϊάδαν protulit, qui βοαγίδας eſt apud Lycophr. 652 idem βοηλάτης 1346. Plutarch. de aud. poet. p. 35 B. ψόγους in Homero enarrans, nihil ad verba conſtituenda affert.

τοῖον ἔειπες. οἷον Rom. ed. Barocc. vnus Vindob. ἔειπας ex ed. Rom. perperam laudatur.

825. αἲ γὰρ vn. Vindob. εἰ γάρ.

Διὸς πάϊς — εἴην ἤματα πάντα. vltima videntur otioſa. At voluit immortalitatem exprimere. Bene Euſtath. τὸ δὲ ἤματα πάντα, περίφρασίς ἐστι τοῦ ἀεί. δι' οὗ εὔχεται Ἕκτωρ τὸ ἀθάνατον. Totus locus, niſi inde effictus, ſimilis tamen alteri Θ, 538 ſq. cf. M, 323.

826. τέκοι δέ με πότνια Ἥρη. τέκε Lipſ. deprauate, vt multa in iſto codice. — Eſt ſane τέκοι notabile, cum ſuſtineat vicem plusquamperfecti. Sic et apud Pindar. Ol. II, 168 τεκεῖν pro τετοκέναι.

827. Τιοίμην δ' — Laudatus verſus a Iuliano Imp. Or. IV, p. 149. quod iam Euſtath. monuit, ſed argutando ſuper Apolline Sole et Minerua Pronoea. Praeſides Troiae fuere Minerua et Apollo; etſi illa a Poeta Achiuis ſtudens inducitur. Verſus idem ſup. Θ, 548 vt dixi.

828. ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι. φέρει Cant. Euſtath. Verum φέρει recte ſe habet; erat quoque lectum ſup. Θ, 541. vbi duo hi verſus 827. 8. iam occurrebant.

829. αἴ κε ταλάσσῃς μεῖναι — Lipſ. θελήσῃς. Saltem αἴ κ' ἐθελήσῃς. Et paullo ante ἐν δέ σοι τοῖς γε pro τοῖσι vn. Vindob.

830. ὅ τοι χρόα λειριόεντα. εὔτραφῆ καὶ ἀνθηρόν. χρόα δὲ λέγει τὴν ἕως ὀστῶν σάρκωσιν. Sch. B. Etiam Sch. br. εὐανθῆ, τρυφερὸν, ἢ λιπαρόν. Apollon. ἁπαλόν. e quo emend. Heſych. De voce v. ad Il. Γ, 152. Per ſarcaſmum dictum h. l. eſſe volunt. mihi eſt epitheton et natura carnis. Pro ὅ τοι χ. eſt ὅτι in Vindob. vno; poteſt ferri ſi ſit ὅ τι pro ὅ.

831. ὅ τοι χρόα — δάψει. ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς· Ad h. l. Apollon. Lex. h. v. δάψει. ἐπὶ τῶν θηρίων. ὅμοιον τὸ δαρδάπτειν. ὅ ἐστι καταφαγεῖν μετὰ σπαραγμοῦ.

κορέσεις Cant. pro var. lect. Harl. et Vrat. A. tum edd. inde ab Aldd. At κορέεις ed. Flor. reduxit H. Stephanus; cum codd. etiam Ven. Etiam varietas Θ, 379. et P, 241.

834. ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν. Sch. B. δηλονότι ἀνθιστάμενοι. Clarior eſt ſententia, ſi memineris Hectorem praecedere, ἡγεῖσθαι, Troianorum fortiſſimos eum a latere et a tergo comitari, 800 ſq. Debuit eſſe ἐπιϝίαχε. cf. ad 822. Bentleius: ἠχῇ θεσπεσίῃ δ' επιϝιαχε. aut ϝίαχεν δ' ἔπι. Sequitur ſtatim vſ. 835 ἐπίαχον, quod et ipſum mutat Bentl. ἑτερῶθ' ἐπιϝίαχον. niſi, vt ſuſpicor, in compoſitis τὸ digamma loco ceſſit.

835. οὐδὲ λάθοντο. ex Ionica ratione, cum Townl. pro οὐδ' ἐλάθοντο.

837. Διὸς αὐγὰς, οὐρανὸν interpretatur Sch. B. Scilicet dictum vt alibi ἠλίου αὐγαὶ Θ, 480. Π, 180 et Od. B, 181 Ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο φοιτῶσι. Sicque Romani poetae: *luminis auras. aetheris auras.* quas vel hinc defendas contra lectionem, aetheris oras. Non indiget res emendatione Barneſii Διὸς αὐλάς, quas nec Homerus agnoſcit, ſed Διὸς αὐλήν. Ceterum ii qui carmen in rhapſodias diuiſerunt, in medio rerum actu h. l. narrationem abruperunt, forte ne libri nimium dispares eſſent.

ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων. ἀμφοτέρωθεν Lipſ. iugulato metro. debebat eſſe ἀμφοτέρωθ' ἵκετ' αἰθέρα.

IN LIBRVM XIV. (Ξ) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

1. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ ἔμπης. „Iungenda esse Νέστορα, καίπερ πίνοντα, ἔμπης, h. e. ὅμως, οὐκ ἔλαθεν ἡ βοή" Schol. A. Assidentem Machaoni et bibentem Nestorem percussit tandem clamor pugnantium propius admotus. „Aristarchus acceperat ἔμπης, ὁμοίως τῷ Μαχάονι. vt est in: σὺ δὲ χαῖρε καὶ ἔμπης, παρών τε καὶ ἀπὼν Od. E, 205." Mireris grammaticum graecum vim graecae dictionis tam parum tenuisse; nam vbique καίπερ, vel περ, et ἔμπης hunc significatum habent, vt sint: *etsi — tamen.* v. c. I, 514 Ἀργείοισιν, ἀμυνέμεναι χατέουσί περ ἔμπης. Fuere qui indecorum putantes Nestorem potantem induci, iungerent: N. — ἰαχή· πίνοντά περ ἔμπης ἀλλ' Ἀσκληπιάδην vt Machaon biberet. At hyperbaton tam insolens ipse Sch. A. reiicit. In Sch. br. et apud Porphyrium alia fuit ζήτησις, quomodo Nestor tam diu bibere potuerit, qui iam exeunte libro Λ incipiebat bibere. Digna grammatico quaestio! Pari acumine disputantur plura apud Athenaeum X, p. 433 C. et Eustath. Redit poeta, episodio interposito, ad id, vnde digressus erat Λ, 640. 804. Fuit autem ουκ ελαθε ϝιαχη. quod cum fugeret viros doctos cum Eustath. argutatur hic super producta syllaba εν ante vocalem.

3. ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. ὅπως γενήσεται τοῦτο πρᾶγμα. Μαχάον acuunt alii: Lips. Vrat. A. b.

In Harlei. τόδε ἔργον pro var. lect. Sed alterum sollenne: vt sup. B, 252. Δ, 14 et al. etiam inf. Ξ, 61. 62.

4. μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοῆ. μάχῃ pro βοῇ, Cant.

5. ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε καθήμενος. πῖνε. ἀντὶ τοῦ πίθι. ὡς τό· διεφαίνετο χῶρος πιπτόντων, ἀντὶ τοῦ πεσόντων." Sch. A. B. Fateor me acumen hoc grammaticum non aſſequi. Notabilius mihi videtur alterum, quod vulnerato Machaoni iniungitur a Neſtore, vt vinum bibat, donec calidum lauacrum ei paratum ſit, quo ſanguis abluatur. Vix haec probabunt hygienes filii, vulnerum curandorum periti; nec acquieſcent in iis, quae grammatici apponunt: ὡς ἐπιπολαίας δὲ οὔσης τῆς πληγῆς, ἅμα δὲ καί, ὡς ἰατρὸς ὤν, καταφρονεῖ τῆς διαίτης, καὶ πρὸς τὸ ποτὸν ἀδιαφορεῖ. παρήμενος. Cant.

6. εἰςόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη θερμήνῃ. „λοετρὰ ἐϋπλόκαμος." vitioſa ſcriptio; fuit haud dubie λόετρ' ἠϋπλόκαμος. Eſt *Hecamede*, quae τὸν κυκεῶνα parauerat ſup. Λ, 623.

7. καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα. — „quod non omnis ſanguis dicitur βρότος, ſed τὰ ἀπὸ βροτοῦ πεφονευμένου" — Sch. A. B. Conſentit Etymol. et Heſych. etiam in accentu retracto. Eadem paſſim in Schol. et Euſtath. At Apollon. Lex. βρότον per φόνον interpretatur. ἄπο. Minus bene ἀπὸ alii.

8. — quod τάχα pro ταχέως, γνώσομαι, et περιωπή, quod etiam inf. Ψ, 451. Od. K, 146 occurrit, τόπος, ἐξ οὗ περιόψεταί τις πάντα. Similia Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Sch. br. ταχὺ ed. Rom. Fuit ταχα ϝεισομαι, nam eſt ab εἴδω, εἰδέω, pro γνώσομαι non, ibo.

9. σάκος εἶλε τετυγμένον υἷος ἑῆος. Schol. B. „τετυγμένον pro εὔτυκτον, omiſſo εὖ vt in ὀρυκτὸν τάφρον. πύλας ποιητάς." Adde τυκτὰς βόας M, 105. Contra βόες εὖ ποιηταὶ Il. Π, 636. Obſeruatio et alibi obuia, vt inf. 66.

υἷος ἑῆος. Inductum hoc erat in poetam a Turnebo ex ed. Rom. et Euſtathio: qui in vſſ. 9 et 11 obſeruat variari verſus ſonum, ἑῆος et ἑοῖο. Vitium eſt in ed. Erneſt. ἑῆος: At edd. Flor. Aldd. et hinc ductae exhibent ἑοῖο. Etiam in Ven. Cant. Barocc. Mori. Harl. Lipſ.

Townl. Vrat. b. d. est ἑοῖο vt statim iterum 11. occurrit. Clarke post Eustath. dictum alterum ait, ne versus tres in eundem sonum exirent. Vtrum verius putabimus? Secundum ea, quae sup. ad A, 393 de veterum grammaticorum controuersia disputata sunt, ἑός pro *suus* dictum est, contra ἐΰς, ἔηος, est *bonus*, *fortis*. non vero ἐΰς dictum pro ἑός. Emendationem autem negligentioris orationis vel sic arguit, quod in tam paucis codd. occurrit alterum.

11. ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο. „quia is clipeus aureus erat." Sic Sch. A. Sch. br. vide Θ, 191. 2. Potius dicam, quia ille firmior erat. De πατρὸς ἑοῖο vide modo dicta ad 9.

13. στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικές. „quod non subtiliter satis dictum est hoc: ἐκτὸς τῆς κλισίης ἔστη· nam εἰς περιωπὴν προῆλθε." Sch. A. At Sch. B. ad festinationem Nestoris hoc refert, „quod senex vix tentorio egressus statim prospicit." Nimis subtiliter haec dicta. Egressus tentorio statim vidit pugnam, cum, vrgentibus Troianis, Achiui propius ad naues essent repressi. στῆ δὲ παρὰ κλισίης Lips. quod παρὰ κλισίῃ esse debere, bene monet Ern. ἐκτὸς κλισίης ed. Rom. vitiose. In τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς digamma ter expulsum esse a grammaticis notat Bentl. primo in εἴσιδεν, quod esset εισϝιδεν, aut potius εσϝιδεν, vt Bentl. refingit; (probabilius fieret fuisse ταχα δε ϝιδε. Enimuero in Excursu de digammo videbimus quiescere passim compositis digamma) tum in ϝεργον αϝεικες. — *rem indignam.*

15. Notatur a Sch. B. adiecto hoc, Τρῶας ὑπερθύμους, sublatam esse ambiguitatem in τοὺς μὲν — τοὺς δὲ (atqui ipsa sententia eam tollebat) vt in illo ἡ δ' ἑτέρη θέρει προρέει. inf. X, 151.

ἐρέριπτο. Sch. A. et Sch. B. ab ἐρίπτω ducunt ἤριμμαι, ἤριπτο, et illud docent modo esse πίπτω, vt N, 389 ἤριπε δ' ὡς ὅτε δρῦς, modo καταβάλλω, vt O, 356 ῥεῖ' ὄχθας βαθείας ποσσὶν ἐρίπτων. vbi nunc ἐρείπων est, vt omnino Eustathio praeeunte ἐρείπω ab aliis memoratur;

quod firmari videtur per vocem τὰ ἐρείπια, ruinae. Omnino apparet vocem mature obsoleuisse.

16. ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ — „quod πορφύρῃ, μελανίζῃ" Sch. A. et Sch. B " ἀντὶ τοῦ μελαίνεται. ὡς τὸ, πορφύρεος θάνατος, ἢ, κατὰ βάθους κινεῖται. „Addunt vterque, quod et Etymol. habet, transferri quoque vocem ad animum ἐπὶ τοὺς κατὰ ψυχὴν μεριμνῶντας καὶ ταραττομένους. (vt inf. Φ, 557 πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε μένοντι et aliquoties in Odyss.) Eadem fere sunt in Cod. Leid. ap. Valk. ad Ammon. p. 137. Est hoc πορφύρῃ ab Aristarcho probatum et in parte codd. seruatum; etiam Apollon. Lex. πορφύρῃ. πορφυρίζηται. ταράσσηται. adiecto versu. Etiam sic Porphyr. Qu. Hom. 6. ad Λ, 269 etsi in ed. Ald. πορφύροι expressum est. Zenodotea recensio πορφύρει habebat; quod et in Etymol. legitur, et in Hesych. (qui tamen forte et alterum habuit, vbi nunc altero loco πορφύρει legitur) sicque legisse videtur Sch. B. cum Sch. br. in quibus μελαίνει. ταράσσει. item msf. Lipf. cum Vrat. A. probante Ernestio.

Videamus primo de vsu Homerico subiunctiui in h. l. qui per se ambiguus esse potest, ex ambiguitate antiquae scripturae per ε pro η. Potuit πορφυρει accipi πορφύρει et πορφύρῃ. Attamen subiunctiuum recte poni, discas ex locis aliis: ὡς δ' ὅτε τίς τε κύων — Ἅπτηται κατόπισθεν Θ, 349. vbi ἅπτεται locum non habet. inf. 414 ὡς δ' ὅτε — ἐξερίπῃ δρῦς. Add. Π, 212. P, 62. In aliis post ὅτε additur ἄν. vt K, 5 ὡς δ' ὅταν ἀστράπτῃ. O, 80. 170. Neque obstat, quod mox indicatiuus subiicitur 18 οὐδ' ἄρα τις προκυλίνδεται, quod quasi in medio positum est putandum, etenim et is modus frequens 415 post ἐξερίπῃ — γίνεται. Praeferenda ergo exquisitior haec ratio est; negari nequit post ὡς δ' ὅτε etiam indicatiuum sequi: vide K, 360. 1 ὡς δ' ὅτε δύω κύνε — ἐπείγετον. Plerumque lectio variat, vt Z, 506. 7. O, 410. P, 264. Actum de his accuratius Exc. I ad lib. IX. (J.) — Post ea, quae antea apposuimus ex Apollonii

Lex. sequuntur haec: ἔστιν οὖν πεποιημένη ἡ λέξις, ὡς τὸ μορμύρων. Non ergo admittit grammaticus πορφύρειν factum esse a πορφύρα, quod et nigricantem colorem denotat, vnde πορφύρειν, *nigrescere*, et *nigrum reddere?* Apud Etymol. p. 584, 10 in πόρφυρε (sic leg. pro πορφύρω) pro primo significatu ponitur πορφύρω βουλεύομαι. παρὰ τὸ περιφέρειν τὸν νοῦν ὧδε κἀκεῖσε. quod iocosum est. Magis inepte alii ibid. ἀντὶ τοῦ κατὰ βάθος κινεῖται, quod quid sit discas ex Schol. Apollonii Arg. I, 461 καλχαίνειν Sophoclem Antig. 20. pro πορφύρειν dicere iam Eustath. notauit cf. ib. Schol.

κύματι κωφῷ. ἀφώνῳ καὶ μηδέπω καχλάζοντι καὶ ἀποτελοῦντι ἠχήν. μηδέπω γὰρ ἀνέμου εὐκρινοῦς ὄντος, τὸ κῦμα ἠρεμεῖ. Sch. A. eadem Sch. br. add. Sch. B. et Vict. Similia Apollon. Lex. in κωφόν. Ammon. h. v. add. Valken. p. 137. item Hesych. Eustath. qui κωφὸν βέλος Λ, 390 comparat. Volunt eosdem esse *caecos fluctus:* dicti tamen hi alio modo, quatenus occulte mouetur mare, nondum supra superficiem exsurgens.

17. ὀσσόμενον nunc est προσημαῖνον, vt recte Sch. br. Alienum est προορῶν in Eustath. et προςδεχόμενον in Sch. br. De voce v. ad A, 105. Non ipsum mare praesentit ac praesagit, verum aliis iudicandi seu coniectandi facultatem praebet, *significat.*

18. αὔτως, οὐδ' ἄρα τε προκυλίνδεται οὐδετέρωσε. αὔτως malit aliquis ad πορφύρῃ referre, incerto motu, necdum definito et continuo, vento adhuc incerto. αὕτως scribunt alii, vt vbique.

οὐδ' ἄρα τε. „οὕτως, — διὰ τοῦ τε αἱ Ἀριστάρχου." Sch. A. an alii τοι legerunt? At Sch. B. ait, τε abundare. (Scilicet est οὐδέ τε.) προκυλίνδεται est πρόσω κυλίνδεται. οὐδ' ἑτέρωσε Ven. cum Sch. A. B. et Sch. br. in his additur, ἑτέρωσε, εἰς ὀπίσω. vt sit οὐδὲ πρόσω οὐδὲ ὀπίσω κυλίνδεται. et hoc praeferam. Accedunt cum Porphyr. ad Λ, 269 codd. Cant. Mori. Vrat. A. et edd. excepta Rom. e qua Steph. induxit. Nec male quoque

ſcriberetur *πρὸ κυλίνδεται* cum Bentleio, vt *πρὸ* ſit ad. verbialiter dictum, vt Lat. ante.

19. *κεκριμένον οὖρον. ἀπλανῆ, σταθηρὸν, ἤ, τῶν ἄλλων κεχωρισμένον.* Sch. B. Hoc poſtremum ſequitur Apollon. Lex. *κεκριμένον, διακεχωρισμένον* cum Sch. br. Sup. K, 417 erat *Φυλακὴ κεκριμένη. ſelecta.* At h. l. eſt ventus iam *certus*, *εὐκρινής*. Vt ap. Heſiod. Ἔργ. 670 *εὐκρινέες αὖραι*, quibus opp. *αἱ συγκεχυμέναι καὶ ἄτακτοι.* cf. Euſtath. *καταβήμεναι* eleganter pro *καταπνέειν*. Sup. N, 796 *ἄελλα — εἶσι πέδονδε.* per *ἐλθεῖν* reddit Sch. Pind. P. III, 127.

20 *δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν διχθάδια.* „*διχῆ. μεριζόμενος τῷ σκέμματι τῶν λογισμῶν. τουτέστιν, ἐπὶ πολλὰ τὸν λογισμὸν μεταφέρων, καὶ διασκοπούμενος.*“ Sch. A. et Sch. br. Variat quod erat I, 8 *ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι.* et *διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε* Π, 435 tum *διάνδιχα μερμήριξεν* A, 189. Θ, 167.

21. *διχθάδι', ἢ μεθ' ὅμιλον ἴοι. διχθάδι'*, vt ſit plene *διχθάδια*, Ariſtarchea eſt lectio. Alia lectio fuit Herodiani, vt ex Sch. B. hic et ad Φ, 279 probabile fit, *διχθαδιῇ* vel *διχθαδί' ἧ*. ita vt *ἧ* ſit, quod alii *ἢ* ſcribunt; vt ſaepe iam *ἧ* et *ἢ* in tali poſitu varie ſcribi vidimus. Debuit tamen ille contractionem ſtatuere; an forte ſcripſerat *διχθαδιῇ ἢ μεθ' ὅ.* quod improbat Schol. A. in quo tamen *διχθαδίην ἢ μεθ' ὅμιλον* exaratum eſt. Apud Apollon. III, 396 *τοῖο δὲ θυμὸς Διχθαδίην πόρφυρεν ἐνὶ στήθεσσι μενοινήν.*

ἢ μεθ' ὅμιλον ἴοι. καθ' ὅμιλον non modo Flor. A. 1. ſed omnes Aldd. cum binis Vindob. Correxit Turnebus ex Rom.

23. *ὧδε δέ οἱ Φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.* De voc. *δοάζεσθαι* dictum ad N, 458.

25. *λάκε δέ σφι περὶ χροῒ χαλκὸς ἀτειρής.* — doctum quidem, ſed obſcurum, ad h. l. eſt Scholion A. *ἡ διπλῆ· ὅτι οἱ μὲν ἠλλάχθαι τὸν χρόνον, οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ ἴληκε, ἐνδείᾳ τοῦ ῑ. ὡς, ἄνωρον κραδίην ἔχεις, καὶ Ἰωνικῇ συστολῇ τοῦ η εἰς ᾰ, λάκε. ὠνοματοπεποίηται δέ, ὅθεν καὶ ἡ λακίς.*

de panno ſciſſo. Vltima haec expedita, memorata aliquoties apud Euſtath. Heſych. et ipſum Apollon. Lex. ἐψόφησεν. ἤχησεν. ἰδίωμα δὲ φωνῆς ἢ ἤχου. Sed priora non prorſus expedio: putaruntne λάκε eſſe dictum pro ἔληκε? an pro λέλακε? Tum qui λάκε ex ἴληκε factum putarunt, videntur duxiſſe ab εἰλέω, ἰλέω, pro συστρέφω, admodum contorte. Quod pro exemplo laudatur: ὡς ἄνωρον κραδίην ἔχεις, videtur eſſe verſus Φ, 441 Νηπύτι', ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες, et in eo lectum fuiſſe ἄνορον. Omnia redire ſuſpicor ad commenta grammaticorum. De verbo ληκεῖν et λακεῖν nunc *crepare*, *ſonare*, nemo dubitat; aliquoties de eo agit Euſtath. et ex eo Lexica. Vidimus iam ſup. N, 616 λάκε δ' ὀστέα, vt mireris, nunc demum de eo quaeri. Occurrit iterum Υ, 277. Add. Χ, 141. Od. Μ, 85. Vox nota e tragicis et ex Ariſtophane. Ergo recte h. l. λάκε, ἤχει. ἐψόφει. vt Sch. br.

26. νυσσομένων ξίφεσί τε. μαρναμένων Barocc. ex v. antec. Vidimus iam N, 147. νύσσοντες ξίφεσί τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν. ad quem cf. Obſſ. Scholion ad e. l. translatum eſt ad h. v. in Cod. Victor.

28. ὅσοι βεβλήατο χαλκῷ. — „quod βεβλήατο per ſyllepſin etiam ad τοὺς οὐτασμένους ſpectat, *cominus ictos*" Sch. A. At Sch. B. negat ſyllepſin eſſe; nam vnum tantum Diomedem fuiſſe βεβλημένον; verum eſſe ſpeciem pro genere; vt Λ, 611. ſcil. vt omnino pro τραυματίας ſit dictum." Mira grammaticorum ſedulitas in hac voce! Repetit eadem Euſtath. Porro βεβολήατο excitatur in Schol. Lipſ. et Victor. ad Jl. I, 5. vitioſe: cf. ad I, 3.

πὰρ νηῶν ἀνιόντες, a nauibus verſus vallum. πὰρ νηῶν pro ἀπὸ, vt Π, 304 obſeruat Ammon. diff. voc. p. 20 vbi deprauatum παρὰ νηῶν ἀνιόντε. Proceſſerant igitur et ipſi reges clamore et tumultu exciti tentoriis. Sch. B.

30. πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε. Erat γάρ ῥ' in aliis; quod diſerte tuetur Euſtath. et eſt in ipſo Veneto. Omittunt tamen ῥ' Harlei. Lipſ. Vrat. A. et edd. Flor. Ald. 1. 2.

et hinc ductae, nec adſcitum niſi e Rom. a Turnebo et al. Saepe et alibi interpoſitum vidimus, vt Δ, 467. *νεκρὸν γάρ ῥ' ἐρύοντα.* et al. Eſt tamen haud dubie inutile, cum littera canina natura ſua geminetur pronuntiando.

ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες. Moleſtiam facit vox *εἰρύατο*, media producta; eſt ergo a *ῥύομαι* tueor; ita vero notio paſſiua non habet locum, cum ſemper ea vox actiue dicta ſit; deberet adeo eſſe *εἰρύατο νῆας.* tuebantur Achiui naues. Sin ab *ἐρύω*, traho, ducas, recte quidem illud de nauibus in terram ductis dicitur, at media eſt breuis: v. Exc. IV ad lib. I. p. 177. 178. Enimvero magna ſuſpicio totum, qui ſequitur, locum a ſeriore rhapſodo, forte a pluribus, occaſione capta ex vſſ. 75. 76. eſſe profectum. Vide modo, quam moleſta et ingrata ſit repetitio *εἴρυσαν* vſ. 32. et iterum 35. porro excipiuut ſe: *πολλὸν γὰρ — οὐδὲ γὰρ — τῷ ῥα — τῷ ῥ'.*

31. 32. *τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε εἴρυσαν, αὐτὰρ τεῖχος ἐπὶ πρύμνῃσιν ἔδειμαν.* Crates, quod Schol. A. et B. narrant, binis ordinibus ſtetiſſe naues, *ἐν διστιχίᾳ,* edixerat; (ita *πρῶται* eſſent de priore ordine, *πρύμναι* de poſteriore dictae.) Repugnat Schol. B. „nam ſic dicturum fuiſſe poetam *προτέρας.* vt inf. Ο, 656. *νηῶν τῶν προτερῶν*, cum ibi praeceſſiſſet: *νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύατο.*" Statuit itaque *τὰς πρώτας* eſſe primas ad mare, proxime ad mare ſtantes, *τὰς πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκημένας*; Agamemnonis autem naues omnes ſtetiſſe ad mare, ſecundum illa Diomedis: *νῆές δέ τοι ἄγχι θαλάσσης* (Il. I, 43. ſenſum verborum in opinionem ſuam inflectit grammaticus.) Crates porro *ἐπὶ πρυμνῇσι* acceperat pro *ἐσχάταις* dictum, vt eſſent naues extremae verſus vallum. Contra hoc monent Schol. A. et B. *πρύμνον* Homero non dici niſi de corpore continuo, vt *πρύμνον σκέλος, πρύμνη χεὶρ, γλῶσσαν πρύμνην τάμε, πρύμνον ὑπὲρ θέναρος*; non autem de iis, quae ſeiuncta et diſperſa ſunt. Rurſus alio modo Heracleo *πρώτας* naues ad vallum ſpe-

ctantes eſſe voluerat, et *πρύμνῃσι* de puppibus acceperat. Sic quoque Schol. A. B. vt *ἐπὶ* ſit *παρά*. Euſtathius legerat Scholia antiqua; *ὁ μέντοι Κράτης οὐκ* (hoc delendum) *ἐν διστίχῳ φησὶν εἶναι τὰς ναῦς. ὅπως δὲ τοῦτο κατασκευάζει, περιττὸν ἐκθέσθαι.* Malim equidem eum aliis multis omiſſis iſta expoſuiſſe; debuere enim ea ad faciem locorum declarandam facere.

Secundum haec omnia, ſi verba ipſa inſpexeris, ſenſum rhapſodus, qui haec interpoſuit, alium habere vix potuit quam hunc: primum nauium ordinem verſus campum ſpectaſſe, et apud earum puppes, etſi magnum interuallum eſſe potuit ac debuit, vallum conſilio Neſtoris eductum fuiſſe. Ex bona enim interpretatione nihil eo ducit, vt cum Koeppen, qui in eam opinionem inciderat, de alio muro haec accipias, quem ſuſpiceris iam ante ſub ipſum nauium appulſum eductum fuiſſe, vtve eius veſtigia in loco N, 682 quaeras, qui non niſi de Neſtoris vallo accipi poteſt, quod ante paucos dies ab Achiuis eductum fuerat.

33. *οὐδὲ γὰρ οὐδ', εὐρύς περ ἐών, ἐδυνήσατο πάσας αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, στεῖνοντο δὲ λαοί.* Colligitur ex his, nec iniuria, naues eductas pluribus ordinibus ſtetiſſe propter anguſtiam littoris; quo ipſo patet, non ab vno ad alterum promontorium, a Sigeo ad Rhoeteum vsque, littus Achiuorum nauibus et caſtris occupatum fuiſſe: cf. de hoc Lenz. *die Ebene von Troia nach Gouffier* u. a. p. 104. 105.

οὐδὲ γὰρ οὐδ' — poteſt videri explendum eſſe: *οὐ γὰρ ἐδυνήσατο, εὐρύς περ ἐών* (h. e. *καίπερ εὐρὺς ὤν*) *οὐδ' ὣς πάσας νῆας χαδέειν.* Matthiae emendabat, *οὐδὲ γὰρ ὥς, εὐρύς περ ἐών,* — Schol. B. alterum *οὐδὲ* vacare ait; parum ſubtiliter. Nec inſolens haec figura: *οὐδὲ γὰρ οὐδέ*, neque ipſi Homero: vide Z, 130. M, 212. Od. K, 551.

χαδέειν, χάζειν. χωρεῖν vidimus iam Il. Λ, 462.

αἰγιαλός. Sequitur vſ. 36 *ἠϊών.* Inter *αἰγιαλὸν* et *ἠϊόνα* diſcrimen exputauerat Koeppen, vt hoc latius, illud

anguſtius littus ſit; dum Herodotea VII, 188 in Homerica inſerebat.

35. τῷ ῥα προκρόσσας ἔρυσαν. ⸗ quod πρόκροσσαι, ſcalarum more, κλιμακηδὸν, ordinibus diſpoſitae ſtabant naues in littus eductae. κρόσσαι γὰρ αἱ κλίμακες. Sic Sch. A. B. Eſt haec interpretatio Ariſtarchea; nam alii προκρόσσας et κρόσσας aliter acceperant, nec vno modo. v. Etymol. in vtraque voce, item Heſych. Apud Homerum vtique κρόσσαι non ſunt *ſcalae*, ſed *pinnacula propugnaculorum in muris:* v. Jl. M, 258 et ad e. l. et bene προκρόσσος ab his duci potuit de prominentibus et loco prioribus. Sufficit exprimi eam per vocem: ἄλλην πρὸ ἄλλης παραλλήλως ἀνείλκυσαν vt Sch. br. explicant, etſi et ea adiiciunt κλιμακηδόν. — κρόσσαι γὰρ καλοῦνται αἱ τειχομάχοι κλίμακες. Apollon. Lex. ἄλλας ἐπ' ἄλλας (ἄλλαις) expoſuit; et ex eo Heſych. Suidas. alia adiecit Euſtath. Vſus eſt voce Herodot. VII, 188. loco huic ſimili, ad quem Valken. alium locum ex Athen. I, p. 30 A. laudat — ἔρυον legerat Apollon. l. c.

36. ἠϊόνος στόμα μακρὸν — Ariſtarcheae duplicem lectionem habuere, μακρὸν et πολλὸν, Zenodotus et Ariſtophanes πολλόν. Obtinuit tamen μακρὸν, quod et Venetus habet.

In στόμα nolim tricari; eſt ipſa littoris ora extrema, quae naues capit; quaecunque enim priora ſunt loco, aut prominent, cum *ore* ac *fronte* comparantur: vt στόμα πολέμου, μάχης, ὑσμίνης, frons aciei: cf. ſup. ad K, 8. Ita ſunt exitus et oſtia amnium: pars quaecunque obuerſa et aduerſa eſt στόμα, frons rei: nec neceſſe eſt vt in roſtri modum promineat. In Odyſſ. X, 89. 90. vbi de portu agitur, discernuntur brachia portus ἀκταὶ προβλῆτες a στόματι, nam eae ἐν στόματι προὔχουσι, ſcil. verſus mare portus os patet. Ita et fretum Gaditanum eſt frons, os, στόμα terrae extremae ap. Strabon. lib. III, p. 171.

ὅσον συνεέργαθον ἄκραι. recte Rhoeteum et Sigeum intellexit Sch. A. cum Sch. br. At Sch. B. et Vict. ex-

trema ſtationis et ordinum claſſis cornua; ab vno cornu ad alterum. Idem ſinuoſum fuiſſe littus recte ſtatuit, διὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ κοιλότητα πρὸς τὸ καθορμίζεσθαι τὰς ναῦς. συνεέργαθεν a pr. m. Harlei. Et erat in Heſych. συνεέργαθεν. συνεῖχον. περιώριζον. quod nunc emendatum eſt, et recte; vt ex interpretatione ipſa adiecta apparet. Alioqui in poeta poſſit quodammodo ferri συνεεργάθησαν ἄκραι, quatenus non magno interuallo interiecto coarctantur.

37. τῷ ῥ' οἵγ' ὀψείοντες ἀϋτῆς — ⸎ Excidit Scholion; debuit a Zenodoto aliquid peccari. ὀψείοντες certatim illuſtrant Scholia; Apollon. Heſych. (in ὀψείοντες et ὀψίοντες) Suidas in ὀψείοντες et in πολεμησείειν ex Thucydide. Euſtathius. ὀψείοντες, ὀπτικῶς ἔχοντες. ὄψεσθαι θέλοντες. ὀψείω, vt κλαυσείω. βρωσείω. Alia v. in Schol. A. B. et Etymol. diuerſis locis, Suidas in πολεμήσειεν. Laudat verſum Galen. ad Hippocr. de artic. To. XII, p. 290 Chart. Obſeruandum quoque quod caſus ſecundus additur forte omiſſo ἕνεκα. Euſtathius ſeruauit p. 966, 9 rem aliunde haud notam, Ptolemaeum cognomine Epithetum improbantem τὸ ὀψείοντες ſcripſiſſe οὐ ψαύοντες πολέμοιο, et placuiſſe veteribus, etiam hanc lectionem habere rationem." Nimis benigne!

38. ἔγχει ἐρειδόμενοι κίον ἀθρόοι. ⸎ „quod ἔγχει pro ἔγχεσι, non enim eadem omnes haſta niti potuerunt" Schol. A. et Euſtath. (nil ineptius moneri potuit!) „et quod ἀθρόοι nunc tres ſunt" Sch. A. B. „Ariſtarchus ἀθρόοι ſcripſerat" Schol. A. et Euſtath. qui remittit ad Od. A, 27. Scilicet, quia ex ἅμα ortum ſtatuebat Ariſtarchus: v. ad B, 439.

40. ὁ δὲ ξύμβλητο γεραιὸς Νέστωρ, πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν — „ἀθετεῖται verſus: πτῆξε δὲ θυμὸν tanquam inutilis; noramus iam ſatis, quinam ille γεραιὸς ſit. Tum inſolens eſt πτῆξε. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀπολελυμένων τῆς ἀγωνίας καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς παλμοῦ (leg. τῇ ἀγωνίᾳ καὶ τῷ — παλμῷ) ἁρμόζει, Schol. A. πτήσσειν vel πτώσσειν dicuntur, qui animum deſpondent; eſſet ergo

ἔπτηξεν, ἐπτοήθη. At h. l. erit transitiue dictum et alio ſenſu, miratione aliquem percutere rei nouitate. Schol. B. Ἀρίσταρχος δὲ πτῆξεν, ἀντὶ τοῦ, ἐταπείνωσεν ἢ ἐπτόησεν. Eſt aliud Scholion in Schol. A. „πτῆξε cum τ ſcribitur ab Ariſtarcho, vt ſit εἰς πτοίαν ἤγαγε, conſternauit, percuſſit; praeiuerat iam Ariſtophanes. Et ſecundum iſta Euſtathius adſcripſit ἐθρόησεν. ἐξεφόβησεν.

Dixi πτήσσειν et πτώσσειν, verba graphica, actionem immanentem deſignare; proprie enim eſt cadere, concidere, corpore et animo, vt ſolent metuentes, moerentes aut deſperantes ſalutem, ἀπὸ τοῦ πτέω, πίπτω. cf. ad Θ, (VIII,) 136. Diſcrimen inter vtrumque an aliquod ſit, disquirit Schneider. ad Oppian. p. 418. Reſtituenda vox eſt Sophocli in nobili fragmento ex Tyro ap. Aelian. H. An. XI, 18. cuius lectionem e codd. Vindobonenſibus humanitate memoranda mecum communicauerat vir doctiſſimus Weigel, cum Vindobonae ageret, a. XCVIII. Verſus nouiſſimi in his ita leguntur: φευ καν ανοικτίρμων τις οἰκτείρειεν ιν πτησυσαν αἰσχύνησι. Totus locus inde ſic conſtituendus eſt:

σπασθεῖσα δ᾽, ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν
Ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεῖσ᾽, ὑπὸ
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης.
φεῦ, κ᾽ ἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν
πτήσσουσαν αἰσχύνῃσιν, οἷα μαίνεται
πενθοῦσα καὶ κλαίουσα τὴν πάρος φόβην.

In Homero πτήσσειν hoc vno loco legitur, et καταπτήσσειν Il. X, 191. de hinnulo, λάθῃσι καταπτήξας ἐνὶ θάμνῳ. Add. Od. Θ, 190. vtroque in loco actione immanente. Verba huius generis a ſerioribus actiue adhiberi, nota res eſt; et ipſum πτήσσω. ap. Eurip. Hec. 180 τί νέον καρύξασ᾽ οἴκων μ᾽, ὥς τ᾽ ὄρνιν, θάμβει τῷδ᾽ ἐξέπταξας; de quo nuper digladiantes vidimus viros doctos. Eſt locus in Apollodoro, vbi καταπτήσσειν transitiue poſitum notatur, I, 6, 3. Iupiter Typhonem κατέπτησσεν ἅρπῃ. Vix tamen dubites legendum ibi eſſe κατέπλησσεν, percuſſit, vulnerauit; vt monitum in Notis p. 81. 82.

πλῆξε, *percussit*, nemini in mentem venisse video, et recte; quia vsu Homerico nondum ad animum et animi sensa translata est ea vox. At „πῆξε legerat (Dionysius) Sidonius; vt in communi sermone quoque dicimus aliquem πεπηγέναι τῷ φόβῳ, defixum esse metu." Haec Schol. A. et B. additque hic cum Schol. Lips. et Leid. (ap. Valk. Diss. p. 130). Herodianum quoque πῆξε legisse et reddidisse ἐν ἀναισθησίᾳ ἐποίησε. Legerat similia Eustathius, qui scribit: ἢ ὡς ὁ Σιδώνιος καὶ ὁ Ζηνόδοτος γράφει, πῆξε, τουτέστι, πεπηγέναι οἷον τῷ δέει ἐποίησε. Ponit igitur ille in iisdem partibus Zenodotum; nec dubitari potest, πῆξε probabiliorem esse lectionem, *miratione defixit*. Est quoque πῆξε in Vrat. d.

Vtramque lectionem πτῆξεν et πῆξεν in Hesychium illatam videbis: πτῆξεν, εἰς φόβον ἤγαγε. et πῆξε θυμὸν, ἔπληξε τὴν ψυχήν. Agnoscit quoque vtramque auctor Schol. br. πῆξε in edd. intulerat Ald. 2. sed rediit ad πτῆξε, quod iam edd. Flor. Ald. 1. habebant, cum Romana, Turnebus, et cum eo edd. seqq. fauentibus codd. Ernesti bene obseruat πῆξε conuenire cum Latino, defixit. Minus probes alterum, quod ait corrigendum forte esse θυμὸς, vt sit πτῆξε δὲ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. nihil enim erat, cur deiecti essent animis Achiui occursu Nestoris.

In fine versus pro Ἀχαιῶν Zenodotus ediderat ἑταίρων.

Secundum haec omnia probandum est iudicium veterum, qui versum pro insititio habuerant; prodit enim inepta interpolatoris se sedulitas toto versus habitu. In binis se excipientibus versibus occurrit: ἄχνυτο δέ σφι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν et πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν. Damnat quoque versum Bentleius. Vt dixi, totus hic locus inde a vs. 30. ad vs. 40. ab aliena rhapsodi opera processisse videtur.

42. 43. permutato ordine leguntur in Mori. Barocc. τίπτε λιπὼν — ὦ Νέστορ. Attamen sup. N, 250 quo-

que: Μηριόνη, Μόλου υἱὲ — τίπτ' ἦλθες πολεμόν τε λιπὼν ſq.

43. λιπὼν πόλεμον Φθισήνορα. Ven. Φθεισήνορα vt alibi quoque Φθεισ — pro Φθισ —

δεῦρ' ἀφικάνεις. δεῦρ' ἱκάνεις, vitioſe, edd. Flor. Rom. et hinc ductae; nam Ald. 2. emendauit; tum ipſi codd. et in his Venetus. At Schol. A. „γρ. δεῦρ' ἀφικάνεις."

44. δείδω, μὴ δή μοι τελέσῃ ἔπος — δείδια Ariſtophanes. μὴ — τελέσσι Barocc. At ſubiunctiuus proprius in his; vt ſup. N, 745 δείδω μὴ ἀποστήσωνται. cf. K, 39. Λ, 470 et al. v. Excurſ. II ad lib. VII. p. 405.

45. ὥς ποτ' ἐπηπείλησεν — „quod haec referenda ſunt ad illa: ἔλπομαι εὐχόμενος Διΐ, Θ, 526. et μνημοσύνη τις ἔπειτα — Θ, 181. Audita autem haec ex hoſtibus vt et dicta de Othryoneo N, 364 ſqq." — Similia Sch. B. qui, quod et Euſtath. habet, addit πότε dici de exiguo temporis interuallo; nam audita haec eſſe die ſuperiore. vt ſup. Θ, 108 οὕς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην. — Porro notatum a Sch. A. Ariſtophanem legiſſe ὅς ποτε. et poſſe ita ſcribi, iudicabat Euſtath.

46. προτὶ Ἴλιον. Variat ποτὶ et προτὶ, vt vbique.

48. κεῖνος τὼς ἀγόρευε. Sch. A. monet, in alio eſſe κεῖνός γ' ὥς, quod melius ſit, etiam Aſcalonita iudice. τὼς contra eſſe idem atque ὁμοίως τῷ. Sic τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω. Il. Γ, 415. vbi cf. Obſſ. Editum erat ſtatim in Flor. κεῖνός θ' ὥς, et inde vbique; ſicque vn. Vindob. etiam ſic Etymol. p. 508, 27. θὼς Vrat. d. At Barnes protulit κεῖνος τὼς, quod Homericum eſſe dicebat, ex Mori, cui addi poſſunt Harlei. Ven. Lipſ. idque recepit Wolf. quod reliqui. Barnes etiam addit: „Alias κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε. Ariſtarchus" At hoc ſpectat ad alium locum B, 330. ad quem disputatio grammaticorum fuit, quam habes apud Etymol. l. l. vnde ſua petiit Euſtath. p. 966, 31. At vide Obſſ. ad B, 330. — τὰ νῦν δὴ Barocc. Mori.

50. ἐν θυμῷ βάλλονται. pro ἐμβάλλουσι. Etiam Euſtath. καὶ ὅρα τὸ βάλλονται, ἀντὶ τοῦ, βάλλουσι, τιθέασι.

possis tamen h. l. vim reciprocam tueri. *admittunt sibi in animum.* vidimus iam A, 297 σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Alibi est ἐνθέσθαι θυμῷ· Z, 326. — Lips. ἐκ θυμοῦ β. male.

51. ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι. ἐνὶ πρ. Mori.
οὐδὲ θέλουσι Townl. male.

53. ᾗ δὴ ταῦτά γ' ἑτοῖμα. „spectant haec ad illa 44 δείδω μή μοι τελέσῃ ἔπος" Sch. B. sed vsum vocis non illustrat, quae h. l. est, τὰ τελεσθῆναι μέλλοντα. *quae in eo sunt, vt euentum habeant:* aut, vt Koeppen bene supplet, ἑτοῖμα πρὸς τὸ τελεῖσθαι. cf. sup. ad I, 425 vbi μῆτις ἑτοίμη consilium quod ad effectum adducitur aut adduci potest. Eustathius πρόχειρα, Sch. br. εὔληπτα, φανερὰ, reddunt, quod conueniret loco Od. Θ, 384 ᾗ μὲν ἀπειλήσας — ᾗ δ' ἄρ' ἑτοῖμα τέτυκτο. *vera euentu* vel *effectu.*

54. παρατεκτήναιτο. vti ἔπος Od. Ξ, 131. Respicit Hesych. παρὰ τὰ ὄντα κατασκευάσειεν.

55. τεῖχος μὲν γὰρ δὴ κατερήριπεν, ᾧ ἐπέπιθμεν, ἄῤῥηκτον — ἔσεσθαι. debebat esse ὃ ἐπέπιθμεν — ἔσεσθαι. Nunc est supplendum: ᾧ ἐπέπιθμεν, οἰόμενοι αὐτὸ ἔσεσθαι. Acutius Bentl. vidit, vs. 56 male esse assutum ex vs. 68.

ἐπέπιθμεν. Lecta iam erat vox B, 341. et Δ, 159. nunc tamen de ea agunt grammatici. potest esse et pro ἐπεπίθειμεν et pro ἐπεπίθομεν. hoc modo exponitur in Schol. br. ἐπεπίθομεν, ἐπεπιστεύκειμεν. Ita excusum est a Barnesio, nam in ed. Ald. est ἐπεπίθοιμεν. sed recte alterum est repositum, probantibus Etymologo et Eustathio pluribus locis. Ab Eustathio exponitur ἤγουν ἐπεποίθειμεν, ἐπιστεύομεν. Ex eodem laudat ὡς Barnes; at Eustathius putat metro coactum poetam ᾧ dixisse pro ὃ ἐπέπιθμεν ἔσεσθαι. Porro Harlei. cum Vrat. d. ἐπέπειθμεν.

56. εἶλαρ ἔσεσθαι. ἔρυμα, ἕρκος, ἀσφάλειαν. v. sup. ad H, 338. εἶλαρ etiam h. l. alii.

57. *μάχην ἀλίαστον.* *ἀδιάλειπτον* Schol. br. vt iam B, 797 et al.

58. *οὐδ' ἂν ἔτι γνοίης* — ⸓ ſpectat ſtigme ad alteram lectionem *γνοίη*, quae Ariſtophanis fuit; et obſeruatur, omitti *τις* Homerico more pro *γνοίη τις ἄν*. ſic quoque eſſe *οὐδέ κε φαίη* (ſic leg. pro *φαίης*) pro *φαίη τις ἄν*." Scilicet variauit hoc modo lectio ſup. Jl. Γ, 392 et Δ, 429. ſicque P, 366. Od. Γ, 124.

60. *οὐρανὸν ἵκει.* vn. Vindob. *ἤκει.*

61. *ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. τόδε ἔργον* Harl. quo var. lect. Eadem varietas v. 3.

62. *εἴ τι νόος ῥέξει.*" Alii *νόος γ' ἔρξει.* (nec male) alii *νόος δ' ἔρξει*" Sch. A. *νόος ἔρξει* Vindob. Addunt Sch. B. *ῥέξει ἔφη οὐ, μηχανήσεται, ὥςπερ ἐργαζομένου τοῦ νοῦ, καὶ αὐτὰς τὰς πράξεις ἀποτελοῦντος.* nimis ſubtiliter; eſt ipſa *φρόνησις*· et dictum pro vulgari, *εἴ ῥέξομέν τι νόῳ, φρονήσει*, nam vulnere afflicti nihil perficere poſſunt manu.—*πόλεμον δ' οὐκ ἄμμε κελεύω δύμεναι. ἄμμε.* Barnes *ὔμμε* adoptauerat e cod. Mori. e quo tamen *ἄμμε* laudat Bentleius, quia Neſtor, nullo vulnere laeſus, non bene *nos* dicere potuit. At recte Clarke monuit, bene communicare loquentem ea quae ad alios pertinent.

63. *οὐ γάρ πως βεβλημένον ἐστὶ μάχεσθαι.* ⸓ „quod *βεβλημένον* ſylleptice ponitur; non enim omnes miſſilibus erant vulnerati." Schol. A. et Euſtath.

66. *τεῖχος δ' οὐκ ἔχραισμε τετυγμένον.* Ad *τετυγμένον* omiſſum eſſe *εὖ* etiam hic monetur: v. Euſtath. Dictum iam ſup. ad Ξ, 9.

67. *ᾗ ἔπι πόλλ' ἔπαθον Δαναοί, ἤλποντο δὲ θυμῷ.* Variarunt Ariſtarcheae; in aliis *ᾗ ἔπι.* quod et Apollon. Lex. in *ᾗ* agnoſcit; in aliis *οἷς ἔπι*, vt eſſet ſc. *τῇ τάφρῳ καὶ τῷ τείχει.*

ᾗ ἔπι πόλλ' ἔπαθον. quod alibi *ᾗ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα* Jl. A, 162 et vtrumque ſimul Jl. I, 488 *ὡς ἐπί σοι πόλλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐμόγησα.* Ionicum *πολλὰ πάθον* eſt in vno Vindob.

ἔλποντο. „*γρ. ἤλποντο*" Barnes.

69. *οὕτω που Διῒ μέλλει — φίλον εἶναι.* „quod *μέλλει* pro *ἔοικεν.*“ Schol. A. quod iam aliquoties vidimus.

70. *νωνύμνους ἀπολέσθαι. νωνύμους* reiectum iam ab Ald. 2, repetierat Barnes, perperam; vt aliis quoque locis: recte iterum eiectum a Wolfio. v. ad M, 70. N, 227. *νωνύμνους* et ratio et codd. consensus tuetur.

Versum non habebant Vrat. b. et vn. Vindob. et potest suppletus videri e locis memoratis.

71. *ᾔδεα μὲν γὰρ ὅτε — ἄμυνεν* pro vulgari *ᾔδειν αὐτὸν ἀμῦναι.* Nec *ὅτε* mutandum in *ὅτι.*

πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν. προθύμως. vt A, 150.

ᾔδεα Ionica forma pro *ᾔδειν*, iam vidimus Θ, 366. v. ad A, 70.

72. *οἶδα δὲ νῦν, ὅτι.* Aristarcheae, *ὅτε,* vt respondeat alteri *ὅτε*, vs. 71. sicque est scriptum in Townl. et in vno Vindob. Venetus tamen seruat *ὅτι.* et recte. Potest interpungi: *οἶδα δὲ, νῦν ὅτι.*

73. *τοὺς μὲν — κυδάνει.* quod alias *κυδαίνει*, vt modo N, 348. 350. pro *δοξάζω.* Similia *οἰδάνει ἐν στήθεσσιν νόον* I, 550. et *μελάνει* H, 64. cf. Eustath.

74. *ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω.* vulgg. *ἐγὼν*, more grammaticorum, de quo iam aliquoties monui; et debebam monere saepius, vti statim A, 76 *τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω.* nam fuit *ἐγὼ ἐρέω.* 549 et al. Barnes: „*γρ. ἐγὼ εἴπω.* non aeque bene“ Immo vere. *εγω Ϝειπω.*

75. *νῆας, ὅσαι — ἕλκωμεν.* Sic Ven. B. At Ven. A. cum Schol. *νῆες ὅσαι.*

Porphyrius, cuius *ζήτησις* a Schol. A. B. inserta est, et excerpta in Schol. br. et Eustath. multa comminiscitur ad absoluendum Agamemnonem a flagitioso fugae consilio; nec vidit, eum periculo attonitum dicere haec primo animi impetu abreptum.

ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης. Iterum *εἰρύαται* media producta: de qua vidimus ad vs. 30. Cum manifesto sit h. l. ductum ab *ἐρύω, Ϝερυω*, traho, media

correpta, de nauibus in littus deductis, necesse est scriptum fuisse εἴρυνται. ϝειρυνται.

76. ἕλκωμεν, πάσας δὲ ἐρύσσομεν. Etiam hoc versu firmatur vsus Homericus permutandi subiunctiuum cum futuro: praue vn. Vindob. δ' ἐρύσσωμεν.

77. ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὁρμίσσομεν. ὕψι, ait Schol. A. τὸ γὰρ ὑγρὸν ὑψηλότερον τῆς γῆς. (saltem prospectu a littore) διὸ ἀνάπλους μὲν ἡ ἀναγωγὴ καλεῖται, κατάπλους δὲ ἡ προσόρμισις. Eadem in Schol. br. et Eustathio, qui etiam comparat illud, quod in Od. Δ, 785 legitur: ὑψοῦ δ' ἐν νοτίῳ τήν γ' ὅρμισαν. Alio respectu dicitur idem de littore: ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις vt Il. A, 486.

ἐπ' εὐνάων. ed. Flor. ἀπ', praue. Nota sunt ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμεῖν, ἱστάναι, Apollonius tamen tertio casu: Arg. II, 1286 Iason ὑψόθι νῆ' ἐκέλευσεν ἐπ' εὐναίῃσιν ἐρύσσαι. Ad e. l. Scholiastes versum Homericum recitat.

ὁρμίσομεν vitiato metro Barocc. et al. vitiosius Flor. et Aldd. ὁρμήσομεν cum vno Vindob. alter ὁρμίσσωμεν. Corrupte quoque Hesych. ὕψιδ' ἐπ' εὐνάων ὁρμήσαμεν. vbi redditur: μετέωρον αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἀγκυρῶν ὁρμίσσομεν. Eustathius: ὁρμεῖ μὲν ἡ ναῦς, ὁρμίζει δὲ ἄλλος νῆα. Graecos, etsi naues in littus deducerent nec pro ancoris stantes haberent, ancorae tamen genus nouisse, iam A, 436 vidimus; quo tamen tantum vsi sunt naui in mare immissa vel terrae admota, vt adeo illa e littore apta, non in maris fundo esset infixa. cf. Od. I, 136. 137.

εἰςόκεν ἔλθῃ. vn. Vindob. ἔλθοι. vsus Homericus probat alterum, vt K, 62 αὖθι μένω μετὰ τοῖσι, δεδεγμένος εἰςόκεν ἔλθῃς. H, 30. 291 et al.

78. νὺξ ἀβρότη. ⸓ quod ἀβρότη dicta vel pro ἀμβρότη, immortalis, vel, ἐν ᾗ οἱ βροτοὶ οὐ φοιτῶσι. Similia sunt ap. Apollon. Lex. h. v. Hesych. in ἀβροτῇ. ἀβροτησία. quod etiam Bentl. corrigit: ἀβρότη, ἀμβροσία. Add. Etymol. Suidas. Plura inepte cumulat Schol. B. cum Schol. br. et Eustath. v. dicta de hac voce ad K, 65.

ἦν καὶ τῇ. ἐὰν ὅλως καὶ δι' αὐτῆς. Sch. A. habet vim ſuam καὶ, *ſi vel nocte* ingruente ceſſent pugnando hoſtes, et nos tum naues *in altum deducamus.* At Erneſti frigere ait καὶ, et probat lectionem mſ. Lipſ. εἴ κεν. niſi forte ſcripſerit Homerus ἦν κεν vel ἦν γε. Koeppen dubitabat an noua ſententia eſſet ordiunda poſt ἀβρότη. Ἦν δὲ καὶ etc.

80. οὐ γάρ τις νέμεσις, non eſt quod indignum indices, indigneris. v. ad Γ, 156.

Φυγέειν κακὸν οὐδ' ὑπαλύξαι laudat Maximus Tyr. (Or. 25) Diſſ. XLI p. 278. R.

81. βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ. Ad ἠὲ ἁλώῃ ſupplet Sch. A. „ἢ μείνας ἁλώῃ." Debebat dictum eſſe: βέλτερον, εἴ τις. Reuocaui ἠὲ ἁλώῃ pro ἤπερ ἁλώῃ, quod in prosodiam peccabat; eſt enim ηε ἁλωη. Habent quoque hoc codd. Cant. Mori. Harl. Ven. Lipſ. Townl. Vrat. A. vn. Vindob. tum edd. Flor. et Aldd. praeter Rom. quam ſequutus eſt Turnebus, Steph. et al. Euſtath. agnoſcit vtrumque.

Porro ἁλώῃ redditur, *captus fuerit;* quod ſane vi τοῦ oppoſiti *fugere*, recte fieri videtur. Eſt tamen oppoſitum potius *interitum effugere*, adeoque ἁλῶναι eſt, *perire. interire. occidi.* Idque ſollenni notione vocis ἁλῶναι firmatur. Sic ſup. M, 172 πρίν γ' ἠὲ κατακτάμεν ἠὲ ἁλῶναι. P, 506 ἤ κ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισιν ἁλώῃ *caeſus fuerit*, (non, *captus*), et ſic aliquoties. Etiam ἔλοι μί κεν ἤ κεν ἁλοίην *aut ego illum aut ille me interficiet:* ad quem locum v. Obſſ.

Vltimum hoc laudatum ἁλοίην incertum me reddit, quam ſcripturam amplectar; ſi optatiuus eſt pro ἁλοίην, ἁλῴην, ſcribendum erit ἁλῴη. quod video me ſequutum eſſe I, 588. At in loco noſtro iunguntur προφύγῃ et ἁλώῃ, erit ergo ab ἁλώω, pro ἁλῶ, ſubiunctiuus ἁλώῃ. quod praefert quoque Etymologus in h. v. cum alii ſcriberent ἁλῴη. De quo diſſenſu ſcripturae v. ad E, 590. P, 34.

προφύγοι vn. Vindob.

83. *ἕρκος ὀδόντων* antiqua dictio pro *ore*. v. ad Δ, 350.

84. *οὐλόμεν', αἴθ' ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου,* ξ- „quod nonnulli *οὐλόμενε* reddunt *δεινέ*, ſcilicet, ne grauius dictum perſona Agamemnonis indignum videretur, *ὀλέθρου ἄξιε*. Atqui ira percitus Vlyſſes in verba erumpit indignationem arguentia.“ Sch. A. At Sch. B. propius ad prius reddit, *ὀλέθρων αἴτιε*. Schol. br. *ὀλέθρου τοῖς Ἕλλησι παρασκευαστικέ*. Vtrumque eſt ap. Euſtath. Nec vbique expeditum ſatis eſt, quinam ſenſus obtineat. *οὐλομένην μῆνιν* A, 2 eſſe perniciosam, *ὀλεθρίαν*, ſatis patet; ſic *φάρμακον οὐλόμενον* Od. K, 394. Alibi, pernicie dignus, vt Lat. perditus: ſic de Clytaemneſtra, *σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ*, Od. Λ, 409. Δ, 92. Ω, 97. tum qui in rebus perditis verſatur, miſer. Sic ſe miſeram, *οὐλομένην*, conqueritur Penelope Od. Σ, 272. vbi Apollon. p. 516 *οἷον, ἐμοῦ τῆς ἀπολομένης*. At enim in obiurgatione et indignatione dictum vix definias ſatis vim vocis: vt h. l. et Od. P, 484. Conuenit plerumque ſimilis Latinorum vox indignantium, *perditus:* vt de ventre Od. P, 287. 474. O, 343. de Minerua Jl. E, 876. de Ate T, 92. de armis Achillis Aiaci negatis Od. Λ, 554.

ἀεικελίου στρατοῦ. εὐτελοῦς. κακοῦ. Schol. br. quod A, 231 *ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.*

αἴθ' ὄφελες mſ. Lipſ. aduerſante metro.

στρατοῦ σημαίνειν. cum caſu ſecundo, cum ſollennis ſit tertius, v. c. A, 289. B, 805. Simili tamen modo dictum *ἄρχειν τινὸς* et *τινί.* et *ἀνάσσειν τινὸς* et *τινί.*

Laudat verſum Plutarch. de adulat. et amic. p. 66 F. vbi de *παῤῥησίας* diuerſitate agit.

85. *σημαίνειν.* „*γρ. σημανέειν*“ Barnes.

οἷσιν ἄρα quibus vtique. — vt ſcis. Clarke.

86. *τολυπεύειν. ἐκτελεῖν καὶ κατεργάζεσθαι* h. l. inf. Ω, 7 et Od. Δ, 490 vox et etymon *ἀπὸ τῆς τολύπης, ἐρίου κατειργασμένου,* (*τολύπη γὰρ ἡ σφαῖρα τῶν ἐρίων.* v. ad Ω, 7.) grammaticorum curas in ſe conuertit in

Sch. br. Eustath. Apollon. Lex. h. v. Hesych. Etymol. Occurrit vox quoque apud Eurip. et Aristophanem. Laudat versum et ad Romanos transfert Plutarch. in Marcello pr. p. 242.

87. ὄφρα φθιόμεσθα ἕκαστος. per totam vitam; vsque ad mortem. ἕως θάνωμεν.

88. οὕτω δή, *siccine vero, quaeso*. Clarke.

89. οὕτω — Τρώων πόλιν καλλείψειν. — „Zenodotus: οὕτω ἐκπέρσειν· quod habet ἦθος" h. e. irridentis est. „γρ. καλλιπέειν" Barnes.

90. μή τις τ' ἄλλος. τ' insertum a Barnes ex mss. Mori. Barocc. Harl. add. Ven. Lips. Firmatur altero loco Od. T, 486 σίγα μή τις τ' ἄλλος ἐνὶ μεγάροισι πύθηται. Nemo legit μή τις γ' ἄλλος. Est pro μή τε τις. At Vrat. A. μή τις ἔτ' ἄλλος modo eius esset grauis satis auctoritas. accedunt tamen Vrat. b. d.

91. διὰ στόμα ἄγοιτο. Sch. A. „ὃν οὐχ ἕτερος εἴποι" At Sch. B. „ὡς οὐδὲ ἰδιώτης ἀξιώσει λέγειν." At repugnant vss. 93. 94. qui de viris principibus agunt.

Pro ἄγοιτο vn. Vindob. ἄροιτο. a pr. m.

92. ἐπίσταιτο ᾗσιν φ. Sic edd. et codd. Etiam Ven. Mori. et Erotian. Lex. Hippocr. in ἐπίστανται, δύνανται. ἐπίσταται violato metro Eustath. et ipsa Rom. cum Cant. Harlei. pro var. lect. Townl. Vrat. b. Cum metro videret iniuriam fieri, Barnes reposuit ἐπισταίῃ ex Schol. Ald. et vno ms. in Od. Θ, 240. vbi idem hic versus legitur. Tentat porro versum explere et emendare Barnes variis modis. quod necesse non erat. Fuit enim ὅςτις ἐπίσταιτο ᾗσι φ. Bentleius adscripserat ἐπίστηται ex Il. Π, 243.

ἄρτια βάζειν. ὑγιῆ. v. ad E, 326.

95. ※ — ἀθετεῖται" quia si νῦν reprehendit, potest id probare alio tempore. Zenodotus legerat: νῦν δέ σε ὠνοσάμην, quod et in Eustathio occurrit intolerabili hiatu. Aristophanes iam ante Aristarchum versum damnaverat. Sch. A. Repetunt hoc monitum Scholia inf. ad P, 173 vbi hic idem versus legitur, sed suo, ad aiunt, loco.

Nec tamen video, quomodo nunc ſine hoc verſu ſententia ſibi conſtet. Si hoc tantum innuunt, iuncturam ſententiarum fluctuare, equidem concedam. Haerent tamen perperam in νῦν δὲ ὠνοσάμην, tempore praeterito, nec vident eſſe idem ac νῦν δὲ ὀνόσσε.

οἷον ἔειπες Schol. A. notat et ſuperioribus iungi poſſe, et ſeorſum cum admiratione efferri. „γρ. ἔειπας vt Jl. A, 286.“ Barnes. ſicque vn. Vindob. at v. ad A, 106.

96. vsque ad vſ. 102. Locum adſcripſit Plato de LL. IV, p. 706 E.

97. νῆας — ἑλκέμεν. ap. Platon. l. l. editum ἕλκειν.

98. ἐπικρατέουσί περ ἔμπης. Apud Platon. ἐελδομένοισί περ ἔμπης.

99. ἡμῖν δ' αἰπὺς ὄλεθρος ἐπιῤῥέπῃ. a lance inclinata petitum eſſe, ſatis apparet: vt et Sch. br. Cur tamen cum Euſtathio a libra Iouis repetamus, cauſſam idoneam haud video. Spectat huc Heſychii gloſſa in ἐπιῤῥεπεῖ. ἐπιβαρῇ. ἐπικρατῇ. ἐπιστήκῃ. ἐπικρέμηται. apparet et in eo fuiſſe ſcriptum ἐπιῤῥέπῃ.

ἐπιῤῥέποι Baroccc. minus bene.

100. σχήσουσι πόλεμον. Homerica ſcriptura fuit σχήσουσι πτόλεμον. Apud Platon. editur πολέμου.

101. ἀλλ' ἀποπαπτανέουσιν, ἐρωήσουσι δὲ χάρμης. Mira eſt huius vocis, ἀποπαπτανέουσι fortuna; nam vbique fere ea eſt truncata: ἀλλ' vel ἀλλὰ ἀποπτανέουσι. In edd. ante Turnebum erat ἀλλ' ἀποπτανέουσι. ſicque Ven. B. Lipſ. Vrat. b. (nam ex ceteris neque ex Townl. quicquam notatum video) ἀπαπτανέουσιν vn. Vindob. Alterus ex ſuo codice edidit ἀλλ' ἀποπαπτανέουσιν tanquam in eo lectum. Et ἀλλὰ ἀποπτανέουσι Cant. Harl. etiam ap. Platon. l. l. ſicque Ven. A. (ſine Scholio) ſicque edd. inde a Turnebo. Barnes, vt tolleret hiatum, edidit αὐτὰρ ἀποπτανέουσι· acriter reprehenſus a Clarkio, cum αὐτὰρ diſpoſita ordine et ſequentia connectat, ἀλλὰ autem inter ſe oppoſita disiungat (quae ſubtilitas non vbique ſatis luculenta eſt.) Cum Heſychii gloſſa ſit: ἀποπαπτανέουσι, περιβλέπουσιν, ὅπως φύγωσι, Bentleius

inde eruit ἀποπαπτανέουσι. quod Clarke recepit. Repertum quoque illud esse in Vat. et Flor. testatur Tho. Bentleius; probatque Clarkii iudicium Ernesti. Laudat idem Scholion Lips. quod et Ven. B. exhibet, etsi praefixum habens cum aliis ἀποπτανέουσι. „περιβλέψουσι καὶ πτοηθήσονται, δηλονότι περὶ τὴν καθολκὴν (leg. καθολκὴν, nauium in mare deductionem) γενόμενοι· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ παπταίνω, παπτανῶ, παπτανέω.“ Etiam Etymol. p. 119, 11. etsi ipsa scriptura corrupta: παπταίνω, παπτανῶ. παπτανοῦσι, καὶ μετὰ τῆς ἀπὸ προθέσεως, ἀποπτάνουσι (leg. ἀποπαπτανέουσι.) Et Schol. br. ἀποπτανέουσιν. ἤτοι εἰς τὰς ναῦς ἀποβλέψουσιν, ἢ ἀλλαχόσε· ὅ ἐστι, φεύξονται. Apollon. Lex. ἀποπτανέουσι. δειλιάσαντες ἀπατενίσουσιν, ἢ περιβλέψουσιν, ὅπως φύγοιεν. Assequuti sunt vim vocis, etsi in vitiosa scriptura; scilicet aliunde eam duxere; quod ex Eustathio discas: τὸ δὲ ἀποπτανέουσι, ἢ ἀπὸ τοῦ ὄπτω, ὀπταίνω, ἀντὶ τοῦ ἀποβλέψουσιν. ἢ ἀπὸ τοῦ πτῶ, πταίνω, τὸ φοβοῦμαι. ἵνα δηλοῖ τὸ, πτήξουσιν. ἢ ἀπὸ τοῦ πέτω, πτῶ, πταίνω, τουτέστιν, οἷον πετασθήσονται φεύγοντες.

ἐρωήσουσι δὲ χάρμης. subintell. ἀπό. sicque aliquoties; μή τις ἐρωείτω πολέμου. et esset proprie ἐρωήσουσιν ἑαυτοὺς, quod monitum ad B, 179. Ita tandem reddi potest μεθήσουσι.

102. ἔνθα κε σὴ βουλὴ δηλήσεται. Barnes coni. ἔνθα σε. Pro ὄρχαμε λαῶν Plato habet οἷ᾽ ἀγορεύεις.

104. μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ. Sch. br. καθήψω, ἐλύπησας. Solet cum καθάπτεσθαί τινος comparari; et supplendum est καθίκεο ἐμὲ κατὰ θυμόν. Od. A, 342 ἐπεί με μάλιστα καθίκετο πένθος. pro εἰς ἐμέ. Apud Hesych. glossa ad h. l. spectat: καθίκου (l. καθίκεο) καθήψω. ὕβρισας. Petitum esse videtur ab auriga petente equos flagro: vt καθάπτεσθαι μάστιγι, sic καθικέσθαι ῥάβδῳ. inde quoque ἔκεσι. Similia sunt ἐφικέσθαι, ἐπιμαίεσθαι, vt E, 748. Vnde petita sunt alia; et *patruae verbera linguae* Horatii.

μάλα πώς με. μάλα πέρ με, quod Ernestio placebat, nescio quo nomine, Lips. et edd. Flor. Aldd. excepta Romana, e qua πῶς intulit Turnebus.

105. ἀτὰρ οὐ μὲν ἐγώ. Barocc. οὐδέ. Vulgg. ἐγών. sed ἐγὼ ipse Lips. Ven. B.

107. νῦν δ' εἴη, ὃς τῆςδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι. Schol. B. νῦν δ' εἴη, ἀντὶ τοῦ ἴτω. καὶ τῷ προςιόντι προςεῖναι, ἀντὶ τοῦ προςιέναι." Sic quoque Schol. Harl. et Lips. Putarunt ergo εἴη esse pro ἴοι vel ἴῃ, ἔλθοι. Sane verbum εἶμι etiam formam habere debuit ἔω, εἴω, vnde esse potuit εἴω, in subiunctiuo. Satis consentaneum tamen h. l. est εἴη, γένοιτο, ἔστω. vt est quoque in Hesychii glossa, ἔστω; Φαινέσθω, et in Schol. br.

Sententia versus, praeclara et nobilis, illustrata est a Gatakero ad M. Antonin. I, 16. quod monuit Clarke. Expressit quoque versum Apollon. Arg. I, 665 ὑμέων δ' εἴ τις ἄρειον ἔπος μητίσεται ἄλλη, ἐγρέστω· τοῦ γάρ τε καὶ εἵνεκα δεῦρο κάλεσσα. vbi Schol. versum Homericum excitat. Diuersa sunt sup. I, 103. 104.

ὅς τις τῆςδε Lips. quod ferri et ipsum posse ait Ernesti metrum non attendens; nisi scripseris ὅς τις δέ γ', quod et ed. Turneb. habet. In Cant. erat ὃς τῆς δε τ'.

ἐνίσποι. In Schol. Apollonii l. c. recitatur ἐνίσπῃ. Apud Herodot. I, 210 est: οὐ κεν εἴη, ὅςτις ἐπιβουλεύσει.

108. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. scil. τοῖος, ὃς ἐνίσποι. pro eo, quod vulgo: ἐμοὶ ἄσμενον εἴη, ἄλλον τινὰ ἐνίσπειν. ἄσμενον, ἡδὺ, ἐμοὶ ὑπάρξει, εἴ τις γενήσεται, ὅς. Etiam: ἐμοὶ ἄσμενος εἴη dixeris; et est in ms. Lips. γρ. ἄσμενος. Abiit hoc in Atticismum: ἐμοὶ δὲ βουλομένῳ εἴη ἄν. εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν, et sic alia: obseruante quoque Eustathio. Spectat ad h. l. glossa Hesychii: ἀσμένῳ, χαίροντι, vt in Schol. br. est: ἑκόντι. χαίροντι. Ceterum voc. ἄσμενος, alioqui satis frequentatum, in Homero non occurrit nisi hic et Υ, 350. et in Od. I, 63. 566. K, 134. vbique est ἡσθεὶς, et apud Etymol. ἡσμένος, laetus; vulgo redditur, lubens.

ἤ νέος ἠὲ παλαιός. recitat Schol. Thucyd. I, 123 vt doceat ἤ — ἤ — eſſe idem ac καί. παλαιός pro πρεσβύτερος, γέρων, tritum Homero.

110. οὐ δηθὰ ματεύσομεν. male ed. Steph. μαστεύσομεν. Ven. μαντεύσομεν. adiecto Scholio: γρ. ματεύσομεν. An tanta metri fuit ignoratio, vt prius illud ferrent, quod nec commodum ſatis ſenſum praebet? ματῆν, ματεύειν, quod etiam Pindarus habet, inter Dores quoque ſeruatum, vt e Theocrito apparet, in quo etiam ματεῖν occurrit, quod Heſychius in recenſum ſuum retulit; mature tamen inter antiquata habitum eſſe debuit, cum grammatici illud ſtudioſe interpretentur; fere quidem per ζητεῖν. ἐρευνᾷν, vt etiam ad h. l. Diutius in vſu fuit μαστεύειν, ex illo ductum puto; non inuerſe hoc ex iſto; multo minus a μάτην, quod Schol. br. nugantur; nam reuocanda ſunt iſta verba ad ſtirpem μάω, μάομαι, cum voc. αὐτόματος, de quo v. Etymol.

αἴ κ' ἐθέλητε. Townl. c. al. αἴκε θέλητε. contra vſum Homericum.

111. καὶ μή τι κότῳ ἀγάσησθε ἕκαστος. ἀγάσησθε exponunt per Φθονήσητε, etiam Apollon. Lex. in ἀγάασθαι, vbi — ἐπὶ δὲ τοῦ Φθονεῖν· ἐξεῖπω, καὶ μή τι κότῳ ἀγάσησθε ἕκαστος recitatur; memoriter confuſis verſibus I, 61 et hoc noſtro. Heſych. ἀγάζεσθαι κότῳ. Melius puto reddes, indignari nolite.

κότῳ γρ. χόλῳ. Euſtath.

112. γενεῆφι νεώτατος. „γρ. νεώτερος.“ Barnes. Sicque ed. Rom. cum vno Vindob. perpetua variatione.

114. Τυδέος ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε. — ⸖ „verſum ἠθέτηκε Zenodotus; nec erat ille in Ariſtophanis recenſione.“ Eſt vtique manifeſtum rhapſodi emblema; etſi Pauſan. IX, 18. p. 745 eum recitat, et narrat, ex eo probatum iuiſſe Thebanos Tydei tumulum. Nouauerant ſcilicet tragici multa ſuper humatione heroum ante Thebas. Stigme ſpectat ad voc. χυτή. ὅτι χυτὴ γῆ ἡ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς χεομένη. quod iam vidimus Z, 464. et iterum Ψ, 256. Od. Γ, 258.

κάλυψε legitur in codd. et edd. inde a Flor. Aldd. et in ipso Eustathio. Sola ed. Rom. καλύπτει, quod et Pausanias legerat l. c. cum Harlei. Lips. (sed adscripto altero) Veneto vtroque. Schol. A. tamen addit: γρ. κάλυψε — Ἰωνικῶς. Lectio mutatione haud indiget.

115. Πορθεῖ γὰρ — Apud Apollod. I, 7, 10 est Πορθάων; idem et Παρθάων. cf. Notas ad e. l. p. 112 sq. Vere ne haec stirpis expositio tam diserta, cum ea iis, qui aderant satis nota esse debuerit, a poeta profecta fuerit, quis dixerit! ratio afferri sane potest, quod ex stirpis nobilitate auctoritatem dictis parare voluit Diomedes.

116. ᾤκεον δ' ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι. Schol. B. „ᾤκεον sylleptice: duo Pleurones, Oeneus Calydone habitauit." Etiam Strabo ad id probandum hoc versu vtitur lib. X, p. 714 B. Schol. A. versum diremta sententia interiectum esse notat. Sane Strabo p. 710 C. hos duo versus alio ordine laudat: Ἄγριος — ᾤκεον δε —

„γρ. ᾤκουν et ᾤκευν" Barnes.

117. ἱππότα Οἰνεύς. ⟝ Improbatur ad hunc, et ad vs. 119. quod ἱππότην reddunt nonnulli φυγάδα· de quo v. ad B, 336. Argui eos erroris ait grammaticus ex hoc ipso versu; Oeneus enim in patria mansit.

Ἄγριος tanquam nomen proprium notatum ab Apollon. Lex. et Hesych. vbi additur: esse nomen — Οἰνέως μὲν ἀδελφοῦ, πατρὸς δὲ Θερσίτου. De hoc v. sup. ad B, 212.

118. Appictum huic versui ⟝ Scholion tamen nullum respondet; vt lapsum librarii potius habeam, quam defectum Scholii.

πατρὸς ἐμοῖο Harlei. Vrat. d. vn. Vindob. pro vulg. ἐμεῖο.

ἔξοχος αὐτῶν pro hoc ἔξοχος ἄλλων Barocc. Mori. Vrat. d.

119. ἀλλ' ὁ μὲν αὐτόθι μεῖνε, πατὴρ δ' ἐμὸς Ἄργει νάσθη. αὐτόθι. Sch. A. „γρ. καὶ αὐτοῦ." vt: αὐτοῦ οἱ καὶ

σῆμα. (Il. Φ, 322.) — Et „in alio μίμνε" ait Sch. A. ſicque Townl.

νάσθη. Homero νάω eſt habitare facio Od. Δ, 174 καί οἱ ἐν Ἄργεϊ νάσσα πόλιν. At ſeriores etiam νάσσασθαι dixere transitiue: v. Brunck. ad Apollon. I, 1356. νάσθη. ᾠκίσθη. Apollon. Lex. l. v. et Heſych. adſcripto verſu. Pro νάσθη var. lect. laudat Clarke, nec conſtat vnde, ναῖε.

120. πατὴρ — πλαγχθείς. Exulauit Tydeus caede facta; cuius autem caede, varie traditur: v. Apollodor. I, 8, 5. p. 38. cf. Not. p. 128. patrueles fuiſſe plerique tradunt: et ſic Schol. ad Δ, 376. et ad h. l. Sch. A. B. br. cum Euſtath. ex Pherecyde; concinente Diodoro IV, 65.

121. Ἀδρήστοιο δ' ἔγημε θυγατρῶν, ναῖε δὲ δῶμα. Ἀδράστοιο vulgare habet mſ. Lipſ. δὲ γῆμε Ionicum, non reperio notatum. θυγατρῶν ſc. μίαν. *Tydeus* hoſpitio exceptus duxit filiam *Adraſti Deipylen;* res multis modis celebrata, inprimis Polynicis Thebani aduentu ſub idem tempus facto, in carminibus epicis *Thebaidis* nomine inſcriptis, vnde Statius ſua mutuatus eſt, tum in tragicis. In Schol. A. B. br. res ex Pherecyde breuiter exponitur; cf. Apollod. I, 8, 5. III, 6, 1. et Not. p. 605 ſqq.

122. ναῖε δὲ δῶμα ἀφνειὸν βιότοιο. Vrat. d. et vn. Vindob. ἀφνειός. ſicque laudat Erotian. Lex. Hippocrat. in ἅλις, ἱκανῶς, ἀρκούντως.

123. φυτῶν — ὄρχατοι. Schol. B. κῆποι. Schol. br. cum Euſtath. αἱ ἐπίστιχοι φυτεῖαι. κῆποι. Et Schol. Harl. ὄρχατος, ἡ εὔρυθμος τάξις τῶν φυτῶν. proprie is ὄρχος, h. e. στίχος v. Od. H, 127 et 112. Ω, 340. cf. Apollon. Lex. et Etymol. h. v.

124. πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσκε. — „quod πρόβατα (quod ſeriores, Attici vtique, de ouibus adhibent) omnino ſunt τετράποδα (θρέμματα,) dicta ἀπὸ τοῦ προβαίνειν (ſaltem προβᾶν) vt et Heſiodus (Ἔργ. 558) χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις." Eadem in Schol. br. et

Eustath. Adde Schol. A. B. ad Π, 353. Idem vsus vocis est apud Herodotum, Hippocratem, Pindarum in fragm. Etiam Erotianus respectu loci Hippocratei περὶ ἄρθρων lib. I, t. 25. 26. p. 784. Chart. To. XI, p. 306 καλῶς γὰρ Ὅμηρος καταμεμαθήκει, ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥραν. (hiemis exitum) vbi v. Galen.

„γρ. πρόβατ' ἦε" Barnes. Sed ἔσκε vbique, etiam in Apollon. Lex. voc. πολλά.

125. ταῦτα δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν. ⟝ quod hoc est pro ἐοίκατε ἀκηκοέναι" Schol. A. cum Schol. br. siue quod pro ἐμέλλετε positum arbitrati sunt, siue quod viderunt, ἀκούειν quoque dici pro, scire, tenere, ex auditu. Notio autem τοῦ μέλλειν pro ἐοικέναι in Homericis est obuia: haec vos iam nosse probabile sit, necesse est. Clarke nescio vnde, haec reddit: *haec benigne audietis.*

ὡς ἐτεόν περ. „Ita vulgatae, αἱ δημώδεις. At Aristarchus: εἰ ἐτεόν περ scil. λέγω ταῦτα, vel εἰ λέγω αὐτά, ὡς ἐτεὸν ἐγένετο. Vrat. d. cum vno Vindob. ὡς ἐτεόν γε.

126. γένος γε κακόν. κατὰ γένος. δυςγενῆ.

127. μῦθον ἀτιμήσητε πεφασμένον, ὅν κ' εὖ εἴπω. πεφασμένον. Schol. br. φανερῶς πεφασμένον. Eustath. ἀποφαντικῶς καὶ μὴ ἐνδοιαστικῶς.

οὐκ ἂν — μῦθον ἀτιμήσαιτε. Vulgg. ἀτιμήσητε quod requirebat μή. Melius alterum suppeditant Cant. Harl. Lips. Ven. Vrat. A. d. duo Vindob.

Inscite vbique erat editum, etiam in Eustath. ὅν κεν εὖ εἴπω. recte sustulit turpe mendum Barnes: quod nec codd. habent.

128. δεῦτ' ἴομεν πόλεμόνδε, καὶ οὐτάμενοί περ, ἀνάγκῃ. ⟝ quod οὐτάμενοι sylleptice comprehendit h. l. alterum quoque, τοὺς βεβλημένους. Sch. A.

ἴομεν ἀνάγκῃ, καίπερ οὐτάμενοι. Schol. A. B.

129. ἔνθαδ' ἔπειτ' αὐτοὶ μὲν ἐχώμεθα δηϊοτῆτος. ⟝ „quod deest ἀπὸ δηϊοτῆτος. pro ἀποσχώμεθα. Etiam Schol. br. ἀπεχώμεθα cum Apollonio Lex. h. v. vbi v. Toll. Non admittere haec volunt Barnes et Clarke, re-

tinentes alterum vſum, ἔχεσθαι τινὸς, ἔχεσθαι ἔργου, πολέμου· capeſſere, tractare, verſari in re. Nec tamen apparet, quomodo haec cum vſ. 130 conueniant: *pugnemus, ſed extra teli iactum*, ne iterum vulneremur; quod apud Euſtath. legitur: ἁπτώμεθα τῆς μάχης, ὡς ἐγχωρεῖ, ἐκ βελέων. Nec vero nouum eſt, ἔχεσθαι dici pro, continere ſe, adiecto caſu rei, a quo continemus nos. Bene aduerſus Clarkium h. l. disputat Erneſti.

ἐνθάδ' ἔπειτ'. Ven. Townl. ἔνθα δ' perpetua ambiguitate. ἔπειτα pro δὴ, quod hic obſeruant Schol. A. B. aliis locis praetermittunt.

130. ἐκ βελέων. Monent Schol. A. et br. hoc (quod idem eſt atque ἐκτὸς βελέων vt Λ, 163 Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων) eſſe cum ſuperioribus iungendum. Fuiſſe ergo neceſſe eſt, qui cum ſeqq. iungerent.

ἐφ' ἕλκει ἕλκος. Scripſi ἕλκει, non ἑλκεῖ· quod hiatum infert.

131. ἄλλους δ' ὀτρυνέοντες ἐνήσομεν. ἐν τῷ πολέμῳ ait Sch. B. cum Sch. Lipſ. qui melius ἐνήσομεν τῷ πολέμῳ, ſublato ἐν. et addit alios legere ἀνήσομεν, ἤτοι πείσομεν. Eſſet hoc ſollenne pro *incitare*, vt canem. Sic E, 761 ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες et E, 405 σοὶ δ' ἐπὶ τοῦτον ἀνῆκε θεά. — Sed et prius bene, pro *immittere in pugnam*, ſeu in *pugnantes*. Recte Sch. br. ἐμβαλοῦμεν, Euſtath. ἐμβάλωμεν, τοῖς πολεμίοις. Bentl. tamen coniicit, ingenioſe quidem: ἄλλους δ' ὀτρύνοντες ὀνήσομεν.

ὀτρύνοντες Cant. Barocc. Mori. Ven. Lipſ. Vrat. A. d. vn. Vindob. nil refert.

132. θυμῷ ἦρα φέροντες actum de hoc ad A, 572. Eſſe poteſt, aut *irae indulgentes*, reſpectu ad Achillem atque hoc Barnes probabat, inque eum modum Porphyr. ad Jl. K, 67. ἀφεστᾶσι καταφρονοῦντες καὶ ὑπερηφανοῦντες, ὥς που ἔφη· ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ ſq. Jl. Λ, 693 ſq. aut *ignauiae*. Altero hoc modo Sch. br. χαριζόμενοι τῇ ψυχῇ τὴν ἀργίαν. idque melius; probauit quoque Clarke. Scilicet eſt idem quod θυμῷ εἴ-

κειν, *animi habitui*, qualis pro rerum conditione cum maxime eſt. cf. ad I, 594.

133. ἠδ' ἐπίθοντο. vnicus Cod. Vindob. Ionice ἠδὲ πίθοντο.

134. βὰν δ' ἴμεν· βάν ῥ' ἴμεν. Barocc. Mori.

ἦρχε δ' ἄρα σφιν. Clarke: *praeibatque vt par erat, vt ſolitus eſt.* Simplicius dices: ἄρα eſt δὴ, *vtique.* De ἐγκλίσει in ἄρα σφὶν v. ad Jl. I, 367.

135. οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε — ⸖ „quod Zenodotus legerat: ἀλαὸν σκοπιήν." Ipſe Venetus ἀλαὸς σκοπιήν. Prorſus vt ſup. K, 515. N, 10. Reddit itidem h. l. Sch. br. vt ibid. μάταιον καὶ τυφλὸν τὸν σκοπόν.

136. ⸖ „quod Zenodotus ſubiicit verſum:

Ἀντιθέῳ Φοίνικι, ὀπάονι Πηλείωνος.

At ſermo ei non conuenit; melius itaque, omnino ſeni ſe eum aſſimulaſſe." Sch. A. Verſus haud dubie debetur rhapſodi acumini, qui nec hiatum curabat. Fides dictis tantum ex ſenii auctoritate quaeritur, vt bene monet Sch. B. Calchanti ſe aſſimulauerat Neptunus N, 45.

136. ἀλλὰ μετ' αὐτοὺς ἦλθε παλαιῷ φωτὶ ἐοικώς. Schol. B. μετ' αὐτοὺς, πρός. et παλαιὸς, ὁ λίαν γέρων. hoc quoque Euſtath. et prius Schol. br. monent. Clarke inuenuſſe hoc a grammatico eſſe dictum et ieiune aiebat: nam πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν eſſe tantum, adire, at μετ' αὐτοὺς ἐλθεῖν, ita venire vt interſis. Erneſti recte ſubiicit, eſſe has argutas nugas.

παλαιῷ φωτὶ, πρεσβύτῃ γεγονότι. Heſych.

137. δεξιτερὴν ἕλε χεῖρα, δεξιὰν, vt κουρότεροι pro κοῦροι, excitat Schol. Apollonii II, 263.

140. γηθεῖ ἐνὶ στήθεσσι. Clarke receperat γηθέει ἐν στήθεσσιν, nulla nec cauſſa idonea, nec auctoritate memorata; niſi quod Barnes ſuo more lectionem varians adſcripſerat: „γρ. γηθέει ἐν στ. In Flor. et Aldd. erat γήθει ἐνί. ex edit. Rom. γηθεῖ ἐνὶ intulerant Baſil. Turn. Steph. Norat vtrumque Euſtath. Alterutrum vtique eſt probandum, ſi codices ſequimur; vtrum verius ſit, e codd. diiudicari nequit. Sic γηθει εν Vrat. A. γηθει ἐνὶ

Vrat d. γηθεῖν est in vsu Homerico; γήθειν in Lexicis legitur: quod cur praeferam, caussam non video.

141. Φόνον καὶ Φῦζαν Ἀχαιῶν δερκομένῳ. ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι Φρένες οὐδ' ἠβαιαί. δερκομένου. ὁρῶντος Schol. br. Sicque Vrat. d. et vn. Vindob. cum Ven. sicque edd. ante Barnes, qui laudato Cantabr. cod. recepit δερκομένῳ, quod in codd. regnat, et conuenit syntaxi Homericae interdum liberiori: cum alterum correctoris sedulitatem sapiat. Barnes laudat Od. I, 256 ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη Φίλον ἦτορ δεισάντων, et ib. alia loca. Eustath. ad vs. nostrum agnoscit δερκομένου; at p. 1628, 16. alteram lectionem; add. Not. Clark. ad h. l. et ad Od. Ψ, 205. Similem locum vidimus iam sup. K, 187. 188.

οὔ οἱ ἔνι pro ἔνεισι, ait Schol. B. et br.

οὐδ' ἠβαιαί. vocem iam B, 380 et N, 106. 702 vidimus.

142. θεὸς δέ ἑ σιΦλώσειε. Cum esset vox antiquata, grammatici partim ex contexto, partim ex etymologia, vim vocis non tam constituerunt, quam ariolati sunt. In Schol. A. et B. cumulantur: τυΦλώσειεν. ἐπίψογον ποιήσειεν. κακώσειεν. μωμητὸν ποιήσειεν. κωλύσειεν. his quid tandem facias? repetunt modo hoc, modo illud, grammatici ceteri. Schol. br. τυΦλώσειεν, ἐπίψογον ποιήσειεν. Plura congessit Eustath. qui etiam ad Achillis pulcritudinem respici putat. Cumulat Hesych. σιΦλοῦν. μωμᾶσθαι. αἰσχύνειν. πηροῦν. βλάπτειν. Et σιΦλὸν, κακὸν, ἐπίμωμον, πηρὸν, αἰσχρὸν, μωρὸν, μωμητόν. Ducta vox ab aliis ex σιΦλὸς pro τυΦλός. Sic Etymol. κυρίως ὁ ἐσινωμένος τοὺς ὀΦθαλμούς. ex σιπαλός. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλου μέρους σώματος. Eo sensu reponere volebat vocem in Callim. L. P. 93. Ruhnkenius. Aliis σίΦλος, ὁ ψόγος. ἡ λέξις νεωτέρων; videntur hi de voc. σίλλος, h. e. μῶμος, σκῶμμα ἔμμετρον, cogitasse: quo sensu vocem adhibuit Lycophron 1134 μορΦῆς ἔχοντα σίΦλον καὶ μῶμαρ γένους, habentes formae vitium et generis reprehensionem; Et hoc in animo habere debuit Etymologus: dum ait: σιΦλὸς, πλεονασμῷ τοῦ Φ. Alii duxerunt a Φλῶ,

ὁρμὴν ἔχω· itaque exponunt, vt Euſtathius: σιφλώσεις, ἐκλύσοι καὶ παύσοι τῆς ὁρμῆς. Addit idem apud Lyricos σιφλὸν dici τὸν ῥᾴθυμον καὶ οὐκ ἐνεργῆ. additque plura alibi haud obuia. Vulgatius eſt, quod a σιπαλὸς, ὁ εἰδεχθὴς, ducitur; quod eſt quoque apud Heſych. et Etymol. qui et verſum laudat: ἀλλὰ σὺ μὲν σιπαλός τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔφηλος. (lippus) Si ſententiam loci conſulas, videtur ea requirere notionem τοῦ ἀπόλοιτο. dii eum perdant. Sicque Apollon. Lex. ἐκφαυλίσειεν. ἀφανίσειεν, correctum ex Heſych. in quo eadem leguntur. Euſtath. κακώσειεν. Etymol. βλάψειεν. Verbo optime omnium conuenit notio τοῦ βλάπτειν. vnde et σιφλὸς, πηρός. Apud Apollon. Rh. I, 204 τούνεκ' ἔην πόδα σιφλὸς, Schol. κεκακωμένος. qui idem βεβλαμμένος.

ὣς ἀπόλοιτο. οὕτως. varie exponit Sch. B. l. ſic, vt Graeci l. vt vult nos perire. l. ſic vt eſt inglorius. Quidni ὣς, vt eſt γηθῶν. ille ita pereat vt laetatur noſtra pernicie.

143. σοὶ δ' οὔπω μάλα πάγχυ. οὔπω h. l. pro οὐ non vero ex vulgari vſu *nondum*, quem ex Herodiano docet Sch. B. Legerat quoque tale Scholion Euſtathius.

145. εὐρὺ κονίσσουσι πεδίον. κόνεως πληρώσουσι· h. e. φεύξουσιν. Sch. A. B. br. Cum ſit κονίω, media longa, non apparet, cur duplici σσ opus ſit; Statuendum igitur eſt, eſſe alteram quoque formam κονίζω, κονίσσω. Eſt tamen formae huius veſtigium aliud in Homero nullum. Contra κονίειν puluerem mouere et puluere adſpergere manifeſtat ſe in Ψ, 372 οἱ δὲ πέτοντο κονίοντες πεδίοιο. et ὡς τοῦ μὲν κεκόνιτο κάρη X, 405. et Φ, 541 ἵπποι κεκονιμένοι. Probabile ergo ſit etiam ἐκόνισε, hinc ductum, eſſe Homericum Φ, 407. et h. l. κονίσουσι, corruptum more grammaticorum geminandi litteras. Ceterum κονίειν abſolute dictum occurrit, *puluerem mouere;* ſicque κονίοντες πεδίοιο (διὰ πεδίου) erat N, 820. Poſſis et h. l. ſupplere διὰ πεδίον. Poteſt tamen et accipi *puluere replentes, obducentes campum.* Alioqui ſerius in vſum

venit, κονίζω· v. c. ap. Aratum Phaen. 253 vbi Perseus sidus, κεκονισμένος *festinans*, vt recte reddit Hygin. Astr. III, 11 etsi et ibi cod. Mosc. κεκονιμένος habet, vt contendere liceat, veram et ibi esse hanc scripturam. Ad nostrum locum spectat Hesych. κονίσουσι (vno sibilo) κονιορτοῦ πληρώσουσι.

σὺ δ' ἐπόψεαι αὐτοὺς φεύγοντας. vulgatum erat; est αὐτὸς in Lips. (altero superscripto) et in Veneto. Sch. br. ὄψεαι. θεάσῃ. an legerant σὺ δὲ vel σὺ δ' ἔτ' ὄψεαι? quod maiorem habet vim. Etsi Sch. A. ἐν ἄλλῳ· αὐτούς.

146. προτὶ ἄστυ. προτὶ, ποτὶ, variat, vt vbique.

147. ἐπεσσύμενος πεδίοιο. ,, quod ellipsis, διὰ πεδίοιο." Clamorem autem Sch. B. cum Schol. A. et Sch. br. eo refert, quod Neptunus se deum esse hac vociferatione declarare voluerit: vt solent dii in discessu argumentum numinis edere. Vereor tamen vt vociferatio inter haec signa, de quibus v. Exc. ad Aen. I. recte referri possit. cf. Notam. — Debuit esse εϝιαχον, e Bentleii sententia vel εϝιϝαχον secundum Knight. v. ad E, 860.

148. ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι· ὅσσον δ' Aristophanes. Scilicet ab aliis sententia superioribus fuit annexa, vt plene interpungeretur post Ἄρηος; alii, vt nos, claudunt priorem sententiam post πεδίοιο.

Repetit ad h. l. Eustath. commentum Aristarchi, qui ἐννεάχειλοι et δεκάχειλοι scribebat, vt esset a χεῖλος pro στόμα. Ita vero esset minus mira res in deo, quam quae de Stentore narrabatur, qui αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. Verum haec iam vidimus ad E, 860.

149. ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος idem atque ἔριδα μάχης *pugnantes*. de formula v. ad E, 871.

150. ἐκ στήθεσφιν pro ἐκ στήθεος φι. v. Exc. II. ad lib. VIII. (Θ). ἐν στήθεσφιν. ἐκ ψυχῆς. ἐστὶ γὰρ ἐν τοῖς στήθεσι. Sch. B. Videntur itaque alii legisse ἐν στ. At Barocc. et Mori. ἐκ στήθεσσιν. Sic coniungenda ἐκ — ἧκε, ἐξῆκε.

151. ἔμβαλ' ἑκάστῳ. Mirum h. l. digamma esse obliteratum; nam scriptum esse debuit εμβαλ' ϝεκαστῳ. Bent-

leium fraus non latuit; fagaciter emendat ὦρσε ϝεκαστῳ. Sicque fup. Jl. B, 451 ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ (ωρσε ϝεκαστου) καρδίῃ. E, 139 τοῦ μέν τε σθένος ὦρσε. Praeclare haec. Mihi tamen iufta eft fufpicio, totum locum 148 — 152 effe ab interpolatione rhapfodi profectum et ex Jl. E, 860. 861 et ex Jl. B, 451. 2. confutum. Aliena eft ab h. l. vociferatio Neptuni, aliena a deo: cum illa altero loco bene conueniffet Marti vulnerato, ad dolorem exprimendum. Inde et v. 151 ἔμβαλ᾽ ἑκάστῳ ab interpolatore profectum, cuius aetate vfus digammi iam exoleuerat. Hos eosdem duo verfus ex interpolatione vidimus iam Jl. Λ, 11. 12.

152. ἄλληκτον πολεμίζειν. ἄληκτον et h. l. Townl. c. aliis.

153. 4. 5. ϟ ad priores verfus Scholion videtur excidiffe.

Pro εἰςεῖδε Bentl. ftatuebat fuiffe εςϝειδε. de quo v. Exc. de digammo.

154. ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου. ἀποῤῥίου fcribitur vt in Townl. in Schol. Ald. At Οὐλύμποιο ἀπὸ eft hiatus. Poteft fubftitui παρὰ ῥίου. Vera tamen cenfura Bentleii effe videtur, totum verfum effe fpurium. Scilicet confictus ille eft ex v. 225.

Ad vf. 155. notatum „ποιπνύοντα effe ἐνεργοῦντα non, quod gloffographi volunt, qui per διακονεῖν declarant ex A, 600. Sic A. et B.“ Plus ineft fubtilitatis quam veritatis. ποιπνύειν eft ἐνεργεῖν, *fatagere*, *ftudiofe agere*, id quod et *miniftrando* et *res agendo* fieri poteft. Priore fenfu vocem vidimus adhibitam A, 600, ficque Apollon. IV, 1399 ἀμφὶ δὲ (draconem) Νύμφαι Ἑσπερίδες ποίπνυον. add. inf. Σ, 421. Ω, 475. Od. Γ, 430 et Υ, 149. Altero fenfu dictum de Agamemnone vidimus Θ, 219. Vid. ad A, 600. Probabile fit vocem factam effe ex πονῶ, πονύω.

157. πολυπίδακος Ἴδης. Agnofcit quoque Sch. A. ab ἡ πίδαξ. πίδακος. ἀμφ᾽ ὀλίγης. τὸ δὲ διὰ τοῦ ῡ γράφειν, (fcil. πολυπιδάκου) τελέως ἄγροικον. Sch. A. Scilicet fcri-

pserant alii πολυπιδάκου, quod est in Mori. Vrat. d. cf. ad T, 59 Ψ, 117. πολυπίδακος est Arisiarchea lectio. Ἴδην δ' ἵκανε πολυπίδακα, vidimus iam Θ, 47.

158. στυγερὸς δέ οἱ ἔπλετο θυμῷ. στυγερός. καταπληκτικὸς ἢ μισητός. solent enim mulieres, voti non compotes, odisse maritos." Sch. B. En hominem non vulgariter doctum! Similiter exponitur in Sch. br. Est sane idem ac exasperata est Iuno et irata marito. στυγερὸς — θυμὸς Vrat. d. et sic laudat Porphyr. ad Ξ, 346 et Heraclides Allegor. c. 39.

Etiam h. l. εςϝειδε Bentl.

160. ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον. Bentl. suspicatur fuisse ἐξαπάφοι Ζηνός. Nam actiuum frequentatur alibi. Occurrit tamen medium I, 376. add. Od. Ψ, 216. Et Apollon. Lex. ἐξαπάφοιτο. ἐξαπατήσει vel — σοι, vt Villois. Ceterum in fabula quae sequitur per allegoriam modo physice, modo ethice interpretanda, mirifice argutantur veteres: in his Heraclid. de Alleg. c. 39. Plura affert Eustath. statim h. l. Alia sqq. inprimis ad 342. 346 — 351. Nec vident illi, non h. l. mythum exponi, sed esse inuentum poetae mythicam rationem adaptantis consilio suo, dum auertendus erat Iupiter a pugna inspicienda et eius fortuna regenda.

162. εὖ ἐντύνασαν ἓ αὐτήν. ἡ διπλῆ aduersus Zenodotum vna voce scribentem ἑαυτὴν, quod contra Homericum vsum pugnat; nam ex isto sollenne est ἓ αὐτήν. Aristarchus igitur dixit ἀγνοεῖν τὴν διαφορὰν αὐτόν." (habet tamen ἑαυτὴν Townl. cum aliis.) Disceptationem grammaticorum de hoc iam vidimus ad A, 271 et I, 342. Secundum haec antiquum esse versum satis constat; ab Homero tamen eum non esse, Aristarchus non vidit; nam εντυνασαν ϝε αυτην Homerus dicere non potuit. Iam Bentleius fraudem est odoratus, emendatque εὖ ἐντύνασα· quod tamen structura non bene admittere videtur. Meliores fuere secundae eius curae, quibus versum linea circumduxit, tanquam spurium, et insertum esse a rhapsodo ad supplendam sententiam. Omittitur autem plerum.

que hoc membrum, ὥςτε ἰδεῖν, γνῶναι, et ſimilia ante εἴ πως vt ſup. N, 806. 7. P, 103. 4. Υ, 463. 4. et al. Si quis tamen verſum mordicus tenere malit, auctor ſim vt emendet: ἐλθεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύναι δὲ ἑ αὐτήν.

163. εἴ πως ἱμείραιτο παραδραθέειν Φιλότητι. εἴ πως, vt ſaepe pro ἵνα. Schol. A. „in alio ὅπως“ ſaltem ὅππως. nec hoc male. At Apollon. Lex. legerat ᾗ πως. — καὶ ἀντωνυμίαν δὲ σύναρθρον ἐπὶ τρίτου προςώπου. ᾗ πως ἱμείρετο π. Φ.“ voluit eſſe pro ἑῇ, vt manifeſtum ſit comparato Heſychio in ᾗ. ſed perperam exſcriptus locus, vt bene vidit Villoiſ. et reſpexit grammaticus vſ. ſeq. ᾗ χροιῇ. — ἱμείροιτο Vrat. d. et vn. Vindob. — παραδραθέειν. primo nunc haec vox occurrit: eſt in Sch. br. παρακατακλιθῆναι. et in Heſychio παρακοιμηθῆναι. Reperitur praeterea ἔδραθεν ἐν προδόμῳ Od. Υ, 143. tum καταδραθέω aliquoties in Odyſſea. Nec vox ignota aliunde, etiam ex Ariſtophane. Super etymo commenta grammaticorum v. in Etymol. et Euſtath. Ad rem noſtram nil faciunt.

164. ᾗ χροιῇ. τῷ ἰδίῳ ἑαυτῆς σώματι. Sch. B. vel χρωτὶ vt Sch. br. Neceſſe eſt χροιὰν (quae alias eſt color, ἐπιφάνεια) h. l. dictam eſſe pro ſollenni τὴν χρόα, ab ὁ χρόος, χροῦς. Cant. ᾗ χρειοῖ. In Heſych. ᾗ χροιῇ (emendatum eſt χροιῇ) τῷ ἑαυτῆς χρωτί· Euſtath. cum aliis argutatur in χροιὰ, vt ſit ἐπιφάνεια, et inde κάλλος. Matthiae Obſſ. crit. p. 33. coniectabat ᾗ χρειώ.

ὕπνον ἀπήμονα per λιτότητα pro ἐσθλὸν, *commodum*, *vtilem*, ideoque *placidum*: vt οὖρον ἀπήμονα aliquoties dixit. cf. ſup. ad M, 80. vbi μῦθος ἀπήμων.

λιαρόν. Sch. A. λίαν ἀρηρότα, ὅ ἐστι προςκολλώμενον ἢ θερμόν. θερμαίνει γὰρ τὸ σῶμα. Sch. A. Hoc eſt argutari. alterum quoque Sch. br. plura inepte cumulat Euſt. λιαρὸς eſt haud dubie quod χλιαρὸς, *tepidus*, v. ad Λ, 477 αἷμα λιαρόν. itaque *mitis*, *placidus*, *dulcis*. Sic aliquoties οὖρον ἀπήμονά τε λιαρόν τε dixit, Od. Ε, 268. Η, 266.

165. χεύῃ ἔπι. post εἴ πως ἱμείραιτο. vn. Vindob. χεύει.

Φρεσὶ πευκαλίμῃσι· epitheto mere ornante. Sch. br. συνεταῖς. πυκναῖς. v. ad Θ, 366.

166. ἐς θάλαμον assentientibus codd. Barocc. Ven. Vrat. b. d. Vindob. non εἰς, quod non nisi ante vocalem est scribendum.

167. πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε. — „quod θύρας pro θύραν dixit" Sch. A. Atqui hoc iam saepius factum. cf. ad I, 471. ἐπῆρσε δὲ ἢ ἐπήρεισεν ἢ ἐφήρμοσεν. A. B. male ἐφώρμησεν, vt in Hesych. legitur. Haud dubie est ἐπῆρσεν ab ἐπάρω, adapto, admoueo. Etiam Apollon. Lex. ἐπῆρσεν, ἐφήρμοσεν. cum Hesych. h. v. vbi plura cumulata sunt in nota. Adde Eustath. et Schol. Excerpta ap. Barnes.

168. κληῗδι κρυπτῇ, τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν. Est ergo h. l. κλεὶς ea, quae ἀνοίγεται. Infra Il. Ω, 455 θύρην δ' ἔχε μοῦνος ἐπιβλής, fores continet vnus pessulus obductus, quem tres Achiui obdebant, (ἐπιῤῥήσσεσκον) vel remouebant, Achilles autem vel solus obdere poterat: τρεῖς δ' ἀναοίγεσκον μεγάλην κληῗδα θυράων τῶν ἄλλων, Ἀχιλεὺς δ' ἄρ' ἐπιῤῥήσσεσκε καὶ οἶος. Est itaque κληῒς θυρῶν eadem quae ἐπιβλής. Iam in ceteris fere locis Homericis κληῒς vel κλεὶς est ferrum, forte vncum, quo immisso seu infixo ὀχῆα vel ὀχῆας, intus foribus praetentos vectes, retrahunt et refigunt, ita vt iis remotis pateant fores seu valuae quas continebant, vectes obducti ac praetenti. At duobus his locis videri potest κλεὶς esse ipse pessulus seu obex intus foribus praetentus, quo subducto seu remoto, vt in forium postes forte recondatur, porta patet.

τὴν δ' οὐ θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν. τὴν δ' recte a Wolfio reuocatum, (v. Praefat. p. XXIII.) legitur, non in aliquot, sed in omnibus edd. ante Barnes, quas quidem noui, tum in codd. Cant. Harl. Townl. Vratisl. Ven. Nec, nisi Eustathii auctoritate, qui ait τὰ πλείω τῶν ἀντιγράφων τὸν δ' γράφουσιν, et accedente Etymologo in

ἀνέῳγε (qui tamen τὸν δ' reddit ἠνέῳκται ἡ θύρα, vt de veritate ſcripturae dubitem) recepit τόνδ' Barnes, quod a Clarkio probatum et expreſſum τὸν δ' eſt. Ait Erneſti: in mſ. Lipſ. eſſe τάδ', cum Scholio: τριχῶς ἡ στροφή (ἡ γραφή, Bentl. ex eod. cod. legerat) ἐστι· τήνδε τὴν θύραν, τόνδε τὸν θάλαμον, τάςδε τὰς θύρας. vnde cenſebat veram lectionem eſſe τάςδ' (potius τὰς δ'). Eſt idem Scholion in Ven. B. „κληῖδι κρυπτῇ, τήνδ'. τριχῶς ἡ στροφή ἐστι· τήνδε τὴν θύραν, τόνδε τὸν θάλαμον, τάςδε τὰς θύρας. Enimuero apud Homerum οἴγεσθαι, ἀνοίγεσθαι, dicitur ἡ θύρα, αἱ θύραι, αἱ πύλαι, nusquam ὁ θάλαμος. vti πῶμα ἀνοίγεται, non ὁ χηλός, Il. Π, 221. Itaque τόνδ' omnino locum non habet. θύραν h. l. vt ſuppleas ad τήνδ' fieri nequit, praeceſſerat enim: πυκινὰς δὲ θύρας, neceſſe igitur fuiſſet ſcribere τάςδ'. Vnicum, quo referri poſſit τὴν δ', eſt quod praecedit, κληῖδι κρυπτῇ. hoc idem quoque erat in loco Ω, 455 ἀναοίγεσκον μεγάλην κληῖδα θυράων, quam eandem etiam ἐπιῤῥήσσεσκον, vt, niſi pro ipſo vecte ſeu peſſulo dictum videatur κλείς, neceſſe ſit κλεῖδα eſſe ferrum illud, quo per vectem inſerto et continentur, et ſoluuntur aperiunturque fores. Ita μία κληῒς ἐπαρήρει, iunxerat duplicem vectem foribus praetentum M, 454. 5. 6. Sane vſu vulgari ambigua reddita eſt vox κληῒς, nam et clauem, et ὀπὴν, foramen quo ea immittitur, et feram, et vectem, qui pro ſera erat (nam eam, quam nos dicimus, ſeram ignorauit aetas antiquior) declarauit; et proprie θύραι ἀνοίγονται κληῖδι, vt Z, 89 vidimus. Conf. loc. cl. Od. Φ, 6 ſqq. Appoſui ſaltem ea, quae mihi videbantur ex verbis et eorum vſu elici. Forte, vtpote in re, quam apud animum fingere, non ipſa re exhibere aut adſpicere licet, alii alia aliter conſtituent, vt video factum ab optimo viro, Dammio.

ἀνῷγεν reuocandum fuit, quod expulerat Clarke, quia aoriſtus vel imperfectum requiritur, non praeteritum perfectum; atqui ἀνῷγεν eſt tale tempus, obſeruatione et vſu grammaticorum, vt ab ἄνωγον ex ἀνώγω, iubeo

discerni possit; eodem modo, vt ab ἐπάγω non est ἔπηγον sed ἐπῆγον, nec ab ἐπείδω est ἔπειδον, sed ἐπεῖδον. sic ἐπεῖχον. ἐπῆλθον. καθεῦδον. Diserte quoque Schol. br. ἀνῷγεν. ἡ ἀνάγνωσις προπερισπωμένως. quod ἀνέῳγεν apponit, fit interpretandi caussa, non, vt pro praeterito perfecto haberi velit. add. Eustath. Erat ἀνῶγεν in edd. prim. Aldd. Turneb. at ἀνῷγεν in Rom. vnde H. Steph. recepit. tanquam ἀνώιγον, ἀνῷγον. In vno Vindob. ἀνοῖγεν.

169. ἔνθ' ἥγ' εἰςελθοῦσα, θύρας ἐπέθηκε φαεινάς. ⟞ „quod Zenodotus scripserat, ἐπιθεῖσα. at Homerus amat propositiones seiunctas, perspicuitatis caussa" Sch. A.

170. ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος — ⟝ „quod ex h. l. ἀμβροσίαν crediderunt esse ὑγρὰν τροφήν." Schol. A. Hoc quomodo inde colligere potuerint, non assequor. Debet enim vox subintelligi, quae θεῖον λουτρὸν designet, h. e. liquor aliquis qui pro aqua sit, v. c. νοτὶς ἀμβροσία, πηγή, aut medicamenti genus, quo cutis abstergitur, vt Eustath. σμῆγμα intelligit. Nam ἀμβρόσιος est *diuinus*, et pro rei natura ἔλαιον ἀμβρόσιον mox 172 *fragrantissimum*, et 177 πλόκαμοι ἀμβρόσιοι *fragrantes*, et 178 ἀμβρόσιον ἑανὸν, *vestis odoribus perfusa*. Vide dicta de hac voce ad A, 529 Exc. IX. Nunc igitur loco aquae, dea ἀμβροσίῃ *sordes corporis purgat* λύματα πάντα κάθηρεν (rusticitatem hominis mirabuntur nostri homines!) vt A, 314. tum demum corpus *inungit odoris vnguentis:* quae et ipsa alibi per ἀμβροσίην (sc. ἀλοιφὴν) declarantur. In Od. Σ, 131 Athene Penelopen adornatura Κάλλεϊ μέν οἱ πρῶτα προςωπά τε καλὰ κάθηρεν Ἀμβροσίῳ, οἵῳ περ ἐϋστέφανος Κυθέρεια Χρίεται.

171. λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ. λύματα. Schol. Aristoph. Acharn. 17. ῥύπτεσθαι (*sordes eluere*) ῥύμματα γὰρ σμήγματα. καὶ Ὅμηρος. ῥύμματα πάντα κάθηρεν. De hoc v. ad Hesych. in h. v. — De λίπι ἐλαίῳ v. dicta ad K, 577. pro eo adscripserat Bentl. ἀλείψατο δὲ χρόα λευκὸν. — Scilicet sic legitur ap. Athen. XV, p. 688 D. vbi vss. 170 — 174 recitantur.

κάθηρε ſcribendum eſſe, proparoxytonως, monent Sch. A. B. πάντ' ἐκάθηρεν Barocc. Lipſ. Verſus laudat Plutarch. Sympoſ. VI. Probl. 7. p. 693 C. vbi hinc docet, περιεργίαν διαφέρειν τῆς καθαρότητος. ibi legitur: ἀπὸ χροὸς ἀθανάτοιο.

172. ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν. — „quod μύρον non nomine eſt deſignatum, ſed tantum dicit poeta *vnguentum odorum*, τεθυωμένον ἔλαιον. Alibi eſt ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ Ψ, 186. et genus ἐλαίου appellatum κάλλος ἀμβρόσιον Od. Σ, 191." Sch. A.

ἑδανῷ. ἡδεῖ reddit Apollon. Lex. appoſito hoc verſu. ἡδεῖ. ὅ ἐστιν, εὐώδει, εὐόσμῳ Sch. br. et Heſych. εὐῶδες. ἡδύ. λιτόν. Ductum eſſe volunt ab ἥδω pro ἥδανον. Sic Etymol. Suid. Schol. B. h. l. Euſtath. qui ſimilia laudat; inque his ex εἴδω, ἴδανος. τὰς ἰδάνας Χάριτας. Καλλίμαχος. Diuerſum eſt, quod ex Aeſchylo notatur Agam. 1419 ἑδανὸν ἢ ποτόν. Niſi omnia me fallunt, vox haec antiquata fraudem fecit grammaticis; nec viderunt illi ἑδανῷ aut corruptum eſſe aut pronuntiatum pro ἑανῷ, quod fuit ϝεϝανῷ. de qua voce v. ſup. ad E, 734. Editur quoque ἑανῷ in verſu hoc laudato cum vſ. antec. apud Heracl. de Alleg. c. 39. p. 128. et ap. Athen. XV, p. 688 D. et in Hymn. in Ven. 53. quo hic verſus eſt illatus. ἑανὸς eſt diductus, ſubtilis. Bene odor deſignari poteſt hac voce, qui diſpergitur, manat per aerem. Sane media producta eſt Σ, 612 ἑανοῦ κασσιτέροιο. h. εὐδιαχύτου, verum iam alio loco monui, ſcribendum hoc videri littera geminata ἑαννοῦ. cf. Exc. de digammo.

τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν. latet in Apollonii Lex. τεθυωμένοι, τεθυμιαμένοι, εὐώδεις. perperam ap. eund. ſcriptum θυόμενον in ἑδανῷ.

173. Διὸς προτὶ χαλκοβατὲς δῶ. h. e. χαλκοῦν. v. ad A, 426. Importunum vtique τὸ προτὶ, cum ad κινύμενον requiratur ἀνὰ, διὰ, κατὰ. Ipſi tamen Veneti A. et B. agnoſcunt προτὶ, niſi quod Sch. A. addit, ſcribendum eſſe cum Ariſtarcho κατὰ χ. Nam moto eo *in Iouis aedibus*, pariter per caelum et per terram diſpergitur odor.

Koeppen cenſuram grauem affert in hos verſus; dum ei nimis hyperbolice eſſe dicta haec videntur; ſuſpectos adeo habet vſ. 173. 174. nec iniuria. Variat et h. l. ποτί. προτί. Etiam in principio verſus pro τοῦ καὶ eſt οὗ καὶ ap. Athen. I, p. 17 B.

174. ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν — ⊱ „quod hinc patet, *Olympum* de monte dici, nam a caelo discernitur. Sch. A. B. ἔμπης. νῦν ὁμοίως. Sch. br. et Schol. Pind. P. V, 74. Atqui eſt vt alibi καὶ (καίπερ) ἐν Διὸς δώματι ἔμπης (ὅμως) ἐς γ'.

176. Μέμφεται ὁ Πλάτων τὸν κόσμον· ἀγνοῶν, ὅτι ἀνθρωποπαθεῖς τοὺς θεοὺς ὁ ποιητὴς εἰσήγαγε. Sch. B. cum Schol. Leid. ap. Valk. p. 130. Diſſ. et additur: „παιδευτικὸν contra hoc eſſe, quod dea ſe ipſam comit, nullis miniſtris adhibitis." Quin potius ad ſimplicitatem priſci aeui referri hoc debebat. — ἰδὲ χαίτας πεξαμένη. πλεξαμένη Lipſ. ex ἔπλεξε. At Apollon. Lex. πεξαμένη. ὁ 'Απίων κτενισαμένη, καὶ ὁ 'Απολλόδωρος. Adiecta alia de notione altera ξαίνειν. πέξαι vel πεῖξαι τὰ ἔρια. Verſum, qualem habemus, Pollux VII, 165. p. 806. recitat.

πλοκάμους φαεινούς. Euſtath. interpretatur, τοὺς ὑπερξανθίζοντας.

177. καλούς, ἀμβροσίους, ἐκ κράατος ἀθανάτοιο. „καλοὺς καὶ μεγάλους Zenodotus et Ariſtophanes." Offendit ſane repetitio ternaria vocis ἀμβρόσιος. At nec minus offendunt πλόκαμοι μεγάλοι. Quid multa? totus verſus, etſi legitur quoque in Heraclide l. l. p. 128. prodit manum et ingenium rhapſodi. Meminerat homo ex A, 529. 'Αμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο.

ἐκ κράατος. κάρατος Vrat. d.

178. ⊱ „quod ἑανὸς idem ſit qui πέπλος Sch. A." add. Sch. br. Scilicet proprie eſt epitheton pepli, ſiue quatenus amicitur ille, ἕννυται, ſiue ab ἕω, diduco, ſubtilis. cf. ad Γ, 385. et Excurſ. de Digammo.

179. ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. ἔξυσ', ἐκέρκισεν. ξύουσι γὰρ τὴν κρόκην πρὸς τὸ πυκνωθῆναι. (mihi satis perspicua haec non sunt.) οἱ δὲ ἐλέανεν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ξύλων. (erit sic polite *elaborauerat*) εἰ δὲ ἀντὶ τοῦ ἔγναψε μετὰ τὸ ὑφανθῆναι, A. B. Vict. et Eustath. Saltem esset, polire, laeuigare v. c. pumice, aut vnguine inducto, quo nitet linteum, μαρμαίρει. Apollon. Lex. ἔξυσ' ἀσκήσασα. λεπτῶς κατειργάσατο. Sch. br. ἀντὶ τοῦ κατεσκεύασε. νῦν καὶ λεπτὸν εἰργάσατο. et Hesych. ἔξυσ' ἀσκήσασα, (erat ἔξυσα. σχήσασα) ὑφάνασα, et ἔξυσεν, ἐδημιούργησε. Ariolando et h. l. rem agunt grammatici. Aut τὸ ξύειν declarat certam operam textoriam in ipsa veste adornanda, quam non satis constituere licet; aut est omnino dictum pro polire, polite et eleganter effingere et elaborare. Ex vsu Homerico ἔξυσ' ἀσκήσασα (vt inf. 240 τεύξει ἀσκήσας) nihil amplius erit quam ornate dictum pro ἔξυσε, vt sit, quod alibi est ἔκαμε. Videtur adeo ξύειν h. l. pro ἐξεσμένως κατεργάζεσθαι reddi posse *affabre aliquid fabricari.* — ἐνετίθει δαίδαλα πολλὰ, de figuris et ornamentis *intextis* vesti.

δ. πάντα Barocc. Mori. vn. Vindob.

180. χρυσείῃς δ' ἐνετῇσι κατὰ στῆθος περονᾶτο. ξ- „quod vestis fibula in pectore iungitur, non in humero (οὐχ ὡς ἡμεῖς κατὰ τὴν κατακλεῖδα) Sch. A." Eadem Etymol. in ἐνετῆσι. περονᾶτο sc. ὁ ἑανός. Obseruanda res quoque in signis deorum antiquioribus. —

χρυσείοις vn. Vindob.

ἐνετῇσι. πόρπαις. ἀπὸ τοῦ ἐνίεσθαι. Apollon. Lex. h. v. et Hesych. περόναις Sch. br. add. Eustath. Porro: „ἵημι, ἱτή, ἐτή. λέγει δὲ τῶν περονῶν εἰςβολήν" Sch. B. Eadem et plura Etymol. Apud Hesych. quoque est vitiose ἀνετῇσι. et ἀέτας.

περονᾶτο vel Iuno vel ὁ (πέπλος) ἑανός.

181. ζώσατο δὲ ζώνην. Schol. A. „Ἀρίσταρχος, ζώνῃ καὶ ἀραρυίᾳ· ἄλλοι δὲ ζώνην ἀραρυῖαν." Sane ζώννυσθαι et alibi tertio cum casu: K, 77. ζωστὴρ, — ᾧ ῥ' ὁ γεραιὸς ζώννυτο. Od. Σ, 66 Vlysses ζώσατο μὲν ῥάκεσι. Et habet Aristarcheam le-

nem vn. Vindob. Attamen et alterum ζώσατο δὲ ζώνην, quod et Apollon. Lex. agnoſcit in ζώνη, bene ſe habet ex ſollenni vſu; atque etiam E, 857 vbi Mars vulneratur, ὅθι ζωννύσκετο μίτρην. De θυσάνοις h. e. κροσσοῖς, *fimbriis*, dictum ad B, 448. ἀραρυῖαν *fimbriis aptam* latine eſſe reddendum monet Erneſti.

182. ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι. ἕρματα. τὰ τοῖς ὠσὶ πρὸς κόσμον προςαπτόμενα. παρὰ τὸ ἐνείρεσθαι τούτοις — Sch. B. ἕρματα — ἐπὶ τῶν ἐνωτίων hoc verſu laudato Apollon. Lex. et τὰ ἐνώτια Heſych. Sch. br. Euſtath. Iterum Od. Σ, 296 ἕρματα δύο — τρίγληνα, μορόεντα. Alio ſenſu vocem vidimus A, 486 vbi nauium ſunt fulcra, ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν, et explicantur ἐρείσματα, ducitur quoque vox ἀπὸ τοῦ ἐρείδειν. Etymologus diſtinguit inter ἕρμα fulcrum et ἕρμα inauris.

Iam in metro duplex occurrit hiatus ἄρα ἕρματα ἧκε. Bentleius quidem appinxerat Ϝερματα Ϝηκε. Enimvero ἵημι, ἧκα, non admittit digamma; ἕρμα poſſit eſſe Ϝερμα, ſi ducitur ab εἴρω, Ϝειρω, iungo. Obſtat tamen quod A, 486 vidimus: ὑπὸ δ' ἕρματα. Praeſtat vocem vtroque ſignificatu ab antiquo ἔρω ducere, vnde ductum ἐρείδω. vnde malim ſcribere ἕρμα, corrigere autem verſum: ἐν δέ τ' ἄρ' ἕρματ' ἐνῆκεν — Niſi dixeris vſſ. 182. 183 a rhapſodo aliquo adumbratos eſſe ex altero loco Od. Σ, 296. 297.

ἄρα reddendum eſſe, *vt ſolita erat*; *vt aequum erat*, contendit Clarke. Eſt pro δή.

εὐτρήτοις. καλῶς τετρημένοις Heſych. Idem tamen nec minus τρητοὶ λόβοι. in quibus ſunt ἐλλόβια, vt docent viri docti.

λοβοῖσι. τοῖς ἄκροις τῶν ὠτίων etiam Apollon. Lex. cum ceteris grammaticis illuſtrat.

183. τρίγληνα, μορόεντα, χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή. ⟜ Spectat ſtigme haud dubie ad τρίγληνα. Vocem vtpote antiquatam, hic et ad Od. Σ, 297. 8. vbi iterum occurrit, ariolando expoſuiſſe grammaticos ſatis patet primo e Sch. Ven. A. quod etiam in Sch. br. habebatur: add.

Euſtath. τρίγληνα. πολλῆς θέας ἄξια. tum τρίκοκκα (tria grana ſ. nucleos habentia; quod et apud Heſych. occurrit; τρίοκκα pro eo coni. Tollius ad Apollon. Lex. p. 656 quia ὄκκον, ὀφθαλμὸν, legitur apud Heſych.) ἢ τριπρόςωπα. γλήνη γὰρ ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ κόρη. (pupulas) τρίκορα, ἔχοντα τρεῖς κόρας, τὰς Χάριτας. (Lucem affundit Philemon ap. Villoiſ. ad Apollon. Lex. τρίγληνα. οἱ δέ τινες, τριῶν ἔχοντα Χαρίτων ἐκτυπώματα. addit grammaticus: τοῦτο δὲ οὐ καλῶς. οὐ γὰρ οἶδε Χαρίτων ἀριθμὸν ὁ ποιητὴς κατὰ τοὺς ὕστερον.) tandem πολλῶν κοσμίων ἄξια. ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν. ἐς γλήνεα πόλλ' ἐνεχάνδει. (Jl. Ω, 192.) Eſt quoque doctum Scholion Apollonii in Lexico: vnde patet interpretationem per τρίκορα Heliodori fuiſſe (leg. Herodori) ad Odyſſ. l. l. prior autem interpretatio fuit Apionis apud eundem: ὁ δὲ Ἀπίων βέλτιον· πολύγληνα. γλήνη γὰρ ἡ κόρη, ὥςτε εἶναι πολυθέατα, πολλῆς θέας ἄξια. adiicit: τούτοις ἄν τις προςθείη, ὅτι καὶ γλήνεα λέγεται τὰ θέας ἄξια, vt in loco Jl. Ω, 192 (de his cf. Heſych. h. v. et ibi Not.) — Ex his ſunt petita, variis modis quae leguntur ap. Sch. br. Etymol. Heſych. Suid. et Philemon. l. c. Probabilius ceteris eſſe videtur hoc: inaurem trinis ſplendentibus vnionibus ſeu globis pupillas referentibus conſtitiſſe. Apud Polluc. IX, 97 etiam ad formam refertur: ὡς τριῶν εἴδωλα κορῶν ἔχοντα.

μορόεντα. Etiam hoc fuit grammaticis inter voces antiquatas. Fuerunt qui legerent τρίγληνα 'μορόεντα vt eſſet ἀμορόεντα· quod alias ſcriberetur τρίγλην' ἀμορόεντα. Videtur ita legiſſe Apollon. Lex. μορόεντα, ἀθάνατα. μόρου μὴ μετέχοντα. debuit legere 'μορόεντα, pro ἀμορόεντα. Ita conueniret cum voc. ἄφθιτα; quod auro tribuitur, quia atteri et ſolui haud facile poteſt. Contra quos diſputat Schol. A. Ita enim accipio verba: „μορόεντα· οὕτως Ἀρίσταρχος ἀπὸ τοῦ μ ποιεῖται τὴν διαστολήν, καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. καὶ ὁ λόγος ἔχει (excidit οὕτω.) τὰ γὰρ μετὰ πολλοῦ μόρου καὶ κακοπαθείας γινόμενα δηλοῖ. In hanc notationem conſentiunt Sch. br. Euſtath. Heſych. ad quem laudat Doruill. Quintum I, 151. μορόεντα τεύχη. Etymol.

h. v. p. 591. Conf. Tollii notam ad Apollon. Lex. p. 463. vbi laudatur Suidas cum ceteris. Adde Schol. B. τὰ ἐκπεπονημένα τῇ κατασκευῇ καὶ μεμεριμνημένα τῇ τέχνῃ. Gloſſa Vrat. A. δυςκατασκεύαστα. Erneſti in eam coniecturam inciderat, an forte nomen pertineret ad gemmas colore nigricante; vt ſit a μόρον, morum bacca. Sunt *mora nigra, ſanguinea*. Et eſt nigri coloris gemma, morion. Pari coniectura poſſis ad formam referre inaurium ſimilem ficubus et oliuis; nam oliuarum genus eſt μόρον dictum: vnde apud Nicandr. Alexiph. 455 eſt μορόεντος ἐλαίης.

Repetitur verſus, vt dixi, Od. Σ, 297.

184. κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καλύψατο δῖα θεάων. Primum h. l. occurrit κρήδεμνον. cf. inf. Χ, 470. Apollon. Lex. κρηδέμνῳ· τῷ τῆς κεφαλῆς ἐπιβολαίῳ. Heſych. addit, ὅ ἐστι κεφαλόδεσμος, ᾧ χρῶνται αἱ γυναῖκες. Similiter per κεφαλοδέσμιον reddunt Schol. B. et Etymol. Schol. br. addunt, νῦν δὲ καλύπτρᾳ. Scilicet eſt faſcia, ſeu vitta complicata, qua frontem, et explicita ea totum caput velare poterant. Res patet e locis Odyſſeae, v. c. Α, 334 ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα. Atque ita Vlyſſes ea faſcia ab Leucothea accepta corpus religare poterat Ε, 346.

185. καλῷ, νηγατέῳ. νεωστὶ κατεσκευασμένῳ. vidimus iam Β, 43. λευκὸν δ' ἦν. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· λαμπρὸν δ' ἦν."

186. ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν. edd. ὑπαὶ, quod bene eiecit Wolf. ſuffragantibus codd. Mori. Harl. Lipſ. Ven. vt iam factum Β, 44. vbi idem verſus lectus eſt.

ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. Vrat. d. cum vno Vindob. ἐδήσετο.

187. Odioſum eſt ſtudium veterum allegorice et ethice interpretandi totum locum de Iunonis dolis, qui adumbratus et in deam translatus eſt a mortalibus feminis, cum ſemel poetae placuiſſet vti inuento hoc, ad mutandam pugnae fortunam, ſi Iouem ab ea auertiſſet. Sic multa ad h. v. commenta videbis ap. Schol. B. Euſtath.

Etiam Plutarch. de aud. poet. p. 19 E. poſtquam phyſicam aliorum allegoriam riſerat, ipſe adoptat interpretationem ethicam. Phyſicam videbis expoſitam ab Heraclide ſ. 39.

189. πρὸς μῦθον ἔειπε. Mori μετὰ μ.

191. ἠέ κεν ἀρνήσαιο. Clarke: „alii ἠὲ ἀπαρνήσαιο" Neſcio qui illi ſint, male vtique hiatum inferunt.

194. πρέσβα θεά. v. ad E, 721. vbi idem verſus.

195. τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν. „ἐν ἄλλῳ· ἀνώγει." Sch. A. Prius tamen etiam Σ, 427. Od. E, 90 vbi hi duo verſus 195. 196 repetuntur. Similiter ἄνωγεν occurrebat Θ, 322 vbi cf. Clarke, docentem eſſe ab ἄνωγον.

196. εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί. ⊱ „quod limitauit. (περιώρικε) poeta. Qui recipit aliquid faciendum, debet eſſe par ei quod recipit, et res ipſa debet eſſe talis vt poſſit perfici" Sch. A. et ſimilia B. qui tamen alterum addit: Si iam ab alio res effecta eſt, ita vt iterum eadem perfici poſſit. Sic ſollenni vſu A, 212. B, 257. Praeſtat prius. Eſt ergo τετελεσμένον, τὸ τελεῖσθαι δυνάμενον. δυνατὸν πρὸς τελείωσιν. Huc ſpectat Apollonii et Heſychii gloſſa: τετελεσμένον. τὸ οἷόν τε πρᾶγμα τελεσθῆναι, ἤγουν πληρωθῆναι. Bentleium tamen video, offenſum verbis καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστὶ, coniectaſſe ſollenne illud: εἰ δύναμαι τελέσαι. τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται. Erat ἔσται in Cant. Repetuntur, vt iam dixi, vſſ. Σ, 426. 7. Od. E, 89. 90. Vtuntur iis alii, vt Plutarch. de adulat. p. 62 E. qui, nulla tamen ſententiae declaratione adiecta, talem amici eſſe promittendi morem ait: εἰ δύναμαι τέλεσαί γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί. cum adulator pronuntiet: Αὔδα ὅ τι φρονέεις. Apud Galen. in Hippocr. περὶ ἄρθρων, lib. II, t. 33 vbi κραίνειν ei eſſe τελευτᾷν docet, pergit, ὁμοίως τῷ ποιητῇ Ἀριστοφάνει·" εἴπερ δὴ κρανέω γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται." Vnde Ariſtophanes apponatur, non aſſequor: niſi Ariſtophanea lectio memoratur. Nam ap. Comicum haec occurrere non memini.

198. *δός νῦν μοι.* „*ἐν ἄλλῳ· δός μοι νῦν*" Sch. A: ſicque Lipſ. vn. Vindob. *δός δή μοι.* haud deterius.

ᾧ τε σὺ πάντας. πάντα Cant. Poſſunt autem *Φιλότης* et *Ἵμερος* maiore litterarum ductu ſcribi tanquam deae comites et apparitrices. Non tamen res ſatis procedit vſſ. 216. 217.

199. *δαμνᾷ* pro *δάμνασαι* dorice. Sch. B. Mirum a grammatico tale quid dici. Eſt *δαμνάομαι, άῃ* et *ᾷ*. Praeſtat tamen ipſum *δάμνασαι*, quod etiam Bentl. reponi volebat.

200. *εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης. πολυφόρβου.* Apollon. Lex. *φέρβειν, τρέφειν. ὅθεν καὶ τὴν γῆν πολυφόρβην.* (*καὶ*) *πολυφόρβου πείρατα γαίης.* Prius occurrebat I, 564. Longum eſt Scholion Porphyrii Scholio B. inſertum argutiis refertum, quod nunc *πείρατα γαίης* memorantur, cum alibi *ἀπείρων γαῖα* ſit: quaſi non in oculos incurrat, *ἀπείρονα* eſſe vel ſimpliciter *magnam*, vel, ſi argutari placet, *rotundam*, *σφαιροειδῆ*. Laudatur in his fragmentum Heſiodi: *ὡς παρ' Ἡσιόδῳ, ἐν γυναικῶν καταλόγῳ, ἐπὶ τῆς Ἀγήνορος παιδὸς Δημοδόκης·* (eſt quae *Demonice* ap. Apollodor. I, 7, 7.) — „*τὴν πλεῖστοι ἐπιχθονίων ἀνθρώπων μνήστευον, καὶ πολλὰ καὶ ἀγλαὰ δῶρ' ὀνόμηναν Ἴφθιμοι βασιλῆες ἀπειρέσιον κατὰ εἶδος, propter inſignem pulcritudinem:* vt emendandi ſunt verſus; niſi fuit quoque *διὰ εἶδος*. Idem: Ariſtophanes, *Δαναοῖσι δακτύλιον χαλκοῦν φέρων, ἀπείρονα ἔφη.* Notus *δακτύλιος ἄπειρος* rotundus, et ſine palea: v. Pollux VII, 179. Porro ex Aeſchylo laudatur: *ὑμεῖς δὲ βωμὸν τόνδε καὶ πυρὸς σέλας κύκλῳ παρίστατ', ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι εὔξασθε.* ex Euripide vero Clytaemneſtra Agamemnonem *περιβαλοῦσα ὑφάσματι ἀπείρονι.* (eſt *ἢ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι* in Or. 25) et: *ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα* (Fragm. inc. Eurip. I;) — Verſum Strabo laudat lib. I, p. 9 vbi de oceano agit, qualis ex Homeri mente ille fuerit. Laudatur in eodem Porphyrii Scholio *Heraclitus*, qui eſt auctor Allegoriae Homericae; nam in c. 47 libelli habentur ea.

ad quae auctor respicit: (vt adeo hinc quoque nomen auctoris vindicetur contra vulgarem scripturam *Heraclidis.*)

Fuit ad h. v. 200 aliud Porphyrii Scholion, seu ἀπόρημα et λύσις, seruatum a Schol. B. inf. ad 295 seu potius 301. satis absurdum, cur Iuno non soluerit iurgia inter Tethyn et Oceanum sup. A, 423 sq. quando Iuno cum ceteris diis ad Oceanum inuisendum processerat.

201. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν. Per πατέρα declarat Sch. A. cum Sch. br. scilicet est pro γενέτορα, l. γεννήτορα. Notum e Virgilio Ge. IV, 382 *Oceanumque patrem rerum,* etsi is latius dixit *rerum.* cf. inf. 246. Monet Ernesti non esse eo deueniendum, vt γενέτην aliquis legendum putet; etiam Iosephum XVIII, 2, 4 γενέσεις pro liberis dixisse. Ὠκεανόν γε Vrat. d. — *Tethyn* vterque Schol. cum Sch. br. interpretantur terram, quasi nutricem, τιθήνην τινὰ (τήθην) οὖσαν καὶ τροφὸν πάντων.

Plato in Theaeteto p. 152 D. E. versu laudato ait, per haec declarasse Homerum ortum omnium rerum e fluxu et motu: πάντα ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως, inferendo subtilitatem suam philosophus in poetam; respicitque eadem p. 160 D. p. 179 E. inprimis in Cratylo p. 402 B. memorantur in iis locis initia philosophiae Heraclıteae ex Homerico hoc ducta; in postremo loco additur: οἶμαι, καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς, ὅτι „Ὠκεανὸς πρῶτος καλλιῤῥόου ἦρξε γάμοιο, ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν. cf. Athenag. s. 15 (19) 4. et ad eum notata, vnde patet Orphicos quoque cosmogoniam suam et theogoniam ex hoc versu duxisse creditos esse. Verum de his actum diligenter a viris doctis historiam philosophematum exponentibus, in hisque inprimis a Tiedemanno, V. C. processum enim est ab hoc ad illud placitum de omnium rerum ortu ex aqua et igni: v. Sext. Empir. p. 685. Intolerabiles argutias alias allegoricas ad h. l. adscripsit Eustathius nescio vnde petitas.

202. οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐΰ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον. ita vulgo lectum hic et inf. 303. οἵ με σφοῖσι Lipf. a m. pr. et Ven. cum Schol. A. B. addunt illa, fic Ariftarchum legere; alios οἵ μεν σφ. Poteft vtique ἐν excidiffe, poteft quoque infertum effe.

ἐΰ τρέφον. ἐΰτρεφον vna voce alii codd. et edd. probante Euftathio. vix bene.

203. δεξάμενοι Ῥείης. Sic quoque Venetus. At Schol. A. „Ῥείας αἱ Ἀριστάρχου. οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης." non affequor, cur in hoc vno vocabulo ab Ionico vfu receffferint.

ὅτε τε Κρόνον εὐρυόπα Ζεὺς. Clarke: „quando videlicet." Scilicet fententia ita h. l. fert. At τε non eft, videlicet, fed τε cum ὅτε iungitur tanquam copula nulla cum vi. ὅτε γε feriores fcripfiffent, fimili more et eadem vi.

εὐρυόπης Ζεὺς iam memoratus E, 265 et al.

204. γαίης νέρθε καθεῖσε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης. Etiam haec ad elementorum pugnam fuerunt vocata: ap. Stobaeum Ecl. I, 11. p. 290. ed. Heer. vbi vff. 200. 1. 2. excitantur, et Clement. Strom. V, p. 708. (p. 597) laudatis verff. 206. 207.

205. ※ 206. ※ ⊱ 207. ※ quod verfus hi bene nunc locum habent. non autem infra, vbi repetuntur: 304. 5. 6. In Vrat. b. omiffi funt vff. 206. 207. adfcripti tamen in margine.

205. καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω. Euftath. ἀδιακρίτως φιλονεικίας. Schol. br. πολλὰς καὶ ἀδιαλύτους. Quidni fimpliciter, τὰ νείκη pro τὸ νεῖκος effe dictum? Recitatur verfus cum v. 209 a Plutarcho Coniug. Praecept. p. 143 D. E. vbi vn. cod. pro λύσω, στήσω.

208. εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ. ⊱ „κείνων γε Ariftophanes et Zenodotus" hocque habent Vrat. A. d. „κείνω Ariftarchus, Ὁμηρικώτερον, duplici cafu quarto, ἐκείνους παραπείσασα (κατὰ) τὴν ψυχήν. Schol. br. ἐξαπατήσασα reddit minus bene. Schol. B. vero iungit εἰ κείνω γ' — ἀνέσαιμι. ad hanc vocem

ſpectat gloſſa Heſychii: *ἀνέσαιμι, ἀναπείσαιμι, καὶ παρορμήσαιμι.* transſcripta ex Apollon. Lex. niſi quod pro *παρορμήσαιμι* ſequuntur verba: *ἐποτρύναιμι. προτρεψαίμην.* ad i ſcripto verſu 209. Vt *ἕω ἕσω*, quod *ἵημι* eſt, ita *ἀνέω, ἀνέσω·* ſup. ad N, 657.

παραιπεπιθοῦσα. maluiſſem expungere *τὸ παραὶ*, quod grammaticis deberi cenſeo, pro *παρὰ*, verum vbique ita legitur. *παραὶ πεπιθοῦσα* Ven. Vrat. d. *παραιπεπίθουσα*, accentu mutato, edd. pr. Aldd. Turn. Steph. at Rom. *παραιπεπιθοῦσα*, quod Barnes recepit. Occurrit Ψ, 37 *παρπεπιθόντες*, et Od. O, 26 *πεπιθοῦσα.* Potuit vtrumque vſu haberi, et *πεπίθω*, et *πεπιθέω.*

209. *εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι.* — „quod *ὁμωθῆναι* non eſt *ὁμοιωθῆναι*, (quod Schol. br. cum Apollon. Lex. in *ἀνέσαιμι* habent) ſed *ὁμόσε ἐλθεῖν φιλότητι.*" Sch. A. *εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν* Schol. B.

φιλότητι. φιλότητα Lipſ. De *ἀνέσαιμι* v. ad vſ. antec.

Supereſt hiatus in *ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι* animaduerſus quoque Bentleio: incidebat is in *ὁμονωθῆναι* pro *ὁμονοηθῆναι.* tum ſubſtituebat *ἀνέσαιμ' ἂρ ὁμωθῆναι.* Poſſent alia fulcra nec minus inſeri, *ἀνέσαιμι ῥ' ὁμ.* vel *γ' ὁμ.* Poteſt antiquius videri reuocandum *ὁμοιωθῆναι*, vt ſcribas: *ἀνέσαιμ' ὁμοιωθῆναι.* Nil ſatis placet. Licet redire ad illud, quod in medio verſu tolerari forte potuit hiatus. v. Excurſ. de hiatu, licet quoque ſuſpicari rhapſodi emblema vſſ. 208. 9. 210. Recitat verſum Plutarch. l. c. vbi eſt *ἀνέσασα ὁμωθῆναι φ.*

210. *φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.* Vno *μ* ſcribitur *φιλομειδὴς* et h. l. in edd. et codd. v. ad Γ, 424.

212. *οὐκ ἔστ' οὐδὲ ἔοικε.* Schol. br. *οὔτε πρέπον οὔτε δυνατὸν ἀρνήσασθαι, περὶ ὧν ἀξιοῖς.* Dicendum erat: *οὐκ ἔστι* eſſe pro *οὐκ ἔξεστιν, οὐ δυνατόν ἐστιν*, et alterum *οὐ πρέπον.*

„*γρ. οὐδ' ἐπέοικε*" Barnes.

213. *Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.* — „*ἀθετεῖται*, quia beneficii gratiam ipſa infringit, ſi Iouis

caussa gratificatur, non ipsi Iunoni; et προηθέτει καὶ Ἀριστοφάνης" Sch. A. Prior ratio est friuola; auctoritati autem concedo, simulque sensui, quo rhapsodorum lacinias subtextas ad explendam et amplificandam sententiam facile assuescas subodorari.

Cum Venus et ipsa sit Iouis filia, Iuno eius erat nouerca. Nunquam tamen eo nomine eam Venus compellat. Vides itaque hoc quoque exemplo, quomodo mythi a tam diuersis fontibus ducti pro variis consiliis poetarum diuersis modis modo confusi, modo discreti fuerint, vt temerarium sit, vno eodemque iudicio pronuntiare velle de omnibus.

ἀγκοίνῃσι. Apollon. Lex. h. v. ἄγκοιναι, ἀγκάλαι, laudatis verbis: ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύειν. pro ἰαύεις. Paria sunt in Hesych. Schol. br. Ducit Etymologus ab ἀγκὼν, ἀγκώνη, ἀγκοίνη. De ἰαύειν dictum ad I, 325.

214. ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα. ἔ- „quod κεστὸς non est nomen proprium, vt veteres nonnulli statuerunt." Callimachum vellicari ita peccantem, disco e Schol. Ven. ad Γ, 371. Etsi nunc vsus inualuit, vt Cestum Veneris proprie dicamus; quod Eustathius illustrat exemplis aliis. Pergit Schol. A. „sed est epitheton, ἀπὸ τοῦ τὰς ῥαφὰς κεκεντῆσθαι, *quod suturae acu sunt factae.* Simili modo interpretantur Schol. br. Etymol. Melius dixeris, esse omnino balteum, acu pictum; ita quoque Apollon. Lex. κεστός. οὐκ ὀνομαστικῶς ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἱμὰς κεστὸς λέγεται, ὡς ὑπέλαβόν τινες. ἀλλ' ἐξ ἐπιθέτου, διακεκεντημένος καὶ περιπεποικιλμένος. In eodem Schol. A. subiicitur: ἐμπεποικιλμένης τῆς Φιλότητος καὶ ἱμέρου καὶ ὀαριστύος. Putauit ideo, et sic ab aliis statui video, balteum acu pictum figuris Amoris, Desiderii, Confabulationis, fuisse insignem. Quod ab ingenio Homeri alienum esse existimo; sed antiquo sermone *inesse* ait balteo, cesto ea, quae ex venustate et gratia, quam ille corpori vestito parat, proficiscuntur; suntque dicta adeo eadem quae vulgari sermone efferres: summam corpori gratiam hunc balteum attulisse, vt ad amorem et de-

ſiderium adſpectu alliceret. Eleganter itaque Veneris more veſtita et cincta Iuno deſiderium ſui mouebat. Fuit tamen vel ſic cingulum ornamentis ſuis variatum; eſt enim *κεστὸς* et *ποικίλος*. vti Γ, 371 *πολύκεστος ἱμάς*. Recte adeo Apollon. Lex. in *κεστός*. poſtquam monuerat, non eſſe nomen proprium, — *ἀλλ' ἐξ ἐπιθέτου. διακεκεντημένος καὶ περιπεποικιλμένος*. Idem hoc etymon, additis aliis, habet Etymologus, Heſych. et Suidas, cum Euſtathio.

Hic vero Porphyrii *ζήτημα* habetur in Sch. B. (quod et dignum cenſuit quod adſcriberet Valken. e Leid. cod. ad Ammon. p. 245.) ad v. 216 magisne riſu an indignatione dignum, dubites. „Quaeritur, inquit, cur *τὰ ἐρωτικὰ in balteo* potiſſimum acu picta ex Homeri narratione fuerint? Dixit Satyrus: quia amantes faciunt plagis (loro) digna. Apio, quia amores irretiunt animos laqueis et vinculis. *δεσμοῖς ἐοίκασι*. (Male e Leid. *δεσμοῖς δίκασαν*.) Ariſtarchus autem, *ὅτι ἄχρι τοῦ δέρματος διϊκνεῖται τὰ ἐρωτικὰ πάθη* (argutatur ex *τεῷ δ' ἐγκάτθεο κόλπῳ* ſcil. ipſi cuti) *τίκοντα* (leg. *τήκοντα* et habet quoque hoc cod. Leid.) *τοὺς ἐρῶντας, καὶ ἀποξύοντα διὰ τῆς στύψεως τὰ μέλη*. (dicit ergo *στύψιν* de adſtricta prae macie et oſſibus vix inhaereſcente cute.) Alia Euſtath. adiungit ex antiquioribus p. 979, 48 ſq. Vides clara grammaticorum nomina et ineptas nugas. Alio acumine ad Corinthi vrbis laudes locum transtulit Ariſtides Or. Iſthmica. T. I. p. 23.

Noſtra aetate exorta eſt alia quaeſtio, qua corporis parte ceſtus iniectus fuerit; de qua v. Excurſum ad h. l.

ἀπὸ στήθεσφιν. pro *στήθεος*. v. ad Θ, 300.

215. *ποικίλον. ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο*. *ποικίλον* h. l. arte et ornatu varium. De voce v. ad Δ, 432. *ἐνθάδε* alii. *θελκτήρια*, *blandimenta*. Vox eadem Od. A, 337. et Θ, 509. *τέτυκται* Lipſ.

216. *ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς*. Schol. br. *φιλότης. νῦν ἡ πρὸς μίξιν ὄρεξις*. — Por-

ro τῇ ἔνι μὲν, et pro ἐν δ' ἵμερος, ἔνι δ' ἵμερος ap. Sext. Empir. p. 701.

ἔν δ' ἵμερος ex Plutarcho de aud. poet. p. 15 C. excitari video; quod in edd. non occurrit; sed ἐν δ' — ἐν δ'. Vtitur ille verbis his aliquoties, et suauiter, v. c. de sollert. animal. p. 967 E.

ἐν δ' ὀαριστύς. In nonnullis commentariis occurrere ait Sch. A. ἠδ' ὁ. „Sed illud ἐν δὲ repetitum videbimus in similibus locis: inf. Σ, 535 ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κήρ. et apud Eustath. p. 979, 39 laudatur παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον τὸ

ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἐρατὸν μέρος ἀγλαΐης τε,
ἐν δὲ χοροιτυπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς Φιλότητος.

auctor horum versuum vino ista inesse dixerat, quod etiam appellauit ὄναρ ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσῃ συνοπηδὸν ἀνίῃ. Ad ὀαριστὺν adscripserat Bentlei. Suidae corruptelam ἀοριστὺν, ὁμιλίαν, συναναστροφήν. et Hesychii ἀόρκτους, (ὀαριστύας) ὁμιλίας.

217. πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. πάρφασις inter amantium illecebras et artes. Sch. B. πάρφασις, ἡ διὰ λόγου παράπεισις. v. Od. Π, 286. 7. Apollon. Lex. πάρφασις, παραμυθία. *oratio demulcens.* v. ad Λ, 792. E pluribus apud Hesych. huc spectat: παράφασις — ἀπάτη. At Sch. A. iungit ὀαριστὺς πάρφασις. — τὴν παραλογιστικὴν ὁμιλίαν δι' ἀμφοτέρων δηλοῖ. Nec aliter Etymol. et ipse Apollon. Lex. in Ὀαριστύς. vbi v. Not. Eustathius nil interesse ait. Attamen negari nequit, si duo diuersa nomina sunt ὀαριστὺς et πάρφασις, insuave esse, quod πάρφασις sine copula subiicitur. Omnino versus 217 ita intersertus est, vt suspicioni locum faciat, esse insertum eum ab rhapsodis; etsi vel sic antiquus satis versus est habendus.

ἥ τ' ἔκλεψε νόον. *quae furtim fallere solet.* Recte Schol. br. inter alia: παρελογίσατο. Alia structura erat in illo: μὴ κλέπτε νόῳ Α, 132 ad quem loc. vide. Comparabat Koeppen φρένας ἐξέλετο. esset ita κλέπτειν νοῦν, *sanam mentem eripere.* πύκα περ φρονέοντα laudat

Etymol. in Κύπρις. Φρονέοντας vn. Vindob. adſcr. altero et Ariſtoteles Ethic. Eudem. VI, 6. Ethic. Nicomach. VIII. (VII) 7. vt fit in verſibus ſententioſis.

218. τόν ῥά οἱ ἔμβαλε χερσίν. ⸓ „quod οἱ — χερσὶν dictum pro χερσὶν αὐτῆς." Sch. A. τόν ῥα *hoc inquam. hoc vtique,* Clarke.

219. τῆ, νῦν τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ. ⸓ „quod κόλπος de veſtis ſinu dictum." τῆ, h. e. δέχου. λάβε. Scholia omnia et primo loco Apollon. Lex. h. v. Vulgatum erat τῆ νῦν τοῦτον ἱμάντα, τεῷ δ' ἐγκάτθεο κόλπῳ. At non τῆ cum caſu poni ſolet, quod recte obſeruat ad h. l. Clarke, et illuſtrat exemplis Od. E, 346. K, 477. 287. I, 347. monet quoque δ' abeſſe ab Harlei. Abeſt δ' a melioribus codd. Veneto A. B. Lipſ. Mori. Vrat. A. Eiecerat quoque iam manus Bentleii. Porro τῆ ſcribendum, non τῆ. v. ad Heſych. h. v. Obſeruauerat iam Apollon. Lex. h. v. male a nonnullis ſcribi τῆ, cum ſit imperatiuus. Ducunt autem τῆ a τάω, imperat. τάε. τᾶ. ſed vnde τῆ? laudant ζάω, ζῆ. Atqui hoc ex ζῆθι factum; vt appareat, fuiſſe olim ζῆμι, et τῆμι, vnde τῆθι, τῆ. Seruata forma ab Atticis, ἴστηκίρνη. quod illuſtrat Pierſon ad Moerid. p. 208. Fuit autem τάω communis ſtirpis cum τείνω. A τάω, τάζω, vnde τέταγα. v. ad Il. A, 591.

Sequitur: τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ· de quo nihil video a veteribus diſerte dictum eſſe; Sch. A. B. non aliter videntur accepiſſe, quam: *ſinu abscondendum eſſe balteum.* Et Sch. br. ἐγκατάθου. κατάκρυψον ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ. Item Euſtath. p. 979, 58. Schol. B. alia eaque abſurda, affert. Neque aliam verborum vim, ſi grammaticam interpretationem ſequaris, elicias Alienum tamen a conſilio Iunonis eſſe debuit, ſi illa balteum in ſinu ſuo occultauit; nam ita demum vim habere potuit ad Iouis mentem demulcendam, ſi Iuno ſcite eo ornata ad eum accedebat. Et vſ. 214 ſoluerat Venus ipſa ceſtum a pectore, ἀπὸ στήθεσφιν, non abſconditum ſinu habuerat. Nec rem expedit, ſi Iunonem nunc eſſe iuſſam

dicas ceſtum ſinu reponere, vt, domum redux, ſibi eum cum reliquo ornatu circumdaret; erat enim iam veſtita et ornata, cum ad Venerem acceſſerat. Neceſſe ergo eſt, ἐγκαταθέσθαι κόλπῳ eſſe περιθέσθαι, ſaltem admovere et apponere, h. l. veſti infra mammas et pectus, ad colligendum veſtis ſinum, et gratiam corpori conciliandam. Non aſſentior, vt vides, Winckelmanno, qui ad balteum ſupra femora corpori iniectum κεστὸν refert.

220. πάντα. ſupplendum ex 215 θελκτήρια.

221. ἄπρηκτόν γε νέεσθαι. ἀντὶ τοῦ πορεύεσθαι — ὑποστρέψειν. Sic Ariſtarchus. At Demetrius (non apparet quinam e multis) γενέσθαι ἀντὶ τοῦ γενήσεσθαι (immo γενέεσθαι) vt ſit a γενοῦμαι futuro. (immo vero vt ſit γένω. γενέω.) Sed reſpuit tanquam durum ipſe grammaticus A. cf. B. et Lipſ Etiam Apollon. Lex. ἄπρηκτον; μηδὲν καταπραξαμένην, ἐπὶ τοῦ· ἄπρηκτον γενέσθαι. (aut γενέεσθαι aut γε γενέσθαι).

222. μείδησεν — Ἥρη. — „γήθησε“ Lipſ. quod ipſe cum Erneſtio praeferam; habet quoque Harlei. cum altero pro Var. Lect. et Euſtath.

223. μειδήσασα δ' ἔπειτα ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ. ⊱ „quod omine laetata ſubriſit, quia dixerat Venus οὐκ ἔσῃ ἄπρακτος“ v. Od. Σ, 111 et 116. Schol. A. Subtilius quam res poſtulat; laetata eſt, cum potita eſſet eo quod cupierat.

μέσῳ δ' ἐ. κόλπῳ Ven. et ad eum Schol. A. „ita Ariſtarchus: alii autem ἑῷ.“ Agnoſcit vtrumque Euſtath. μέσῳ etiam Lipſ. Harl. Eſſe hoc ab interpolatore manifeſtum fit; antiquius fuit ἑῷ. Dices, ita vero in ἔπειτα ἑῷ hiatus exiſtit! Minime; nam ϝεος pronuntiatum fuiſſe, ſi ϝuus eſſet, iam aliquoties vidimus. v. ad A. Exc. VII. Bentlei. adſcripſerat: ἔπειτ' ἄρ' ἑῷ. ita debuit ſcriptum eſſe ἔπειτ' ἄρα ϝῷ. cf. Excurſ. de digammo.

225. λίπε ῥίον Οὐλύμποιο. ⊱ „quod Ὄλυμπος nunc mons eſt: quia ῥίον ei tribuitur: ὄρους ἀκρωτήριον. etiam ſecundum Apollon. in ῥίον. Idem verſus T, 114 legitur.

226. Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα. ⸗ quod Olympus, deorum domus, Macedoniae mons eſt. Subiacet Pieria, hinc Emathia, ſerius Macedonia, et adiacet Thracia (hoc non bene; nam eſt h. l. Chalcidice cum peninſula, in cuius extrema ad orientem ora eſt Athos.) Laudatur porro ex Od. E, 50 Πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος, (ſic interpunge) ἔμπεσε πόντῳ. — Macedonia a Macedone dicta: fabula e Marſya memoratur in Sch. A. et Sch. br. Obſeruauit autem in enumeratione hac terrarum ſitus veritatem; eoque nomine laudat poetam Strabo recitatis verſibus lib. I, p. 48 A. cf. *Choiſeul* per Lenz. p. 88.

227. σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν ὄρεα νιφόεντα. „σεύατ' ἐφ'. In alio ἔσσυτ' ἐφ'“ Sch. A. Prius iam vidimus Z, 505 et H, 208. pro ὥρμησεν. Nec minus tamen alterum bene ſe habet. ἱπποπόλων. γρ. „ἱπποκόμων“ Sch. Lipſ. et ὄρεα σκιόεντα vn. Vindob.

229. ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσατο. „Ἀθόω aiunt dictum per ἐπέκτασιν poeticam.“ Quidni duplex forma: Ἀθόως et Ἄθως? vt γάλως. Sch. ad Γ, 122. forte et Ἄθοος. Sch. B. cum Sch. br. vult ſcribi Ἄθοω quod reiectum ab Herodiano in Etymologo; etſi paſſim, vt in ed. Rom. et Euſtath. ita ſcriptum occurrit, qui defendit exemplis πόλεως. ὄφεως et ſimilibus.

ἐπὶ πόντου. Zenodotus et Ariſtophanes. Iidem ἐβήσετο cum Lipſ. Harl. Vrat. b. d. Etymol. ſollenni varietate: v. ſup. B, 35 et al.

Commemorant ad h. l. Scholia et Euſtath. de Atho, quae vulgo nota ſunt, iſthmum a Xerxe perfoſſum, Dinocratis architecti commentum Alexandro oblatum, et de vmbra montis in Lemni vrbem Myrinam proiecta de qua v. ad Cheualerii Troadem c. 5. p. 50 cum Kaeſtneri disputatione ſubiuncta.

230. Λῆμνόν δ' εἰςαφίκανε. Laudat vſ. Plutarch. ſuo more de Exil. p. 603 E. Hic quaeſtio mouetur in Sch. A. et Sch. br. qua de cauſſa *Somnus* in inſula *Lemno* potiſſimum habitare dicatur. Expeditur res ex mythis antiquis. *Vulcani* ſedes fuit Lemnus; eius vxor

Charis. (v. inf. Σ, 382.) Iam autem Charitis ſoror ibidem agebat Paſithea, a Somno amata. Sch. A. Subiicitur in eo aliud longius petitum: quod Lemnus abundabat vitibus; vinum autem ſomnum parit. Hoc idem Schol. B. amplectitur ad vſ. 231. Tertia ratio eſt apud Euſtath. caſu factum, vt hac in inſula Iuno in Somnum, hominum domos et vrbes peragrantem, (inf. 561.) incideret. Ineptum eſt, quod alii Philoctetis cauſſa Somnum in Lemno morantem huc traxerunt; (memores forte chori apud Sophocl. 827 ſq. Vix puto nunc veram cauſſam reperiri poſſe cur Somno ſedes aſſignata ſit in Lemno.

πόλιν θείοιο Θόαντος. „τὴν ὑπὸ Θόαντος πολισθεῖσαν.“ Sch. B. Illo igitur tempore nondum duae πόλεις conditae erant, Hephaeſtias et Myrina. πόλιν Θόαντος ἄνακτος Barocc. lapſu librarii. θείαντος Lipſ. θείοιο ἄνακτος vn. Vindob. Λῆμνον πόλιν, per appoſitionem; vti Ἴδην δ' εἰςαφίκανε. Λεκτὸν, inf. 284. et Κύπρον ἵκανεν, ἐς Πάφον. Od. Θ, 362. Sch. B.

231 ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ Θανάτοιο. Perquam antiqua ſimilitudo! in Heſiodo quoque obuia Θ. 758. Memorat hoc et alia Plutarch. de Conſolat. p. 107 D. in quibus etiam eſt notum illud: ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. quod aliter ſe habet apud Sch. B. qui laudat Mneſimachum Comicum dicentem, ὅτι Ὕπνος ἐστὶ μικρὸν καὶ μερικὸν μυστήριον. non video quam commode dictum ſit hoc alterum. *Conſanguineus Leti Sopor* ductus eſt ex Homero ap. Virgil. Aen. VI, 278. Etiam ſigna Somni et Mortis viſa Spartae prodidit Pauſan. III, 18.

232. ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ. „ἄρα, vt ſolent amici obuiam facti“ Clarke. ſane e contexto et ſententia. Non vero latent in ἄρα, quod eſt vtique, δή.

233. Ὕπνε ἄναξ — verſum reſpicit Aelian. H. A. I, 43.

234. ἦ μὲν Mori. Ven. Townl. Vrat. A. b. d. Etiam Euſtath. ἦ μὲν. ſed ſubiicit ille: γρ. καὶ εἰ μὲν, ὃ καὶ κρεῖττον. Contra Lipſ. habet εἰ μὲν, cum gloſſa: γρ. καὶ ἦ, κατὰ τοὺς παλαιούς. Scilicet poteſt h. l. et in ſimili-

bus, v. c. Π, 236 ſq. X, 233 ſq. ἦ μὲν bene locum habere, etſi propoſitio ſit conditionalis; hoc ſenſu: *ſane tu et alias.* Heſychius: ἦ μέν μοι. ὄντως μέν μοι. etſi hoc ad Jl. A, 77 notatum eſſe potuit. Nam ſaepe formula ἦ μὲν occurrit, et plerumque ἢ μὲν ſcribitur, aut cum ἦ μὴν variat; quod alii etiam praeferendum eſſe cenſuerunt. cf. ad Jl. A, 77. Sollennis tamen formula in precibus eſt εἰ μὲν, vt Lat. *ſi.*

ἐμὸν ἔπος Harlei. Cant. Lipſ. Townl. Vrat. A. b. d. duo Vindob. (εμον ϝεπος) Sicque edd. Flor. Aldd. donec e Rom. ed. receptum ἐμεῦ per Turneb. Sed prius verius.

Sequitur ἠδὲ, quod reſpondet h. l. τῷ, ἦ μὲν vel εἰ μέν. Alibi ſubiicitur ἦ τε *ſane quoque.* Sup. M, 67. εἰ μὲν γὰρ δὴ — ἦ τ' ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι. Od. M, 137. τὰς εἰ μέν κ' ἐάᾳς — ἦτ' ἂν ἔτ' εἰς Ἰ. Add. Jl. K, 449. 450. et al. ſicque noſtro quoque loco ſcriptum eſſe mallim. Subiicitur quoque εἰ μὲν — τῷ Jl. O, 49. Poſſunt tamen etiam pro ἠδὲ loca laudari: Jl. H, 301. a η μὲν — ἠδ' αὖτ'. Π, 236. 8 ἦ μὲν δὴ — ἠδ' ἔτι καί. Arbitror tamen et in his melius ſcribi ἦ δέ. Quod ἠδέ τι ſcribitur in nonnullis, vt Vrat. d. ſolito more fit.

235. ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν ἤματα πάντα. Erat vulgo editum εἰδέω, eadem vi et laude. At ἰδέω Ven. A. B. cum Harlei. Mori. Vrat. A. d. Addit Schol. A. Ariſtarchum ita legere; at αἱ δημώδεις εἰδέω. adiicitur aliud Scholion: ἔδει δὲ, ἤτοι ἰδείην, ἵν' ᾖ τὸ ῥῆμα ἠλλαγμένον, ἢ, ἐκ περισσοῦ νοουμένου τοῦ καὶ (κε), ἐγὼ δέ σοι εἴσομαι χάριν. Scilicet hanc vim habet aoriſtus coniunctiui ἰδῶ, vt ſit idem quod ἰδείην vel εἴσομαι. Ita Scholion eſt conſtituendum. Schol. B. ait: ἰδέω, Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ὀφλήσω. Eſt enim εἰδέναι χάριν τινὶ eadem vi dictum. Vulgatum tamen εἰδέω eſt quoque in Euſtath. et Schol. br. Puta formas fuiſſe plures εἴδω, εἰδέω, ἰδέω, ἰδῶ, quod et pro futuro fuit.

καί τοι cum vitio metri edd. Flor. Aldd. Correxit ex ed. Rom. Turnebus.

236. *κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ.* „*ὑπ' ὀφρύσιν* Aristarchus et Aristophanes. At Zenodotus *ὑπ' ὀφρύσι.*" Corruptum hoc. forte *ἐπ'*. Videtur *ἐπικοίμησον* iunxiſſe. Sed verum prius *ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε*, inf. O, 607. 8 *τὼ δέ οἱ ὄσσε λαμπέσθην ὑπ' ὀφρύσιν.* Aliquoties: *ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λεῖβον.* *κοίμισον* Lipſ. c. al. *κοίμισσον* Harl. et vn. Vindob. Euſtath. ait *ὅτι τὸ κοίμησον Αἰολικῶς ἔτρεψε τὸ ι εἰς η κατὰ τοὺς παλαιούς.* Immo vero eſt antiquior forma et vſus *κοιμάω*, quod ſerius *κοιμίζω*. cf. ad M, 281.

237. *ἐπεί κεν ἐγὼ παραλέξομαι ἐν φιλότητι.* „*γρ. παραλέξωμαι φιλότητι*" Barn. Eſt ap. Euſtath. p. 981, 42.

239. *Ἥφαιστος δέ κ' ἐμὸς παῖς ἀμφιγυήεις.* „quod *κ'* h. l. non eſt *καὶ*, ſed *κὲ* Homerico more abundans." Sch. A. Spectandus is eſt in eo, quod *κε* cum futuro iungitur; Eſt *τεύξει κε* vt paullo ante *παραλέξομαί κεν*, et ſic ſexcenties. Serior ſcriptor vſus eſſet *τῷ γε*. vel poterat ſcribi *δέ τ'*.

ἀμφιγυήεις iam A, 607 lectum. Nec h. l. ſcriptura variat; cf. ad N, 147.

241. *τῷ κεν ἐπισχοίης λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων.* *ἐπισχοίης.* Vix eſſe putes quod in hac voce moretur. Forma antiqua, Atticam appellant, ſatis obuia eſt: *σχοίην. σχοίης* pro *σχοῖμι. σχοῖς.* Attamen Ven. exhibet *ἐπισχοιες*, quod analogia caret; fertur tamen in Schol. A. eſſe lectio Herodiani appoſita libro XVII *τῆς Καθόλου*, et eſſe Syſtolen *τοῦ ἐπισχοίης.* Quid eum ad probandam hanc lectionem adduxerit, non reperio. Credas eum in codices incidiſſe, qui id exhiberent. Ita vero hoc ſuperfuiſſe dicerem ex antiqua ſcriptura ΕΠΙΣΧΟΙΕΣ ſeruatum, qua E erat pro H. quod cur nunc vna tantum in voce ſeruemus? Bene itaque ab alio grammatico notatum: *καὶ ἴσως ἔδει οὕτως (ἐπισχοίης) ἔχειν. παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων* (an *ab iis qui formam vocis mutarunt?* cum ex antiqua ſcriptura lectio mutaretur in ſerius receptam?) *τῷ δὲ χαρακτῆρι* (*forma*) *γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ, καὶ*

τῷ πεπαγοίην παρ' Εὐπόλιδι, εἰκότως ἐβαρυτονήθη τὸ ἐπισχοίης γενόμενον ἐπισχοῖες ὡς Αἰολικόν. (non ἐπίσχοιες vt ἐπίσχοιμι ἐπίσχοις) οὕτως Ἀλέξανδρος ὁ Κοττιαεὺς ἐν τῷ ι' τῶν παντοδαπῶν. totam rem inuerfe tradens; non ex vfitato factum eft inufitatum; fed relictum ex antiqua fcriptura, quod recentiori erat attemperandum. Nihil hac de re meminere alii grammatici. In Hefych. eft ἐπισχοίης. ἐπιβάλοις.

λιπαροὺς πόδας. Ariftoph. Vefp. 604 memorat Euphronium grammaticum retuliffe hoc epitheton h. l. ad morem lauandi et vngendi pedes hofpitum. Poteft tamen effe fimpliciter epitheton ornans: candidi, pulcri.

242. προσεφώνεε νήδυμος ὕπνος. ― „quod νήδυμος cum ν pro ἥδυμος" Schol. A. faepe iam repetitum; primo loco ad B, 2. Infra 253 τὸ νήδυμος aiunt (v. Euftath.) aperte dictum effe, quia a verfus initio pofitum; at h. l. poteft effe προσεφώνεεν ἥδυμος.

243. Verfus paullo ante iam lectus vf. 194.

245. ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα. καὶ ἂν exple καὶ κατευνήσαιμι ἄν. Vrat. A. κατευνάσαιμι, male. ita α corriperetur ex κατευνάζω.

246. Ὠκεανοῦ, ὅς περ γένεσις πάντεσσι τέτυκται Supra 202 erat θεῶν γένεσις Oceanus, h. e. γενετήρ. Defiderari poteft et h. l. aliquid quod πάντεσσι fcil. θεοῖς declararet. Vt nunc eft, πάντεσσι debet ductum effe ἀπὸ τοῦ, τὰ πάντα. Ita natum eft philofophema tantopere agitatum. In Schol. A. Porphyrii eft quaeftio, repetita in Schol. B. et Sch. br. „quomodo hoc foluendum fit, quod nunc *omnia* ex Oceano generari dicat Homerus, porro Hefiodus omnia ex Chao orta Theog. 216 narret. ῥητέον οὖν, fubiicit, ὡς ἕκαστος μὲν εἴρηκεν, ὡς ἐβούλετο, Ὅμηρος δὲ φιλοσοφώτερον. nam aqua eft omnium rerum principium." Scilicet fuere commenta cofmogonica in vetere Graecia diuerfa; inter haec vnum de rerum ortu ex Chao, aliud ex Vrano, aliud quod a Crono rerum origines repeteret, alia aliter; in his quoque ab Oceano res ducens. Quid poeta fenferit, propter ambi-

gnitatem τοῦ πάντεσσι obſcurum eſt; poteſt videri per γένεσιν θεῶν etiam reliquarum rerum ortus declarari vt ſint τὰ πάντα. Ita verſum 246 accepiſſe et declarare voluiſſe videtur Crates, grammaticus, qui alium verſum ſubiecerat: „ἀνδράσιν ἠδὲ θεοῖς, πλείστην δ' ἐπὶ γαῖαν ἵησιν" vt ſit πλείστην γένεσιν. Memoratur haec interpolatio ap. Plutarch. de facie in orbe lunae p. 938 D. Vulgo πάντεσσι a τὰ πάντα ductum accipitur, etiam ab ipſo Plutarcho, ſi modo is auctor eſt libelli de philoſ. plac. I, 3.

Orphei verſum hunc fuiſſe, olim creditum eſt: vt eſt ap. Athenag. Legat. 15, 5. vbi tamen alter ille verſus 202 Homero attribuitur. Recitatur tamen tanquam Homericus vterque verſus ap. Stobaeum Ecl. phyſ. I, 11 p. 278.

248. ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι. Euſtath. tum Barocc. vn. Vindob. Lipſ. κελεύει. Recitat verſum Apollon. Lex. in εὐνήσαιμι· κοιμήσαιμι. ſed in fine lapſus — αὐτός γε Κρονίων.

249. ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτε ἡ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ. Erat ἄλλοθ' ἑῇ a Wolfio (in priore edit.) repoſitum e var. lect. Clarkii, quantum video, qui id e Barnes duxit, quem hanc lectionem ſuopte ingenio effinxiſſe apparet. In marg. Stephani erat ἄλλοτε ἡ, ſicque Mori. Lipſ. Harlei. ἄλλοτε σὴ — ἐφετμὴ Cant. Vrat. b. at librorum maioris partis lectio eſt καὶ ἄλλο τεὴ — ἐφετμή. *tuum mandatum*, h. e. euentus quem habuit Iunonis mandatum, cum Iupiter expergefactus fraudem factam reſciuiſſet. Docet ſenſus duriſſimum eſſe ἄλλο pro κατ' ἄλλο. ἄλλοτε. tum et illud durum: Iunonis *iuſſum caſtigaſſe* aut, vt vertunt, *ſapere feciſſe* Somnum; at enim qui caſtigauit, fuit *Iupiter:* ideoque recte ſeparantur ἄλλοτε ἡ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ. Tum vero aliud eſt quod turbet, quomodo Iupiter ſapere eum docuerit ἐφετμῇ ἧ vel ἑῇς, *ſuo iuſſu;* nam *Iunonis*, non Iouis, erat iuſſum, quod Somnus exſequutus erat. Propior ad haec eſſet lectio Vrat. A. ἄλλοτε σῇ — ἐφετμῇ.

Nunc videamus antiquiores. In Ven. vtroque legitur, quod vulgo habemus: ἄλλο τεῇ ἐπίνυσσεν ἐφετμή. Sch. A. docet, Ariſtarchi et Herodiani eam lectionem eſſe caſu recto, et prior quidem ita expoſuerat: κατ' ἄλλο ἡ σὴ ἐσωφρόνισεν ἐντολή. Sch. B. autem: ἤδη γάρ με καὶ εἰς ἄλλο (quae et gl. mſ. Moſc. 2.) ἐπαίδευσεν ἡ σὴ πρόςταξις. Probant Alexion et Schol. A. (Adde Plutarch. de Hom. poeſi ſ. 4. et Euſtath. p. 981, 60. et p. 983, 18 τουτέστιν ἡ σὴ ἐσωφρόνισε συμβουλή· quam incommoda ſit ſententia, nemo ſenſiſſe videtur. Ad ἄλλο ſpectat gloſſa Apollonii Lex. καὶ ἄλλο. καὶ ἄλλοτε. At Ptolemaeus Epithetes, praeeunte Zenodoto, legerat: καὶ ἄλλο τεῇ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ. — οἷον, τῇ σῇ ἐντολῇ ἐσωφρόνισέ με. (potius *per, propter id quod tu mihi iniunxeras.*) Tandem Parmeniſcus legerat: ἄλλοτε ᾗ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ. cum quo conuenit illud ἄλλοθ' ἑῇ, etſi, vbi repertum aut quo ſenſu acceptum ſit, non reperio. Scilicet, vt locum habeat, ἐφετμῇ ᾗ accipiendum eſt, non, iuſſu, ſed *minis ſuis.* Conuenit Scholion B. ſi ἄλλο τεῇ in eo emendes ἄλλοτε ᾗ. οἱ δὲ, ait, ἄλλοτε ᾗ ἐπίνυσσεν ἐφετμῇ, τουτέστι, τῇ ἰδίᾳ ἐσωφρόνισε καὶ ἐνουθέτησεν ἀπειλῇ. Et ap. Heſych. et Etymol. eſt ἐφετμὴ — νουθεσία. Hoc igitur tenebo.

ἐπίνυσσε. Spectat ad h. v. Apollon. Lex. ἐπίνυσσεν, ἐσωφρόνισεν, addunt alii, ἐπαίδευσεν, ἐνουθέτησεν. v. Heſych. Schol. br. διήσειρεν in Suida redditur; corrupta voce: quae varie emendari poteſt; διήγειρε. διέσεισε vexauit. et al. ἐπίνυσεν vno σ Lipſ.

250. ὅτε κεῖνος Ionicum e Cant. Mori. Harl. Townl. Vrat. d. Ven. pro vulgato ὅτ' ἐκεῖνος.

252. ἤτοι ἐγὼ μὲν ἔλεξα Διὸς νόον. ἔλεξα, ἐκοίμισα, eſt ap. Apollon. Lex. et hoc expreſſum eſt in ed. Flor. et Rom. Induxit ἔθελξα Ald. ſec. quod Barnes defendit, quia θέλγειν νόον proprie ita dictum eſt, magis quam λέγειν νόον. Exhibet tamen ἔλεξα νόον optimus quisque codex. Etiam Schol. br. ἔλεξα, κατεκοίμισα cum Euſtath. λέγω eſt, cubare facio, ſopio.

νήδυμος ἀμφιχυθείς. Apollon. Lex. h. v. περιχυθείς. περιπλακείς.

254. ἀνέμων ἐπὶ πόντον ἀήτας. Ex hoc vſ. et Od. I, 239 notant grammatici ἡ ἀήτη, πνοή. At O, 626 δεινὸς ἀήτης. vbi Euſtath. ex Heſiodo laudat: νότοιό τε δεινὰς ἀήτας. ex vſſ. ſpuriis 675 vbi paullo ante erat εἴ κ' ἄνεμοί γε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.

255. καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' — ἀπένεικας. „Nonnulli Κόον, etiam Calliſtratus ἐν τοῖς διορθωτικοῖς." Schol. A. Pronuntiabatur vulgo τὴν Κῶν. τὴν Κῶ v. Euſtath.

256. ὁ δ' ἐπεγρόμενος χαλέπαινε ῥιπτάζων iungere iubent Schol. br. eſſe enim pro ἐῤῥίπταζε χαλεπαίνων.

ἀνεγρόμενος Euſtath. pro var. lect.

Fabula de Herculis eſcenſione in inſulam Con, quam Meropes habitabant, e Pherecyde narratur in Schol. A. B. br. et ex eodem ap. Apollodorum. Verſum laudat Schol. Pindari Nem. IV, 40. nam et Pindarus fabulam attigit.

258. καί κε μ' ἄϊστον. h. e. ἀφανῆ. Cant. καί κ' ἐμ'.

259. εἰ μὴ Νὺξ δμήτειρα θεῶν ἐσάωσε καὶ ἀνδρῶν. „δμήτειρα. οὕτως ἐν πάσαις. Ἀριστοφάνης καὶ Ζηνόδοτος· μήτειρα" Schol. A. adde Euſtath. Atqui hanc formam pro μήτηρ ignorauit Homerus, vt nec aliam norat formam quam Δημήτηρ. Apollon. Lex. in Νὺξ, excitat δμητῆρα vitioſe pro δμήτειρα, item Heſychius, iam emendatus.

„γρ. μ' ἐσάωσε" Barnes.

260. ἱκόμην Sch. br. interpretantur ἱκετεύων παραγενόμην. et Euſtath. ἱκόμην, ὅ ἐστιν, ἱκέτευσα. Bene. v. ad X, 123.

ὁ δ' ἐπαύσατο χωόμενός περ. Suſtuli interpoſitam interpunctionem; eſt enim pro ἐπαύσατο χώεσθαι, ὀργισθῆναι. Ionicum ὁ δὲ παύσατο eſt in vno Vindob.

261. ἅζετο γάρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἕρδοι. „Νυκτὶ θοῇ. nonnulli: φίλῃ· quod et melius. τί γὰρ πρὸς τιμὴν ἡ θοὴ Νύξ;" Sch. B. et Lipſ. Doctior tamen videri debet lectio θοῇ, Nocti propria, quatenus ipſa dea curſum

nocturnum celerrime peragit. Legerat quoque θοῇ Apollon. Lex. p. 45. Bentl. coni. Νυκτὶ θεᾷ vt O, 93 θεὰ Θέμι. 206 Ἶρι θεά. Et poteſt eo facere quod in Sch. br. adſcriptum eſt: ἢ θείᾳ.

ἅζετο — δασυνομένης — ἀντὶ τοῦ ἐσέβετο. Apollon. Lex. h. v. Etiam ap. Sophocl. Oed. Tyr. 155 ἀμφί σοι ἁζόμενος. vbi gloſſa ap. Brunck. εὐλαβούμενος. φοβούμενος.

ἀποθύμια. τὰ μὴ καταθύμια, ἀλλὰ προςάντη τῇ ψυχῇ Apollon. Lex. Alia, ſed eodem ſenſu apponunt alii, Sch. br. Heſych. Etymol. in quo ſunt λυπηρά. Eſt quoque ἀπὸ θυμοῦ εἶναι vt A, 562.

ἔρδοι et ἕρδοι ſcribitur; nil refert: modo teneas, olim duas fuiſſe formas, aliam cum digammo, aliam ſine eo; Neceſſe eſt h. l. fuiſſe αποθυμια ϝερδοι· v. ad A, 315. Bentleius quidem coni. ῥέζοι.

265. ἢ φῂς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρυόπα Ζῆν', ὡς Ἡρακλῆος πέρι χώσατο. Etiam h. l. veteres grammatici disſenſerunt de voce ἦ, aliis, vt Aſcalonita, ἢ ſcribendum eſſe contendentibus, non modo ſi eſt *vel*, ſed etiam in interrogatione, ἦ in affirmatione; aliis in vtroque ἦ locum habere. Eadem dubitatio etiam h. l. occurrit in Ven. A. B. et Sch. Lipſ. ad 275.

ἀρηξέμεν Barocc. Mori. Ven. Lipſ. Harl. Moſc. 2. Vrat. b. nec male.

In fine vulgo exaratum Ζῆν' — ὡς. At eſt Ζῆ — ν' ὡς in Ven. Lipſ. Vrat. d. et edd. Rom. Turn. multa congeſſit ad hoc Euſtath. p. 984. Parum intereſt; hoc tamen grammaticis praeceptis magis conſentaneum. Dicta iam de his ſunt ad Θ, 206. vbi idem hemiſtichium erat.

παιδὸς ἑοῖο. de quo v. ad A, 496 et Exc. de digammo.

266. Ἡρακλεῖος Townl. περιχώσατο ed. Rom. Moſc. 2. Vrat. d. vn. Vindob. alter ἐπεχώσατο.

267. ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων — ξ— „quod (iterum 275) πρεσβυτέρας et νεωτέρας

Χάριτας nouit Homerus" Sch. A. Necesse hoc non est; nam adiectum esse potest epitheton perpetuum ac proprium. Gratiae omnino sunt puellae tenera aetate, iuvenculae, ὁπλότεραι. Hoc est illud, quod apud Suidam in ὁπλότερος notatur, dici vocem et comparatiue, et absolute, vt sit omnino, in iuuenili aetate constitutus, in Homero autem accipi comparatiue, et eum duas γενέσεις Χαρίτων ὑποτίθεσθαι. quod tamen necesse non erat facere.

Ineptum est Scholion Porphyrii ad h. l. quo quaerit, cur promissa coniux maiorem vim ad Somni animum flectendum habuerit, quam thronus. Porro Charitem dicit h. l. esse οὐ προκαταρκτικήν, ἀλλὰ μεμπτικήν, lege ἀμειπτικήν. non de beneficio, sed grata voluntate χάριν esse accipiendam. Aliis modis argutantur alii et Eustath. p. 982, 42. At Schol. B. cestum tantum ad ἐρωτικὰ valuisse ait; itaque Pasitheae mentionem fuisse faciendam. Atqui ad Iouis amorem vnice cestus expetitus fuerat.

Ad v. 267. spectat gl. Suidae in ὁπλότερος.

269. Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα. Versus abest a Venetis A et B. Et ad 276 monet Schol. B. et Lips. nunc a Somno nomen addi Pasitheae. Porro abest ab Harl. Lips. Townl. Vrat. A. Mosc. 2. vno Vindob. merito pro insititio habendus. In edd. (adde codd. Cant. Vrat. b. vn. Vindob.) pro ἐέλδεαι legebatur ἱμείρεαι, quod ex v. 276 mutauit Barnes, qui primus vidit primam in ista voce esse longam, vt vel ex v. 163 supra apparet. In Vrat. b. versus extat, sed mendosus: Πασιθέης ἱμείρεαι ἧς αἰὲν ἤματα πάντα.

270. χήρατο et χήρατο scribitur vt in ceteris ex at natis. At est aliud quod hic moratur quodque verbis Bentleii adscribam: χήρατο δ' Ὕπνος. Nusquam alias χαίρομαι. Δάτιδος illud: ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι non risissent, si Homerus dixisset χήρατο. Emendat itaque χαῖρε δ' ἄρ' Ὕπνος. Reponi potest: Datidis dictum (Pac. 290 Aristoph.) aliis de caussis rideri potuisse;

porro ap. Homerum esse ἐχάρην vt Γ, 23 et al. χαρέντες sup. K, 541. Nisi dicas, ἐχάρην diuersae indolis tempus esse (ductum forte a χάρημι) quam ἔχηρα et ἐχηράμην. E priore illo ductum fuit κεχάρομαι (a κέχαρα ex χάρω antiquo, vnde ipsum κέχαρμαι ducendum esse apparet) et κεχαρέω et κεχαρέομαι in Homero obuia. Hactenus ea, quae pro Bentleii obseruatione dici possunt. Praestat dicere, esse τὸ χήρατο si non suspectum, obseruatu tamen dignum.

271. νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ· ἀάατον. de hac voce contraria asserunt grammatici praeeunte iam Apollonio Lex. ἀάατος ὁ ἀβλαβής — ἐνίοτε δὲ τὸν ἐπιβλαβῆ καὶ δυςχερῆ. Paria Sch. br. Sch. B. Etymol. h. v. et addunt alterum esse referendum ad εὐόρκους, alterum ad ἐπιόρκους. Melius puto rem sic dispones: ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ est, quatenus sine noxa per Stygem peierari nequit. Multa cumulantur temere, inprimis apud Eustathium. Actum de voce sup. ad I, 116. Fuere voces ἄω, ἀάω, vnde ἀάσατο, *laedo*, βλάπτω, vnde ἄατος, *laesus*, (vt ἀάτη, βλάβη, vnde factum ἄτη) vel *qui laedi potest*, et praefixo α. ἀάατος, *qui laedi nequit impune.* ἄατον passim codd. et Etymol. et ed. Flor. Aldd. emendatum e Romana.

272. χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἕλε χθόνα — ⊱ „quod ἕτερος de duobus dicitur bene, Ἑλληνικῶς" Sch. A. B. forte cum respectu ad alios qui ἄλλος male ita vsurpabant. Iidem cum Sch. br. iurari obseruant per duo elementa, "τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν." Atqui iurat *per Stygem*, manu altera terra, altera mari iniecta; v. Not. Illustrat hinc iusiurandum οὐ δᾶν ap. Theocr. VII, 39 Schol. ad e. v.

273. ἅλα μαρμαρέην. respicit Hesych. μ. λαμπράν. Habet hinc Virgil. *marmoreum aequor*, quod hinc apparet esse λαμπρὸν a Sole. Contorte veteres τὴν λαμπρότητος θρεπτικήν, τοῦ ἡλίου. Sch. B. et Eustath.

ἵνα νῶϊν ἅπαντα Vrat. d.

274. μάρτυροι ὦσ' οἱ ἔνερθε θεοὶ — ⸖ „quod Zenodotus μάρτυρες legerat, ignorans apud Homerum μάρτυροι occurrere.“ V. ad A, 338. et al.

„οἱ ἔνερθε θεοὶ sunt Titanes, Vrani soboles: Cronus Crius, Hyperion, Iapetus, Coeus.“ Sch. A. et Sch. br.

μ. ὦτιν et μ. ὅσσοι ἔ. θ. ap. Eustath. ὦσιν etiam ed. Rom. quod recte mollius censet Ernesti, equidem etiam verius. Certe ὦσ' οἱ vix Homericum est, primo propter duram elisionem, tum quod articuli vsum hunc ignorat. Consentiunt tamen in ὦσ' οἱ codd. etiam Ven. ὅσσοι Wasse praeferebat. ὦσ' οἱ νέρθε Cantabr.

275. 6. Laudat versus Pausan. IX, 35 loco noto de Gratiis p. 781. vbi in Homero modo vnam Vulcani vxorem, Charin, Σ, 382. modo plures memorari obseruat. Χάριτας ὁπλοτέρας non comparatiue esse dictas, sed iuvenculas per se, iam notatum ad vs. 267. De varietate in ἦ et ἢ notata grammaticorum v. sup. ad 265.

Πασιθέην est in Lips.

276. ἧς αὐτὸς, sine τ', Zenodotus et Aristophanes.“ Nec erat τ' sup. 269. τῆς τ' αὐτὸς vn. Vindob. Deberi rhapsodo et hunc versum credere licet.

279. ⸖ „quod τοὺς περὶ Κρόνον θεοὺς ὑποταρταρίους appellat; id quod notandum propter alterum, Ὀλύμπιοι, A, 399. qui non sunt Cronii“ Schol. A. et Schol. B. obseruat, „quod ὑποταρτάριοι sunt, non, qui sunt sub Tartaro, sed οἱ ἐν Ταρτάρῳ ὄντες.“

Eustath. notat, adscripsisse nonnullos versum: „ὤμνυε δ' ἐκ πέτρης κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ. Emendauit Barnes: ἐκ πέτρηφι. Docet hoc quoque exemplum pruritum interpolandi Homerica. Confectus versus est partim ex Hesiodo, Θ. 851 Τιτῆνες δ' ὑποταρτάριοι, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες, partim ex O, 37.

Pausan. VIII, 37. p. 676 Τιτᾶνας ait πρῶτος ἐς ποίησιν ἐσήγαγεν Ὅμηρος, θεοὺς εἶναι σφᾶς ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ. καὶ ἔστιν ἐν Ἥρας ὅρκῳ τὰ ἔπη. quae verba si ita accipiuntur, ac si Homerus primus Titanas commentus sit, verum vix perspexisse videri potest Pausanias;

nam antiquioribus carminibus Titanum res expofitas fuiffe ipfa commemoratio in Homero obiter et ftrictim facta fatis arguit; fed eft ille primus et antiquiffimus, a quo Titanes memoratos videmus.

280. αὐτὰρ ἐπεὶ — verfus aliquoties iteratur in Odyffea, vt Od. B, 378. K, 346. cf. Notam.

281. ἄστυ λιπόντε. Barocc. λιπόντες.

282. ἠέρα ἑσσαμένω. Male Harlei. ἀέρα δ' ἑσσαμένω. nam eft ϝεσσ. Etiam apud Hefiod. Ἔργ. 125 funt δαίμονες ἠέρα ἑσσάμενοι, quos Plutarchus quoque memorat de Orac. def. p. 431. B.

283. 284. Laudantur a Strabone lib. XIII, p. 874 A, vbi locorum fitum cum ipfa narratione conuenire docet.

Ἴδην δ' ἱκέσθην. Vrat. d. ἴκχνον.

Ἴδην δ' — Λεκτόν. — „quod Ἴδην Λεκτὸν per appofitum dictum pro Ἴδης εἰς Λεκτόν. Nam Idae pars eft Lectum, promontorium." Schol. A. B. laudantque fimilia fup. Θ, 47. 48 et Od. Θ, 363. De promontoriis Idae v. ad M, 10. cf. ad Θ, 47. fq.

285. ἀκροτάτη δὲ ποδῶν ὕπ' ἐσείετο ὕλη legebatur. Venetus ὑπεσείετο. Ita erat lectum non modo in codd. Lipf. Mofc. 2. Vrat. d. verum et in edd. vsque ad Barnes. qui intulit ὕπ' ἐσείετο. At Schol. A. ὕπο σείετο notat legi ab Ariftarcho Ἰακῶς, h. e. fine augmento. fic et Zenodotus cum Ariftophane." Hoc igitur merito praefertur.

In fine σείετο ὕλη hiatum facit. Forte fuit fcriptum σεῖετ' ἄρ' ὕλη, vt Bentl. iam emendauit. ὑπεσείετο Ἴδη vn. Vindob. non minus vitiofe.

ὕλη. „γρ. Ἴδη" Schol. Lipf. et hoc exhibet Vrat. d.

286. ἔνθ' Ὕπνος μὲν ἔμεινε, πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι. Argutantur Schol. et Euftath. noluiffe Somnum intueri oculos Iouis, antequam ille fopiendus effet; quod futurum erat fi ille Somnum vidiffet. Atqui eft fimpliciter: fubftitit, antequam a Ioue confpiceretur; pro hoc dictum: antequam Iouem ipfe confpiceret, in eius con-

ſpectum veniret. ὄσσε Διὸς ſunt vultus Iouis, vt inf. P, 167 κατ' ὄσσε ἰδὼν, vultum intuitus.

πάρος ἄσσον ἱκέσθαι, Cant. Vrat. A.

ἔμεινε. „γρ. ἔμιμνε" Barnes.

287. εἰς ἐλάτην ἀναβὰς, περιμήκετον. Ad h. v. ſpectat Heſych. in περιμήκετος. εἰς eſſe pro ἐπὶ ex hoc verſu illuſtrat Apollon. in εἰς.

ἣ τότ' ἐν Ἴδῃ — non ſine cauſſa eſſe adiectum, quia ſeriori tempore nullae in Ida abietes prouenerunt, ex antiquioribus obſeruat Euſtath. neſcio an vere. Vix poeta in mythica hac narratione tam ſubtiliter topographiae rationem habuit.

288. δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν. ⸖ „quod aerem ab aethere diſtinguit, quoniam aether eſt ſupra nubes, aer inter terram et nubes." Schol. A. Eiusdem obſeruationis cauſſa verſum memorat Galenus ad Hippocr. Epidem. VI. To. IX. Chart. p. 496 et Stobaeus Ecl. phyſ. I, 23 p. 492 (Cant. p. 52.) Hic eſt ἀὴρ, ὁ περικεχυμένος ἡμῖν. Apollon. Lex. h. v.

πεφυυῖα. ap. Galenum l. c. πεφυκυῖα, contra prosodiam.

290. 291. ἥν τ' ἐν ὄρεσσι χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Schol. A. B. br. cum Euſtathio aiunt „eſſe hanc auem nigro colore, qui ferrugineo propior ſit; (vnde videtur dicta χαλκίς;) accipitrem magnitudine aequat, vocem habet φασσοφόνου (genus accipitrum eſt, palumbis inſidians) vt ait Ariſtoteles." Locus eſt in Hiſt. An. IX, 12. ἡ χαλκὶς ὀλιγάκις φαίνεται. οἰκεῖ γὰρ τὰ ὄρη. ἔστι δὲ μέλας, καὶ μέγεθος ὅσον ἱέραξ, ὁ φασσηφόνος καλούμενος. καὶ τὴν ἰδέαν μικρὸς καὶ λεπτός. κύμινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτήν. ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Ἰλιάδι, εἰπών· „χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Addit alia idem c. 32. Ex his Plin. X, 8 ſ. 10. *nocturnus accipiter cymindis vocatur, rarus etiam in ſiluis, interdiu minus cernens; bellum intercinum gerit cum aquila, cohaerentesque ſaepe prehenduntur.* In Scholiis memoratis ſequuntur quoque

haec: esse auem somnolentam; caput semper occultare sub frondibus; inde quoque nomen inditum: διὰ τὸ ἀεὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς κλάδους κρύπτειν." Ergo putarunt eam proprie κρύμινδιν dictam; nimis acute! Habent tamen haec quoque Etymol. h. v. et Schol. Plat. ad Cratylum To. I. p. 392. dicerem sic saltem esse nomen petitum ἀπὸ τοῦ κύπτειν. Ceterum ex his discas forte auium classem; quale vero auium genus sit, haud inde compertum est; sufficit eam esse ex auibus carniuoris nocturnis. Nec plura suppeditant viri hoc studiorum genere clarissimi, Gesner. Buffon. nec Camus ad Aristot. l. c. Apollonius Lex. h. v. versu apposito addit satis supine: γένος ὀρνέου. nisi alia exciderunt. Nec aliter Hesych. vbi v. Not. Apponit versum Schol. Aristoph. Av. 262 et auem noctuam interpretatur.

Barnes e Tzetza Ms. memorat: ἄνδρες δέ τε κύμην. indocte. De duplici nomine eiusdem rei v. ad A, 403. 404. Disputauit de hac re Clarke ad vtrumque locum.

292. Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσετο Γάργαρον ἄκρον. Erat προσεβήσατο inductum a Turnebo ex edit. Rom. at Flor. et Aldd. προσεβήσετο, quod et codd. exhibent Ven. Lips. Mosc. 2. Vrat. b. d. duo Vindob. De varietate hac v. ad Γ, 262.

294. ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρος πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψε. repetitum vsum τοῦ ἴδε (scilicet pro vulgari, statim) commendat Schol. B. Cum digammum sit ϝιδε, necesse est δ' serius accessisse. Bentl. emendat ὡς ϝιδεν, ὥς. vt sit simile Theocriteo: ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη. Magis Homericum erit, ὡς δὲ ϝιδ' ὥς.

ἔρος, quod Homericum est, rescripsi pro ἔρως hic et Γ, 442. Est quoque h. l. in Schol. br. Eustath. ed. Rom. Turnebo.

πυκνὰς Lips. ἀμφεκάλυψε Schol. B. reddit per ἤγρευσε, vt a reti petitum sit. Apollon. Lex. reddit περιέσχεν, Hesych. περιεσκέπασε. περιέσχε.

294. ὡς — versus saepe laudatus propter sensum et propter formulam; etiam ab Hesych. in ὡς.

295. οἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι. οἷον ὅτε. „γρ. καὶ, · οἷος." Sch. A. quod et vn. Vindob. exhibet. Mirum eſt, quam aliena ad h. v. cumulata ſint a grammaticis: in Sch. A. B. et Sch. br. de Iunone ab Eurymedonte e Gigantibus compreſſa et Prometheo ex ea nato; tum Sch. B. exſcripſit longam λύσιν ἀπορήματος e Porphyrio, quae ad 301 et 304. et Α, 423 ſpectat; dum quaeritur, ſi iurgia inter Oceanum et Tethyn iam multum temporis agitata fuerant (v. 305. 306) cur Iuno ad Oceanum non ſup. Α, 423. vna cum ceteris diis iuerit, et iam tum iurgia Oceani et Tethyis compoſuerit? Nihil dici poteſt nugacius; nihil commune inter ſe habent hi duo tam diuerſi mythi. οἷον ὅτε πρῶτον παρεμισγέσθην Harl. ὅτε πρῶτον περ ἐμισγέσθην Venetus. πρώτιστον ἐμιγέσθην Vrat. A. Moſc. 2 ἐμισγέτην Lipſ.

296. φίλους λήθοντε τοκῆας. „φίλους ἐλάθοντο τοκῆας" Schol. Theocr. XV, 64. vbi fabula narratur ex Ariſtotele, ad mentem Argiuorum; alia narratio fuit Cretenſium rhetorico ſtudio ornata ap. Diodor. V, 72. Vulgatam habet quoque Apollon. Lex. in εἰς p. 248. et Plato de Rep. III. p. 390 C. vbi merito in h. l. inuehitur. v. ad Apollod. I, 3. pr. p. 30 et ad II, 5. 11 p. 410. et ad Virgil. Exc. I, Aen. II. vbi de Piſandro agitur. nuper acceſſit nota Wernsdorfii Poet. Min. To. III. p. 540. Fuit Ἥρας γάμος argumentum multorum carminum, et, vt ex hoc ipſo loco apparet, iam ante Homerum. Ex noſtro loco hoc ſaltem diſcimus, nuptias eſſe factas clam parentibus, et quidem congreſſos eos eſſe ante nuptias iuſtas. Ex aliis auctoribus ſeruata ſunt ea, quae a grammaticis narrantur; v. c. quod Schol. A. ad Il. Α, 609 memorat, per trecentos annos Iouem et Iunonem clandeſtinos amores exercuiſſe. Rarae fidei amores dices! per trina ſaecula ſeruatos! et multo magis mirum hoc, quod iis etſi per tantum temporis protractis iuſtae nuptiae ſucceſſere! Non itaque mirum, ſi per tot annos multa inciderunt, et ap. Theocr. XV, 64 dictum occurrit: noſſe mulieres omnia, καὶ ὡς Ζεὺς

ἠγάγεθ' Ἥραν. Ex iisdem poetis ductum esse debet, quod e Porphyrio seruauit Schol. B. ad vs. 296. Crono demum in Tartarum detruso Iunonem ab Oceano et Tethye Ioui nuptum datam esse; porro, e priore congressu natum esse Vulcanum, quem illa, vt pudori consuleret, prudenti consilio ἄνευ μίξεως se peperisse professa est; etsi vere esset Iouis filius, quod notat Homerus, cui Ἥφαιστος Διὸς φίλος υἱός est, vt inf. 338. tandem et illud, quod in insula Samo primis amplexibus Iunonis fruitus est Iupiter; vnde Samiis mos mansit, quem inter populos Slauicos passim vigere nouimus, vt in matrimonium conuenturi clam prius congrediantur quam nuptias iustas celebrent. Attigit quoque haec Eustath. p. 987.

298. Ἥρη πῆ μεμαυῖα — τόδ' ἱκάνεις. ποῖ Mori. „γρ. τίφθ' Ἥρη" Eustath. τόδε pro εἰς τόδε, pro ὧδε. Sch. B. substituit εἰς τόδε τὸ ὄρος.

299. τῶν κ' ἐπιβαίης. Zenodotus et Aristophanes sine κ'. Potest et per interrogationem legi." Sch. A.

301. hic et seqq. vss. repetiti ex oratione ad Venerem sup. 200 sqq. eadem fere lectionis varietas enotata. Ait Sch. B. et Sch. Lips. ἀθετεῖσθαι hos versus, quippe qui Iouis cupiditatem morantur et retundunt (ἀμβλύνοντες) Respondet ille: „male; immo vero accenditur Iouis cupiditas hac ipsa mora interiecta." Hoc tandem est sensum habere! Nec tamen hoc Scholion nisi ad vss. 304. 5. 6. spectasse videtur; alieno nunc loco assutum.

302. Versum recitat Diodor. I, 8 vbi veteres tradit *Oceanum* ad τὸ ὑγρὸν declarandum adhibuisse.

303. οἵ με σφοῖσι Ven. et Lips. Vrat A. etiam h. l. et Sch. A. γρ. μ' ἐν. vt sup. 202.

304. 305. 306. ※ — ἀθετοῦνται. et προηθετοῦντο παρὰ Ζηνοδότῳ. (vellem additum, num, quia non omnes codd. eos versus habebant) et asteriscus appositus, quod ad Venerem bene haec dicebantur vs. 200. 1. 2. non autem ad Iouem; nec vero necesse erat caussam memorare (οὐ γὰρ προςεδεῖτο προεράσεως (leg. προφάσεως) cum cestum illa haberet; Potuisset quoque fieri, vt ille comes

esse vellet." Sch. B. Argute sane! Potest res in vtramque partem disputari.

307. ἐν πρυμνωρείῃ πολυπίδακος Ἴδης. πολυπιδάκου Vrat. d. Eustath. vt sup. 157. πρυμνωρείῃ. τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τοῦ ὄρους Apollon. Lex. cum cet. grammaticis.

308. ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν. Iterum Od. Υ, 98 occurrit, nec praeterea. τραφερὰ γῆ, *compacta*, *densa*; notus vsus τοῦ τρέφειν, πηγνύειν v. c. γάλα. v. ad E, 903. Od. I, 246. Reddunt ξηρὰν Apollon. Lex. h. v. cum Hesych. Etymol.

309. νῦν δέ σευ. Sch. A. scribendum esse monet σεῦ. ἔστι γὰρ ἀντιδιαστολή. Scilicet ex grammatica obseruatione quam aliquoties vidimus: v. ad Z, 355. Cum inf. 327. in edd. οὐδὲ σεῦ admissum sit, reposui et h. l. cum Mosc. 2. Vrat. b. d.

310. μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι. μετέπειτα. „μετόπισθε Zenodotus et Aristophanes. μετόπισθε κοτέσσεαι Mori et Barocc. Esset simile Od. E, 147 μή πως τοι μετόπισθε κοτεσσάμενος.

314. νῶϊ δ' ἄγ' ἐν φιλότητι τραπείωμεν εὐνηθέντε. Sitne τραπείομεν (τραπῶμεν) a vetere τραπέω pro τρέπω, an a τέρπω pro ταρπῶμεν, τραπῶμεν, dubitari iam inter veteres, vidimus sup. ad Γ, 441. vbi tandem apparuit verius esse τραπῶμεν pro ταρπῶμεν, εὐνηθέντε ἐν φιλότητι; nam haec sunt iungenda: sic inf. 331. τερφθῶμεν etiam h. l. exponit Sch. B. vtrumque Eustath. p. 989, 3. εὐνηθέντες Barocc. Lips. Vrat. d. Reprehensus locus a Platone de Rep. III, p. 390 B. C. recte, quatenus de decoro ethico quaeritur.

315. οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε — ξ- „quod sufficit (sufficiebat) vniuerse haec dicta esse, nec sigillatim exponere necesse est:" respectu versuum 317 sqq.

γυναικὸς absolute scil. θνητῆς. vt et alibi: ἢ θεὸς ἠὲ γυνή.

315. 316. recitat Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 7. p. 129. Chart. et totum locum 315—327 Athenag. Legat. c. 17. irrisionis caussa.

317. vsque ad 327. — „ἀθετοῦνται verſus decem, quod et abſurda eſt enumeratio, Iunonem enim illa multo magis abalienare animo debebat et ipſe Iupiter, ſi cupiditate flagrauit, non facile enumerandis amoribus tempus terere potuit. Etiam Ariſtophanes verſus iam antea damnauerat" Schol. A. Sane abſurdiora, quam hos decem verſus, vix vnquam vllus commentus eſt rhapſodus. Admodum tamen difertos fuiſſe grammaticos in iis illuſtrandis, ex Euſtath. patet p. 988. Debebant ſaltem commemorare haec: ad rudium aetatum connubiorum iura et morem haec eſſe referenda, cum pellices inducere nuptis liceret; et hoc ipſum accendere poterat Iunonis animum, ſi tot pulcerrimas feminas illecebris ſuis ſuperaret.

οὐ δ' ὁπότ' ἠρασάμην. bene monet Clarke, e metrica lege ἠρασάμην non eſſe ab ἐράω, quod mediam producit; ſed ab ἔρημι, ἔραμαι. Vnde et σ duplicatur in — ἐδάμασσεν ἐρασσάμενος ποταμοῖο ap. Apollon. IV, 544.

318. Verſus cum 320. 322. 324. 5. ab Athenagora, Legat. ſ. 17. qui reliqua recitat, non memorantur.

θεόφι ἀτάλαντον. eſt pro θεοῖςφι, ſpectatque ad h. v. Heſych. θεόφιν, θεοῖς.

319. οὐδ' ὅτε περ. Vrat. A. οὐδ' ὁπότε.

De Danae et Perſeo Scholion B. et br. illuſtratum v. ad Apollod. II, 4, 1.

320. ἣ τέκε Περσῆα. vltima per caeſuram producitur, non eo modo quo in Πηλέα et ſimilibus, Attico more, ap. Tragicos.

321. De Europa Schol. br. ad M, 397. ex Heſiodo et Bacchylide agunt. v. Not. ad Apollod. III, 1, 1. Pater h. l. Phoenix editur, alibi Agenor. Eſt Phoenix clariſſimus, τηλεκλειτός. Aberratur per η, τηλεκλητοῖο in Lipſ. et al.

322. cf. N, 449 ſq. ἣ τέκε μοι Μίνω τε. „Sic Zenodotus. At Ariſtarchus Μίνων" Sch. A. quod eſt in Vrat. b. In edd. vbique Μίνω τε. videtur tamen alicubi legi quoque Μίνω καὶ et Μίνωα καὶ.

323. De Alcmena Scholion eſt in Sch. A. B. breu. quod conuenit cum Apollod. II, 4, 6. Alterum quoque de Semele e Bacchis Euripidis, congruit cum Apollod. III, 4, 3. Ad 323. 4. 5. Schol. A. obſeruat Schema Homericum in enumeratione, cum, memoratis duobus, ad poſterius primo loco redit, Ἀλκμήνης, ἥ ῥα. inde ad prius, ἡ δὲ Σεμέλη.

325. ἡ δὲ Διώνυσον. Variare ſcripturam in libris hoc quoque loco, Διώνυσον et Διόνυσον, notat Euſtath. ex more.

326. E Cerere Proſerpina, e Latona ſuſcepti Apollo et Diana.

327. οὐδ' ὁπότε Λητοῦς. οὐδ' ὅτε περ ap. Athenag. ſ. 17.

οὐδὲ σεῦ αὐτοῦ. non οὐδέ σευ. quia αὐτοῦ adiectum. Ex doctrina Apollonii de Syntaxi p. 141. v. ſup. ad vſ. 309.

329. ὡς σέο. ὀρθοτονητέον σέο. Schol. A. ex eodem placito grammatici.

330. αἰνότατε Κρονίδη. In ſeqq. varie interpungi poſſe, obſeruat Schol. A. Equidem nil moueo.

ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες. „γρ. ἔειπας" Barnes.

331. εὐνηθῆναι ἐν φιλότητι iungenda; v. ſup. ad 314.

332. τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα. περιφανῆ ἐστι. φανερά. Schol. br. Et ad h. v. ſpectat Heſych. h. v. πέφανται, φανερόν ἐστι. leg. φανερά. Ed. Rom. τὰδὲ πρ.

333. πῶς κ' ἔοι, εἴτις. „ἔοι ἀντὶ τοῦ εἴη" Apollon. Lex. addito hoc verſu. Et Heſych. ἔοι, ὑπάρχοι. γένοιτο.

Ceterum Iuno in his videtur vereri, ne idem ſibi eueniat, quod Veneri cum Marte cubanti, Od. Θ, 270 ſq.

335. θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν πεφράδοι. Apollon. Lex. h. v. διασημήνειε. ὁ δὲ Ἀπίων ἀνείποι· τοῦ Ἀριστάρχου σεσημειωμένου, ὅτι τὸ φράσαι μηδέποτε ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσεται. Aut corrupta haec aut non accurate pronuntiata. Voluit Ariſtarchus πεφράδειν ſenſum habere

τοῦ διασημαίνειν, declarare, indicare, monſtrare, non vero τοῦ εἰπεῖν. Omnino Ariſtarchus contenderat in Homero Φράσαι non eſſe εἰπὲ, ſed, reputa, διανόου, vt A, 83 vbi v. Obſſ. Φράζεσθαι, eſſe, reputare, nusquam in Homero, pro εἰπεῖν. forte nec Φράζειν. Etſi verum eſt redire ſaepe hoc, declarare verbis, ad notionem τοῦ εἰπεῖν. Ita quoque πέφραδε. v. c. inf. 500. Itaque Schol. br. πεφράδοι· φράσειε· δηλώσειεν. εἴποι. Et Heſych. πεφράδοι. διασημήνειεν, εἴποι.

οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην. Barocc. οὐκ ἂν ἔπειτα. Tum Lipſ. θεῶν πρὸς δῶμα.

336. ἀνστᾶσα. male paſſim ἀναστᾶσα cum metri vitio; ſic quoque Lipſ.

337. ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐθέλεις. „ῥ' vt dixiſti" Clarke. ῥα. ἄρα, eſt, vtique.

338. τόν τοι φίλος υἱὸς ἔτευξε. „φίλος υἱὸς — quod ſecundum Homerum Vulcanus Iouis et Iunonis eſt filius; (vt iam Jl. A, 578) apud Heſiodum ſolius Iunonis. cf. ad 295.

339. θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε. *poſtibus fores applicuit.* v. ſup. ad 167.

340. εὔαδεν ſpiritu leni Aſcalonita tuitus eſt, vt ὅλος, οὖλος. At Sch. A. magis probat εὐάδε. idem εὐ pro adverbio habuit." Scripſit ergo εὖ ἕαδε. Adeo ignorauit grammaticorum ſchola υ eſſe ex digammate: εϝαδε pronuntiato vt εϝϝαδε. Conf. de his ad E, 203. Γ, 173. add. I, 173.

κίοντες pro κείοντες eſt merum ſphalma ed. Lipſ. κέειν, κείειν, κοιμᾶσθαι.

341. Τὸν δ' vitioſe ed. Steph.

342. μήτε θεῶν — μήτε τιν' ἀνδρῶν. θεὸν Ven. A. et B.; cum iis Moſc. 2. Vrat. d. et Vindob. etſi hi duo adſcr. ω. vt et Schol. B. addit, melius eſſe θεῶν, vt ἀνδρῶν. — μήτε τιν' ἄλλον Vrat. d.

344 et 346. Iam ſup. ad 160 monitum, multas ineptias ad h. l. cumulatas eſſe a veteribus ad interpretandum locum et ad auertendam flagitii notam inprimis a

Ioue. A Platone Homerum merito esse reprehensum, vt a philosopho, quis aegre ferat? sed dicendum erat, poetam non philosophi partes, sed poetae tueri; etsi etiam poetam honestatis amor et studium decet. Erat Iupiter aliqua arte detinendus et ab adspectu pugnae auocandus. Non poterat ille fistula et carmine ad somnum pelici, vt Argus a Mercurio; Iunonis eae erant partes; quid illa potentius et accommodatius consilium excogitare poterat, quam blanditias muliebres, et somnum! — a sensu huius rei tam alieni sunt grammatici, vt inter alia Sch. B. et Sch. br. poetam censeant sensisse, se rem absurdam memorare et propterea repente v. 347 sq. ad alia sermonem traduxisse. *ἐκπεσὼν εἰς φορτικοῦ πράγματος διήγησιν, ἐφ' ἕτερα τὸν λόγον μετήγαγε.* vss. 347 sqq. At veteres caussam poetae cupide susceptam *male egere*, dum ad *allegoricam interpretationem* confugerunt: ver adumbratum esse voluere; Iunonem esse aerem, atmosphaeram, mixtam aetheri, Ioui. Sic Heraclides de Alleg. Hom. c. 39 vbi ipse cestus ad ver transfertur p. 129. *ἔνθ' ἔνι μεν φιλότης — ἐπειδήπερ αὕτη μάλιστα τοῦ ἔτους ἡ ὥρα τὸ τερπνότατον ἐπλήρωσε* (leg. *ἐκλήρωσε*) *τῶν ἡδονῶν μέρος.* Caput hoc insertum Schol. B. praefixum tamen est *Porphyrii* nomen. Dicemusne libellum, qui sub Heraclidis nomine extat, Porphyrii esse? an alter exscripsit alterum? Alia quaestio est, annon iam tum, cum a poeta insereretur hic locus carmini, extiterit aliud carmen physici argumenti, quo terrae fecunditas per Iouis et Iunonis amplexus esset declarata; vnde poeta in epicam narrationem id transferre potuit.

Aliud Scholion ad 344. alia, eaque meliora inseruit. Sunt, ait, tres modi, ad quos omnis poesis exigenda; *ὁ μιμητικὸς τοῦ ἀληθοῦς· ὁ κατὰ φαντασίαν τῆς ἀληθείας, ὃν δεῖ μὴ κατὰ μέρος ἐξετάζειν. ὁ καθ' ὑπέρθεσιν ἀληθείας καὶ φαντασίας· ὡς Κύκλωπες, Λαιστρύγονες, καὶ ταῦτα τὰ παρὰ θεῶν.*" Attamen et haec vltima ex genere verisimilium sunt; etsi alio modo.

Tandem importuna est quaestio in Sch. B. ad 345. Si ne Sol quidem auream nubem perspicere potuit, quomodo Somnus hoc potuerit? Dum mens suauissima rerum specie et verborum dulcedine delinitur, non id cogitat, quomodo Somnus nunc vim suam exseruerit in Iouem.

346. ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν. Ita vbique legitur, etiam ap. Apollon. Lex. in ἀγκάς. Barocc. ἔλαζε. Enimuero vsus probat λάζεσθαι. Sup. E, 371 ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν.

347. τοῖσι δ' ὑπὸ Χθὼν — Locus a multis expressus; in his a Petron. 127. At nihil dulcius loco Georg. II, 325 sq. Recitat quoque versus dulcissimos Sext. Empir. adu. Grammat. p. 280 etsi in intemperantiam Iouis inuectus.

348. λωτὸν δ' ἑρσήεντα ἰδὲ κρόκον. ἑρσήεντα ἰδὲ cum hiatu ipse Ven. Porphyr. Heraclides l. c. Est tamen haud dubie emendandum ἑρσήεντ' ἠδέ. Nunc confirmatus ex Apollon. Lex. in ἐερσήεις repono hoc.

349. ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε. „Sic Aristarchus; in nonnullis tamen: ἄειρε, et ἔερπε, (vitium librarii) in Chia ἵκανε. Zenodotus ἵν' ἀπὸ χθονὸς ἀγκαζέσθην.“ Sch. A. Videmur veram lectionem in edd. habere. ἄειρε est interpretamentum. Etiam Sch. br. ὑψόσ' ἔεργε. εἰς ὕψος ἐβάστασε — ἀνεῖχε.

350. τῷ ἔνι vn. Vindob. τῷ δ' ἔνι.

351. στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι. „Zenodotus: ἐπέπιπτον“ Schol. A. — „Acuendum στιλπνός, — et proparoxytonως ἔερσαι, at Ascalonita ἐέρσαι.“ indocte, ait Schol. A. esse enim ab ἔερσα, ἔερσαι, vt ἄελλα, ἄελλαι. Legerat eadem Eustath. Fuit olim ἐέρσαι. v. ad Λ, 53.

352. ἀνὰ Γαργάρῳ quod pro ἐπὶ est, notatu dignum visum Apollonio Lex. in ἀνά.

353. ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς. Quaeri potest, sitne Ὕπνῳ et hic scribendum, vt deus oppresserit Iouem. Latebat sane ille in insidiis, putandusque est tempestiue adfuisse ad somnum affundendum Ioui, etsi poetae non

memorandum hoc erat. Cum tamen Φιλότητι adiunctum ſit, praeſtat et ὕπνῳ accipere appellatiue.

354. ⊱ quod νήδυμος per ν. (ſec. ſup. 242.)

357. ἐπάμυνε. Sic editum erat in Flor. et Rom. et in Euſtath. Induxerat ἐπάμυνον Ald. 2. quod et in Lipſ. Vrat. A. d. et binis Vindob. legitur; ἐπάμυναι Turnebus, qui codd. habuiſſe non videtur. Et fecit hoc male; nam ἐπαμύνεσθαι in Homero, quantum video, non occurrit. ἐπάμυνε alias quoque vt Φ, 311 ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα. In hoc conſentiunt, quos noui, codd. ideoque reducendum erat.

In capite πρόφρων δὴ Δ. Mori. et Ποσειδάον Ven.

358. ὄφρ' ἔτι εὕδει. excidit, Bentleio quoque monente, γ'. ἔτι γ' εὕδει. ne hiatus ſit.

359. κῶμα κάλυψα. „In alio κῶμ' ἐκάλυψα" Sch. A. vt in Vrat. b. d. binis Vindob. Iungenda ſunt: αὐτῷ περιεκάλυψα κῶμα. Aliter Od. Σ, 200 κῶμα περιεκάλυψεν ἐμέ. Vtroque loco ſimpliciter ſomnum declarari (ὕπνον) docet Galen. de Comate pr.

360. Ἥρη δ' ἐν Φιλότητι παρήπαφεν εὐνηθῆναι. παρήπαφεν. ἐξηπάτησεν Apollon. Lex. Heſych. qui addit ἐξέστησεν. Sch. br. παρέπεισεν. Male in Heſych. iteratur παρέπαφεν. παρέπεισεν.

362. τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν. h. l. ἀνίημι, *incito* ab habena equis immiſſa v. ſup. ad 131.

364. καὶ δ' αὖτε μεθίεμεν — *etiamne iterum.* cum ἤθει. μεθίετε Harlei. cum hiatu, et Lipſ. etſi ſuperſcr. μεν ſed et mox 369 ὀτρυνώμεθα. μεθείεμεν Vrat. A. d. et Venetus.

365. κῦδος ἄρηται. ἕλοιτο Lipſ.

366. καὶ εὔχεται. ⊱ „quod Zenodotus καὶ ἔλπεται. ſed Hectori conuenit εὔχεται. καυχᾶται" Sch. A. B.

368. κείνου δ' οὔτι λίην ποθὴ ἔσσεται. „ποθή, al. ποθάς. Clarke. immo πόθος. Sic et Harlei. pro var. lect.

370. ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγώ. — Eſt in hac narratione aliquid impediti. Sub finem libri XIII pugna inter Achivos et Troianos cum maxime recruduerat; tumultu exci-

tati reges nauibus processerant versus pugnam: vs. 134. Occurrerat Neptunus et Agamemnonis animum firmauerat 135 — 152. Nunc Neptunus prosilit inter promachos vs. 363. increpat segnes et cessantes, suadetque vt arma inter se permutent: Quomodo hoc fieri potuit medio in conflictu? Tum v. 389 ipsi reges sua arma aliis induenda tradunt: *οἰχόμενοι ἐπὶ πάντας.* atqui reges ipsam aciem non subierunt nec inter pugnantes versati sunt. Scilicet statuendum est, aliqua in parte Achiuos recessisse versus naues, Troianos autem locum suum seruasse. Nunc Achiui armis permutatis induti, Neptuno ducente 383 sq. in hostem irruunt. Nec mira haec putanda; cum omnis pugna in Homero fiat turmatim et cateruatim.

372. *ἀσπίδας, ὅσσαι — ἑσσάμενοι. ἀσπίδες ὅσσαι* Ven. *ἀσπίδας ἑσσάμενοι, περιθέμενοι induti* clipeis quia balteo humeris iniecto pendent. pro *λαβόντες. καθοπλισάμενοι.* Sch. br. Porro „*οἱ πλείους· παναιθῆσιν.* At Euphranor docuit *πάναιθος* esse scribendum et *πανaίθῃσιν*" quae repetunt Sch. A. et B. et Eustath. Etiam Hesych. *παναίθῃσι κ. ὅλαις λαμπραῖς.*

373. *χερσί τε.* Clarke: *χερσίν τε.* Alii *χερσὶν δὲ.* Sic Vrat. d.

376. 377. — „*ἀθετοῦνται.* ridiculum enim est, capere arma, non apta, sed maiora. Zenodotus *προηθέτει*" Sch. A. Vellem grauius argumentum allatum esse! arma enim memorat maiora, non viris, qui iis vsuri sunt, sed maiora iis armis, quibus adhuc vsi erant. Iam autem in armis validioribus magnum erat praesidium tum in pugna; Itaque Patroclus arma Achillis induit. Tum vero h. l. tantum clipei, galeae et hastae permutantur; non thoraces.

376. *ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος ἔχῃ δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ.* Vulgo erat *ἔχει.* sed *ἔχῃ* Cant. Lips. Vrat. b. d. Mosc. 2. Ven. et recte; nam a *κε* pendet. Apertior res esset, si *δ'* post *ἔχῃ* eiiceretur: quod equidem factum velim. Nunc est supplendum: *ὃς εἴη κεν ἀνὴρ μενέχαρμος, καὶ ἔχῃ.* Schol. A. tamen Aristarchum ait habere *ἔχει.*

377. ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δῦτω. ἐνδύτω. nam ἐνδύνειν cum tertio casu iungitur. vti K, 254. vbi vide.

378. οἱ δ' ἄρα. vt solent, vt par erat. Clarke.

379. τοὺς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἐκόσμεον, οὐτάμενοί περ. ⟝ propter τὸ οὐτάμενοι· quod cominus vulnerati. Laudat versum Apollon. Lex. in κόσμος· „ἐπὶ δὲ τοῦ διατάξαι· τοὺς δ' αὖτ' ἐκόσμεον βασιλῆες." Saltem deb. τοὺς δ' αὖτε βασιλῆες. Pro his grauiora erant, quae monenda fuissent a grammaticis. Fac haec ita se habuisse, vt sup. ad vs. 370 a me expositum est: recessisse turmas Achiuorum aliqua parte pugnae; hasque fuisse, ad quas reges vulnerati accederent; permutant arma sua firmiora permittuntque iis, qui minus valida haberent; ita vero ipsi tres numero non nisi tres armarunt armis idoneis. quid ergo ceteri? his persuadere debuere, vt ipsi inter se arma permutarent; hoc sensu accipienda sunt vs. 381 οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας, ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον, arma eorum permutarunt, auctoritate sua effecerunt, vt permutarent illi arma. Haec videtur sensisse vetus grammaticus ap. Eustath. p. 992, 33.

382. ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν ⟝ „quod hic versus iugulat vss. 376. 377. nam *meliora*, non *maiora*, arma eos sumsisse hinc apparet" Sch. A. Multa argutatur Schol. B. Enimuero maiora iam vidimus ad 376 eadem esse h. l. quae meliora. Idem scutum potest esse et magnum et bonum, ergo et aliud alio maius et melius. ἐσθλὸς est vir fortis et validis viribus, ergo et ἐσθλὰ τεύχεα sunt valida.

ἐσθλὸν ἔδυνε Ald. 2. cum sequacibus et Turn.

χέρηα ed. Rom. χέρηϊ δὲ χείρονα vn. Vindob.

δόσκον intulerat Barnes ex Eustathio et ed. Rom. δόσκεν ceterae edd. et codd. ipse Lips. et Ven. c. Schol. br. Addit Schol. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, δόσκεν. Idem tamen: ἔνια τῶν ὑπομνημάτων, δώσκεν. καί ἐστιν εὐφραδέστερον. cur hoc sit elegantius, non apparet. Forte non δώσκεν erat, sed δῶκεν. hoc et in vno Vindob. le-

gitur. Supra iam I, 331 *δόσκον* occurrebat, quod Etymologus illustrat. Etiam in Hesychio est *δόσκον, ἐδίδουν.* quod ad eundem locum spectare puta. Eustathius ait: *δόσκον γράφουσιν οἱ ἀκριβέστεροι.* quinam libri ei ita dicti sint, non assequor. Certe h. l. *δάσκεν* praestat, iudice quoque Bentleio, respondet *τῷ ἔδυνε.* Conuenit vs. 377 *δότω — δύτω.*

383. *αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο.* Vnus Vindob. *αὐτοὶ* — Grammatico debetur *ῥ'.* Erat *επει ϝεσσαντο, ἐπεὶ ἕσσαντο.* *νώροπα χαλκόν,* vidimus iam B, 578.

384. *ἦρχε δ' ἄρα σφι.* Lips. *ἦρχε δέ σφι.* „*ἄρα,* vt promiserat v. 374." Clarke.

385. *ἄορ τανύηκες.* Vid. ad H, 77. Π, 473. 768.

386. *εἴκελον ἀστεροπῇ.* Male *ἴκελον* codd. et edd. quod metro iubente correxit Barnes.

τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι. Eustath. *τὸ δὲ οὐ θέμις ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ, οὐ δυνατόν ἐστι. — τὸ δὲ μιγῆναι ἐν δαΐ, ὅ ἐστι ψαῦσαι ἢ πελάσαι κατὰ τὴν μάχην. τῷ δὲ* et ad Neptunum et ad *τὸ ἄορ* potest referri; alterum hoc propius et melius. At Schol. br. *τῷ δὲ Ποσειδῶνι οὐ δίκαιόν ἐστι μιχθῆναι ἐν τῇ ὀλεθρίᾳ μάχῃ.* Sequitur tamen: *ἀλλὰ δέος ἰσχάνει ἄνδρας. πεποίηται γὰρ (τὸ ἄορ) εἰς φόβον, οὐκ εἰς φόνον.* Barnes ita accipit, quasi esset: *σὺν τούτῳ ξίφει οὐκ ἐξῆν αὐτῷ* (Neptuno) *μάχεσθαι, ἀλλὰ μόνον τὸ δέος αὐτοῖς ἐμβαλεῖν.* Et Clarke: *τὸ δεὸς ἰσχάνει ἄνδρας.*" maris nimirum strepitus milites terrefecit." Mirum, viros doctos ita tricari, cum simplex et aperta sit sententia: ensis tam tremendus erat, vt nemo auderet ei se offerre, sed omnes fugiebant eius adspectum, eoque occursum ipsius Neptuni.

387. *ἐν δαΐ λευγαλέῃ.* „Alii *δάϊ.* Sic Ascalonita, vt *Θέτι.* at, pergit ille, *οἱ πλείους, ὡς Φλεά.*" forte *ὡς Φλεΐ.* quod fuisse videtur nomen Bacchi: *ὁ Φλεὺς, Φλεὸς, Φλεΐ.* Apud Hesych. est *Φλέω ἱερόν.* f. *Φλεῷ,* vel *Φλεών.* Grammaticus in Schol. A. probat *δαΐ,* vt *μηνὶ, χηνὶ, λιτί.* (debuere ergo ducere a *δὰς, δαὸς, δαΐ.*) Schol. B. laudat ex Callimacho: *ἐς δάϊν ὁπλισμὸν. ἵππειον.* Etymol. in *δῆρις.*

δαΐς βαρύτονον. Καλλίμαχος· ἐς δαΐν ἐρχομένων. Mirum, de hac voce nunc agi, cum iam praecessisset ἐν δαΐ λυγρῇ. Jl. N, 286. ἀνδάϊ Townl.

388. Τρῶας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκόσμεε. Cant. δ' αὖ. Cant. Mori. Lipſ. Ven. Vrat. b. d. vn. Vindob. ἐκόσμει.

389. ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν. De modo loquendi eiusque cauſſa, dictum ad N, 358. 9. τάνυσσαν „ſic per α ſcribendum eſſe" monet Schol. A. Quid ergo aliud ſcriptum ab aliis fuit? puto τάνυσσεν.

391. ὁ μὲν Τρώεσσιν ὁ δ' Ἀργείοισιν ἀρήγων. ἔτι „quod ὁ μὲν, ὁ δὲ, illud ad poſterius, hoc ad prius refertur." Praeceſſerant: Ποσειδάων καὶ Ἕκτωρ.

392. ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε. Sublime phantaſma. „ἐκλύσθη, ἐκλυδωνίσθη, συναγανακτοῦσα Ποσειδῶνι, καὶ αὔξασα τὴν βοὴν, ἡ θάλασσα. παρατηρητέον δὲ, ὅτι, πρὶν εἰπεῖν τι τῶν κατὰ τὴν μάχην, θορυβεῖ τὸν ἀκροατήν. Schol. B. Bona obſeruatio! Excerpſit nonnulla ex hoc Scholio Euſtath. qui laudat alterum locum Od. I, 484 iacto a Cyclope ſaxo: ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης. ἤγουν, κλύδωνά τινα ἔπαθε διὰ τὸ τῆς πέτρας μέγεθος.

κλύζειν proprie non eſt alluere, ſed Latinorum vndare, fluctus ciere, et κλύζεσθαι, fluctibus agitari. Inde eſt fluctus allidere, inundare; quo ſit vt obuia vel alluantur vel vndis obruantur. Apollon. IV, 608 εὖτ' ἂν δὲ κλύζωσι κελαινῆς ὕδατα λίμνης ἠϊόνας. et I, 541 ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο, aduoluebantur, alluebant.

Eſt tamen in pulcerrimo loco aliquid, quod, ſi moroſior ſis, offendat: ſcilicet, quod, cum praemiſſum ſit praeclarum illud phantaſma ἐκλύσθη δὲ θάλασσα, mox tamen in comparatione prima e trinis memoratur idem maris aeſtus: οὔτε θαλάσσης κῦμα —

Aliud, ſed quod nimis ſubtile eſt pro poeta, Koeppen ad h. v. monuit: volui nunc fluctus ad littus, ergo vento ab occidente flante. Atqui paullo ante M, 252 ſq. ab oriente ſpiraſſe ventum neceſſe eſſe, nam ab Ida

ortum puluerem ad naues egiſſe. qua animaduerſione adductus vir ſagacitate mira verſus ornatos 392. 393 in ſuſpicionem adducebat. Enimuero mutari potuit ventus; nec poeta dignum erat, vt de phyſica ſubtilitate tam anxie laboraret.

394. οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα προτὶ χέρσον &c. „quod Zenodotus primam comparationem (vſſ. 394. 395.) fecerat vltimam (poſt 397)" Sane ex rerum natura primo loco ventus motus eſſe debet, cuius vi fluctus mouentur, et incendium; at poeta non videtur trinas has comparationes ita inter ſe iunctas velle, vt alia cauſſam, alia effectum eius cauſſae declaret; ſed ſunt tres comparationes rerum ad ſenſum potentium. Contra gradationem agnoſcit Schol. A. ὁ δὲ Ὅμηρος τὰ ἐπιτατικώτερα λέγει. πάντων δὲ ἐπιτατικώτερον ἀνέμου φορὰ, ἥτις καὶ τὰ ἄλλα κινεῖ, θάλασσαν καὶ πῦρ. In ſimilem modum commentatur Schol. B. Ceterum potuere rhapſodi memoria falli et in enumeratione trinarum comparatio ab alio alio ordine inſtitui.

οὔτε θαλάσσης. reſpondet mox οὔτε — οὔτε. Ita ſine copula cum ſuperioribus ſententia procedit. Sin requiras: *non autem, nec vero*, ſcribendum erat: οὐ δὲ θ.

Interpungitur poſt βοάα προτὶ χέρσον. ita, mare fremit alliſum littori, προσρηγνύμενον τῇ γῇ. Poteſt quoque iungi βοάα, προτὶ χέρσον ποντόθεν ὀρνύμενον.

προτὶ et ποτὶ etiam h. l. variat.

395. ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω. Lipſ. πνοιῇ ἀνέμων. et Cant. πάντοθεν.

396. οὔτε πυρὸς τόσσος γε ποτὶ βρόμος αἰθομένοιο. „τόσσος γε. ſic Ariſtarchus; at Tyrannio τοσσόςγε. non bene. Nam ſi vel maximo dicas, γε eſſe paragogicum, ſcribitur tamen vel ſic ἔγωγε. ἔμοιγε.

Pro τόσσος γε in edd. inde ab Ald. 1. eſt τόσσος τε. Reduxit γε Steph. quod Flor. et Rom. habebant.

ποτὶ. reddi video: *neque ignis tantus adfremit* nec quicquam praeterea monetur. In Etymol. voc. βρόμος legitur τόσσος γε πέλει, et in Schol. Apollon. III, 860

τόσσος γὰρ πέλεται. Ita vno et altero modo molliri poteſt lectio. Euſtathius ait, ποτὶ vacare; nam nihil eſſe quo referri poſſit. Dicendum foret potius ita: πρὸς retrahendum eſſe ad πυρὸς, vt ſit βρόμος (γίνεται) πρὸς πυρός. Facillimum eſſet ποτὲ legere vt ſit οὔ ποτε. Non tamen male cenſeas, πέλει eſſe veram lectionem, corruptam ex proximis. Suppeditat aliquid, quod teneri poteſt, Vrat. d. ποθὶ, vt toties ποθὶ eſt που. οὔτε που. Sic N, 309 ἐπεὶ οὔποθι ἔλπομαι — Ω, 420 οὐδέ ποθι μιαρός. Conſentiunt duo Vindob. qui habent γέ ποθι, et γε πόθι.

βρόμος. κυρίως ὁ τοῦ πυρὸς ἦχος. Schol. B. br. Euſtath. Etymol. Heſych. et ad e. l. Not. Bentleius tamen, cum βρόμος nusquam alibi (in Homero puta) occurrat, emendabat δρυμὸν, ita ποτὶ δρυμὸν bene ſibi conſtat. Vti alibi διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην.

397. ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην. „in nonnullis commentariis ὤρορε. vt, ὤρορ' ἐπαΐξας (B, 146) Schol. A.

οὔρεος ἐν βήσσῃς. „γρ. ἐν βήσσῃσ' (vt in Ven. Moſc. 2.) et βήσσῃ" Steph. Hoc alterum Turnebus admiſit.

398. οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν. „τόσσον γε. ſic per ν" ait Sch. A. Fuit ergo quoque lectum τόσσος. atque hoc editum non modo in Flor. Ald. 1. ſed in Aldd. ceteris et hinc ductis, ſeruatum quoque a Turnebo. Recepit τόσσον Steph. ex ed. Rom. Baſil.

ποτὶ δρυσὶν, Harl. et vn. Vindob. cum Veneto περί. Erneſti: „libri (velim audire qui?) variant inter ποτί, προτὶ, ποτέ. durius eſt ποτὶ vel προτί. quid ſi ποθί?" atqui nihil h. l. eſt, cur ποτὶ pro πρὸς repudiemus: pro ἐν δρυσίν. ἐπί.

δρυσὶν ὑψικόμοισιν. Agathocles ap. Euſtath. h. l. et ad Od. E. p. 1524, 27. legit: ἰξοφόροισιν. videtur tamen merum commentum grammatici eſſe, in quod ille inciderat forte memoriter, quia Sophoclem meminerat ἰξοφόρους δρύας dixiſſe in Meleagro, quod ex Heſychio novimus.

399. ὅς τε μάλιστα μέγα βρέμεται. „qui etiam maxime“ Clarke. non video, vbi, etiam, lateat. ὅς τε eſt idem quod ὅς. ſaltem, qui quidem.

400. ὅσση ἄρα Τρώων. „Fuit quoque lectum τόσση. at ὅσση Ariſtarcheae; etiam Zenodotus, Ariſtophanes“ Schol. A. B. Sane τόσση etiam ap. Euſtath. tum Mori. Barocc. Harl. Townl. Moſc. 2. Vrat. d. vn. Vindob. Lipſ. c. altero adſcripto.

ἄρα „vt iam dictum eſt“ Clarke.

401. δεινὸν ἀϋσάντων. ἀΰσαάντων, ignoratione proſodiae, edd. Aldd. et al.

402. Αἴαντος δὲ πρῶτος ἀκόντισε. ⸖ ſed ſine ſcholio. Forte ſpectauit ad omiſſum κατὰ Αἴαντος. vel propter ἀκόντισε ſequente ἔγχει, cum alias ſit ἀκοντίζειν ἔγχος, notante quoque Euſtathio. Occurrit tamen alterum et alibi in Homero N, 183 et ſaepe etiam ap. Pindar. I, 1, 33.

403. ἐπεὶ τέτραπτο πρὸς ἰθύ οἱ. Sch. br. πρὸς ἰθὺ αὐτοῦ. Etiam Euſtath. ait eſſe pro κατ' ἰθύ. ἀντικρὺ ἵστατο. ἀντιπρόσωπος. Immo vero προσετέτραπτό οἱ τὸ ἔγχος ἰθύ. προστρέπεσθαί τινι, pro, πρός τινα. Lipſ. τράπετο.

404. τῇ ῥα δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην. Pro τῇ ῥα alii τοῦ et τῷ“ Clarke. neſcio vnde. πετάσθην Ald. 2. ſicque Lipſ. At τετάσθην etiam optimi Townl. Veneti cum Euſtathio. τετάσθον vn. Vindob. perperam. requiritur tertia dualis ab ἐτετάμην, obuia iam ſupra Δ, 536.

405. ἤτοι ὁ μὲν σάκεος — ⸖ quod et enſis et ſcutum e balteo apta erant.“ Sch. A. quaſi res noua occurreret! Apud Euſtathium balteus hic confunditur anſa, corio, quo antiquitus ſcutum manu prehendebant.

406. τώ οἱ ῥυσάσθην τέρενα χρόα. χώσατο δ' Ἕκτωρ ⸖ „quod ἐχώσατο eſt ἐχύθη.“ leg. συνεχύθη, perturbatur. Apollonius in χωόμενος. — ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνιώμενος καὶ συγχεόμενος· χώσατο δ' Ἕκτωρ. Similia Heſych. cf. ad N, 165. Porro ſtigme appoſita: „quod Aiax apud Homerum eſt inuulnerabilis, ἄτρωτος“ Sch. A. ducta ſci-

licet est narratio de Aiace inuulnerabili ex eo, quod apud Homerum nulla vulneris accepti occurrit memoratio de Aiace: cf. Eustath.

407. ὅττι ῥά οἱ βέλος ὠκὺ — Male legebatur vulgo ὅττι δή οἱ. contra metrum. Emendatio est obuia, et iam a Bentleio adscripta erat; firmatur quoque a codd. Mori. Cant. Harl. Vrat. A. d. b. Mosc. 2. binis Vindob. Lips. Ven. Et sic lectum iam in ed. Flor. Aldd. Corrupta lectio a Turnebo e Rom. edit.

408. ἂψ — ἐχάζετο, obuerso tamen pectore vt e seqq. apparet. Notat quoque Schol. B.

409. τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα. Lips. ἐπιόντα. male. Ern.

410. χερμαδίῳ, τά ῥα πολλὰ θοάων ἔχματα νηῶν h. e. χερμαδίῳ τινὶ τῶν χερμαδίων, ἃ ἐκυλίνδετο. ἔχματα νηῶν, ἐρείσματα, πρὸς τὸ μὴ ἔνθα καὶ ἔνθα κλίνεσθαι Schol. B. κρατήματα. στηρίγματα, ὑπερείσματα. Eustath. κωλύματα ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν. Apollon. Lex. et Hesych. Sunt quae ἕρματα dicuntur. Vocem iam legebamus M, 260. N, 139.

412. στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος. „βεβλήκει. sic Aristarchus sine ν. At Zenodotus et Aristophanes βεβλήκειν." Schol. A. Vt hoc assequaris, antiquae formae recordandum est, in plusquamperfectis tertiae personae: ᾔδειν pro ᾔδει. ᾔσκειν pro ᾔσκει. ergo et βεβλήκειν pro βεβλήκει. Ad Ionicam et Atticam dialectum reuocarunt haec grammatici. v. sup. ad Γ, 388. „γρ. στῆθος ἐβεβλήκει" Barnes.

Est hic iactus magni saxi Aiacis manu insignior duobus aliis similibus, altero Diomedis, sup. E, 302 sq. et Aeneae Υ, 285. celebratus Agathiae lusu: Μή με τὸν Αἰάντειον. quem Barnes iam notauit in Anthol. Steph. I, 5. p. 6. Brunck. To. III, p. 62.

413. στρόμβον δ' ὥς, ἔσσευε βαλών, περὶ δ' ἔδραμε πάντῃ. „στρόμβον. ὡς ῥόμβον περιφερῆ. λέγει δὲ τὸν καλούμενον βέμβηκα." Plura et alia habent Sch. B. et Vict. Sch. br. Eustath. Est *turbo*. verum de puerorum

turbine poeta vix cogitauit; debuit esse rotundus lapis, discus, qui iaceretur. Multo minus probandus Apollodorus qui *ὄστρακον τῶν κογχυλίων, contorta volumina conchae,* intellexerat: v. fragm. Apollod. e Nicandri Schol. p. 1152. Per *ῥόμβον* explicant quoque Apollon. Lex. Hesych. Etymol. — *ἔσσευε.* quod *ἐπιδινήσας* Γ, 378.

περιέδραμε sc. saxum, non Hector, vt Sch. B. accepisse videtur cum aliis ap. Eustath.

πάντῃ Ven. at Scholio B. praefixum *πάντα.* Respexit locum Virgil. Aen. VII, 378 sq.

414. *ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ ῥιπῆς πατρὸς Διὸς ἐξερίπῃ δρῦς.* *ὑπὸ πληγῆς* Ven. (et Harlei. cum altero pro var. lect. Vrat. d. item vn. Vindob.) At Sch. A. subiungit: *γρ. ῥιπῆς.* quod vocabulum sollenne de fulmine.

ὑπαὶ et h. l. edd. a quibus recte discessit Wolf. *ὑπὸ* Veneti. Mori. Cant. Lips. *ἐξέριπε* Mori. et ipsum recte ante *δρῦς.* Apollonius tamen et ipse: *ἐξερίπῃ, ἐκπέσῃ ἐκ τῆς ἕρας.* laudato hoc versu. et ex eo Hesych. et Sch. br. *ἐκπέσῃ.* Et sane subiunctiuus doctius et Homerice ponitur: v. Excurs. I ad IX (J) p. 696.

416. *τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται.* ⸎ „quod *οὔπερ θράσος* designat contrarium, *δέος.* (*πάντες δὲ αὐτὸν καταπλήττονται οἱ ἰδόντες* Sch. br.) At Aristophanes legebat: *τὸν δ' οὔτιν' ἔχει θράσος ὅς τις ἴδηται.*" Ita *τὸν* debuit retrahi ad *κεραυνὸν, ὅςτις ἴδηται τὸν, τοῦτον.* *τὸν δ' οὔκεν* Barocc.

418. *ὡς ἔπεσ' Ἕκτορος ὦκα χαμαὶ μένος ἐν κονίῃσιν.* ⸎ „ quod *ὠκὺ* legendum, siue vt sit *ὠκὺ μένος*, siue vt sit pro *ὠκέως*, vt *ὀξὺ δὲ κωκύσασα* Jl. Σ, 71. Atque sic Aristarchus legerat. At Massaliotica et Chia editio *ὦκα.*" quod et Venetus habet.

419. *ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφθη.* Sch. B. *αὐτῷ, τῷ δόρατι.* Immo *Hectori*, vt et Sch. A. *ἐπικατεκάμφθη δὲ αὐτῷ ἡ ἀσπὶς, ὅ ἐστι, κατηνέχθη.* Sch. br. In voce *ἐάφθη* vterque Schol. Venetus conveniunt in eo, vt ab *ἕπεσθαι* ducant: *ἐπισυνήφθη. ἐπηκολούθησεν. συγκατενέχθη.* Etiam h. l. *ἐάφθη* scribitur et *ἑάφθη.* prius me-

lius; est pro ἥφθη, ἐφήφθη. ἐφάπτεσθαι. innecti, annexum esse. Verum de his iam disputatum ad N, 543.

421. οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες. ⊱ „quod ἰάχοντες, vt ὀρέγοντες:" scil. accentu Sch. A.

423. ἀλλ' οὔ τις ἐδυνήσατο — ῥ interposuerat Barnes: οὔ τις ῥ' ἐδυνήσατο. Bentl. οὔ τις γε δυνήσατο. ἐδύνατο Barocc. Mori. ἐδυνήσετο Lips.

424. οὐτάσαι οὐδὲ βαλεῖν. ⊱ „quod nunc distinguit poeta οὐτάσαι et βαλεῖν."

πρὶν γὰρ περίβησαν ἄριστοι. περίβησαν. ὑπερεμάχησαν. v. sup. ad E, 21. „In alio περίβησαν ἅπαντες." Sch. A.

427. τῶν δ' ἄλλων οὔτις εὗ ἀκήδεσεν, ἀλλὰ πάροιθεν — „τῶν δ' ἄλλων. Zenodotus τῶν τ'." εὐ Ven. sicque praefixum vtrique Schol. male. Nam εὗ vt ἕο, οὗ, pro αὐτοῦ. Ex grammaticorum praeceptis h. l. encliticum esse debebat: cf. ad Υ, 464 O, 165. Ω, 293. Male οὔτις σεῦ Apollon. Lex. in ἀκήδεσεν. et Vrat. d. cum vno Vindob. — Tandem Aristarcheae variarunt ἀκήδεσαν et ἀκηδέσατ'. ἀκηδέστως ἔσχον (vel ἔσχεν). Sch. A. ἀκήδησαν vulgo editum erat inde a Flor. et Rom. Aldd. et in Eustath. Vidit vitium metri Turnebus et emendauit ἀκήδησ' quod retinuere edd. sqq. et legitur quoque in nonnullis, vt vn. Vindob. At vera lectio in codd. extat, ἀκήδεσεν. Sic Ven. Lips. Cant. Mori Harl. Mosc. 2 vn. Vindob. et vitiose ἀκήδησεν Townl. Vrat b. d. et vn. Vindob. et Apollon. Lex. ἀκήδεσεν. ἠμέλησεν. ἠφροντίστησεν etsi mox versus vitiose adscriptus est.

428. τὸν δ' ἄρ ἑταῖροι. ἄρ' *proinde. deinceps.* Clarke.

429. ἀείραντες. vnus Vindob. ἀείροντες.

433. 434. repetuntur inf. Φ, 1. 2. et Ω, 692. 3. et recitantur ab aliis vt 434 a Dione Or. XXXIII. R. To. II p. 9.

433. Ἀλλ' ὅτε δὴ — memorat pro exemplo grauitatis ex particulis expletiuis prouenientis, si recte adhibeantur, vt h. l. δὴ, Demetr. de elocut. 55. 56. Per se tamen nihil aliud est quam ἀλλὰ δὲ, ὅτε. Valde ornatur Xanthus epithetis, in his est, ἐΰῤῥεος. quod iam Z,

508 vidimus. εὐ϶εῖος vno ρ Townl. recte; ſi antiquam ſcribendi rationem reddere voluit. ἐυῤῥῆος vn. Vindob.

434. Ξ— quod Xanthum Scamandrum nominat lectore haud monito, eundem eſſe. Ad rem v. Not. Porphyrii quaeſtio eſt in Sch. B. (quae repetitur inf. ad Φ, 2.) Si Xanthus e Ioue natus eſt, quomodo Oceanus *omnium fluuiorum pater* dici poteſt Il. Φ, 196? ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοί. Reſpondet ille, πάντες eſſe pro οἱ πλείους, et eſſe diſtinguendum amnem a deo; deus natus eſſe potuit e Ioue, at amnis ab Oceano. — Conſentit in hoc Schol. A. et Sch. br. eadem Schol. B. habet, ſed λύσις aliter inſtituitur: ἡ δὲ λύσις ἐκ τοῦ προςώπου· τὸν μὲν γὰρ ἐκ Διὸς εἶναι ὁ ποιητὴς λέγει, ἐξ Ὠκεανοῦ δὲ ὁ Ἀχελώϊος." Nemo haec facile aſſequitur, niſi viderit eſſe emend. ἐξ Ὠκεανοῦ δὲ ὁ Ἀχιλλεύς. nam is loquens inducitur altero loco Φ, 195. Ceterum antiqua aliqua notio, opinio vel mythus latet in hoc, quod Scamander eſt Iouis filius. Non male coniicere licet, eſſe eum ita dictum, quia torrens ille imbribus creſcebat, eratque Διϊπετής inf. Π, 174. Conf. dicta ad e. l. et ad Φ, 2. Mox 435 fuit καδδὲ ϝοι.

436. ὁ δ' ἀμπνύνθη (pro ἀνεπνύνθη. v. de hac voce ad E, 697) καὶ ἀνέδρακεν. ἀνέδραμεν Lipſ. male. *Ern.*

437. ἑζόμενος δ' ἐπὶ γοῦνα, κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν. Venetus et vterque Schol. legunt ἀπέμασσεν *abſterſit.* Sic Zenodotus legerat. At Ariſtarcheae et pleraeque ἀπέμεσσεν" (quod haud dubie praeferendum: cum praeſentius vitae periculum declaret et metum de ſalute Hectoris iniiciat; tum vero vulneris naturae conveniat, et repetatur mox O, 9 — 11. Altera disputatio eſt ſuper ἑζόμενος ἐπὶ γοῦνα. Alii neminem ἐπὶ γονάτων καθέζεσθαι arbitrati (quaſi *ſedere* non poſſit dici de eo, qui genubus inflexis ſedet, ὀκλάζει,) acceperant καθίσας, ἐπὶ γοῦνα αἷμ' ἀπέμασσεν, h. e. ἐπὶ τῶν γονάτων, (an: vt ſanguinem ad genua defluentem deterſerit?) Alii: ἐπὶ τὰ γούνατα καθίσας ἧμει. Hoc Sch. A. paullulum tamen turbatus, praefert; hoc enim vſu probari. Se-

quuntur idem Sch. br. *διανασταὶς ἐπὶ τὰ γόνατα ἀπήρεισι. ἀπέρει.* —

κελαινεφὲς fimpl. pro *μέλαν.*

438. *αὖθις* Barocc. perpetua varietate.

τὰ δέ οἱ ὄσσε. Ita Venetus: ficque Ariftarchus. Eftique hoc in Lipf. Mori. Vrat. d. binis Vindob. Itaque receptum pro vulgato *κὰδ δέ οἱ.* etfi et hoc bene fe habet. Norat vtrumque Euftath. *τὸ δὲ ἢ καδδέ.* Notat et Schol. A. „Alii *καδδέ οἱ ὄσσε.*"

439. *βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα.* ⸓ Excidit Scholion A. Haud dubie notatum fuit voc. *βέλος* pro vulnere, vt Θ, 513 vidimus: *ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ.* (*ὅςτις — πέσσοι* fcribitur in Sch. B. ad h. l.) at *ἡ ἀπὸ τῆς βολῆς ὀδύνη,* Sch. br. fere vt Il. E, 391 *χαλεπὸς δέ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα. βέλος δέ τοι* vitiofe Vrat. A. d.

440. *Ἕκτορα νόσφι κιόντα. νόσφιν ἐόντα.* Ven. cum Lipf. fed Schol. A. *γρ. νόσφι κιόντα.* In capite verfus *Ἀργεῖοι δ' οὖν ὡς* erat in Flor. et Aldd. non modo Ald. 1. correctum ex Rom. in Baf. et Turn. Eft et in cod. Vindob.

442. *πολὺ πρώτιστος Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς* — ⸓ quod fimiles loci induxerunt Zenodotum, vt fcriberet *Ἰλῆος.*" Sch. A. v. ad B, 527. faepe recocta obferuatio; nec tamen videas, quomodo hic locus in errorem inducere potuerit; nam O fi omiferis, fyllaba verfui deficit.

443. *δουρὶ ὀξυόεντι* *abiegna* v. ad E, 50. *μετάλμενον* Sch. br. et ed. Flor. Mutatum ftatim in Ald. 1.

443. 4. 5. recitat Strabo XIII, p. 902. 3. et p. 920 D.

444. *Ἠνοπίδην.* Barocc. Mori. *Οἰνοπίδην.* et mox *Οἴνοπι* Mori. In Strabone vulgatum legitur.

445. *παρ' ὄχθας Σατνιόεντος.* Ap. Strabon. l. l. *παρ' ὄχθαις.* quod follennius.

446. *δουρικλυτός. δουρὶ κλυτὸς,* diuifim, et h. l. alii, vt Vrat. d. quod malim me amplexum effe. v. ad B, 645.

447. οὔτασε καλλαπάρην repositum hoc auctoritate codd. Cant. Barocc. Mori. Harl. Vrat. A. Mosc. 2. Lipſ. Ven. Nam per ſe neceſſe non erat, vt vulgatam, οὖτα κατὰ λαπάρην, deſereremus, quam iam vidimus Z, 64. etſi et ibi cum varietate. De οὖτα, male ſcripto οὔτα, dictum iam erat ad Δ, 319. παρὰ λαπάρην eſt etiam Γ, 359 et al.

ὁ δ' ἀνετράπετ'. Schol. br. ἀνετράπετο, ἀνετράπη εἰς τοὐπίσω. vt iam Z, 64.

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ. „ἄρ' vt ſit. vt ſieri ſolet" Clarke.

448. σύναγον. ed. Rom. ξύναγον. quod h. l. non neceſſe eſt poſt Δαναοί.

451. δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος ἔσχεν. διέσχεν. vt iam E, 100 et al.

υἱὸν 'Αρηϊλύκοιο. Lipſ. Εὐρυλύκοιο.

452. ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. (caua manu) „ἔδει ἀγοστοῖς" aſſeuerant Sch. B. Vict. Nec tamen nunc primum hoc occurrit; vidimus Λ, 425 ad quem vide Obſſ. N, 508. 520.

453. ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας. „ἐπηύξατο μακρὰ βιβάσθων." Ven. Harlei. Vrat. d. cum vno Vindob. Retinui ἐπηύξατο e Ven. et Harl. reieci reliqua, quae aliena ſunt ab h. l. cum inceſſui nullus locus ſit. Aliter res ſe habet in prouocando hoſte vt N, 809. Π, 534. Alterum contra ſaepe occurrit, vt inf. 478. Aberat totus verſus a Vrat. B.

456. ἀλλά τις 'Αργείων — „κόμισε χροΐ, ἔλαβεν ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι, καὶ ἀπηνέγκτο" Sch. B. ὑπεδέξατο Sch. br. Iterum ſic 463. et X, 286. Latini ſic *recipere telum. mortem.* At Sch. A. obſeruat: οὕτως, κόμισε, χωρὶς τοῦ ν. Vix aſſequi licet, cur nunc demum haec de inutili νῦ obſeruatio in animum venerit.

457. αὐτῷ σκηπτόμενον κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω. „σκηπτόμενον. σκηριπτόμενον καὶ ἐρειδόμενον" Sch. B. et Sch. br. Euſtath. Iterum Od. P, 203. 338. Od. Ω, 157. eſt etiam σκηρίπτεσθαι Od. P, 196. Sarcaſmus rudium hominum ingeniis dignus. Nolim eo ita turbari, vt cum

viro docto *σκηπτόμενον* accipiam, *telo, tanquam fulmine, ictum*, quia sollenne est fulmen *σκήπτειν, σκήπτεσθαι*. Koeppen procliuis erat ad aliam sententiam, vt esset: *infixum hastae*.

459. *Αἴαντος — δαΐφρονος — τοῦ Τελαμωνιάδου* Lips. a m. pr. *ὄρυνε* Mori vt plerumque al. — *Αἴαντί τε* malebat Bentl. inter tot *δὲ* repetita.

460. Facit mirationem insolens vsus articuli *τῷ* T. et adiecta inutilis haec declaratio: notata quoque in Quaest. Platon. Plutarchi To. X. p. 198. Iusta ergo est suspicio, versum a rhapsodo esse adsutum.

462. *ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν*. „*γρ. ἀλεύετο*.“ Barn.

463. *λικριφὶς ἀΐξας*. — „quod bis est vsus voce *λικριφὶς*, hic et Od. T, 451. a *λέχριος, πλάγιος*, adeoque *πλάγιος ὁρμήσας*.“ Addit Sch. B. cum Eustath. aliis esse *λίαν ἐγχρίμπτων καὶ προςπελάζων τῇ γῇ*. At prius obtinuit. Apollon. Lex. *λικριφίς. ἐκ πλαγίων. καὶ λέχριον* (quod Homerus non habet) *τὸ πλάγιον. ὁ δὲ Ἀπίων, λοξῶς*. Nec multum discedunt ab his Etymol. Hesych. Suid. Schol. br. Eustath. At Schol. A. B. monent insuper, acui ab Aristarcho *λικριφὶς*; ergo alii *λίκριφις* pronuntiauerant.

464. *Ἀρχέλοχος* reposui. *Ἀρχίλοχος* male refinxerat Barnes. Vide ad M, 100.

465. 466. *κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ νείατον ἀστράγαλον*. Schol. A. „*ἐν συνεοχμῷ. ἐν τῇ συναφῇ τοῦ ἰνίου, ἐν τῷ συνδέσμῳ· ἀστράγαλον δέ φησι τὸν σπόνδυλον ἐν τῷ ἰνίῳ*. h. e. articulum, quo caput cum ceruice coniungitur. Consentiunt Etymol. Schol. br. Eustath. Est idem, quod *συνοχμὸς, συνοχή*. legitur quoque *ἐν συνοχμῷ* in vno Vindob. Adde Schol. B. qui a medicis *θέσιν ἐγκεφάλου* appellari ait; idem tamen cum Eustath. aliena ex Aristotele subiicit. Apud Hesych. corrupte legitur *συνεχμωτῇ*. *κεφαλήν τε* Vrat d. male.

τόν ῥ' ἔβαλε. „*hunc, inquam*.“ Clarke. Ionicum *τόν ῥα βάλε* nullibi notatum vidi.

466. *νείατον ἀστράγαλον.* Pollux II, 130 vbi de ceruice: *ἐφέστηκε δὲ σφονδύλοις ἑπτὰ ὁ τράχηλος, οὓς Ὅμηρος ἀστραγάλους καλεῖ.* Iterum *ἀστράγαλοι* ceruicis memorantur Od. K, 560. Λ, 65. Add. Apollon. h. v.

ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε. Lipſ. *τένοντας.*

467. *τοῦ δὲ πολὺ προτέρη κεφαλὴ* — h. e. *ἡ κεφαλὴ προέλαβε τὰ κάτω πίπτοντα.* Schol. A. argutatur Schol. B. *προτέρη* fuit reuocandum e codd. et edd. pro *πρότερον,* quod ex ſola Rom. Edit. et ex Euſtath. intulerat Turnebus.

468. *καὶ γοῦνα πεσόντος.* Vrat. d. *πεσόντα.*

469. *Αἴας δ' αὖτε γέγωνεν ἀμύμονι Πουλυδάμαντι.* Townl. Moſc. 2. Vrat. d. et Ven. *αὐτ' ἐγέγωνεν.* retineo Ionicum. Monet Clarke *γέγωνεν* eſſe aoriſtum ſecundum, non perfectum.

Zenodotus legerat „*ἀμύμονα Πουλυδάμαντα*" Sch. A. at Homerus vbique caſum tertium adiungit.

470. *Φράζεο.* per *ὅρα* reddunt. E, 440 et alibi. *καί μοι νημερτὲς ἔνισπε.* Ven. *ενισπες.* Non improbabile mihi ſit, ita lectum fuiſſe ab aliis olim, *ἐνίσπες,* vt *ἐπίσχες, ἐπίθες,* ſi comparo gloſſam turbatam Etymologi in *ἔνισπεν* cum Schol. A. ad Ω, 388.

471. *ἦ ῥ' οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντιπεφάσθαι ἄξιος.* Editum erat *ἦ δὴ οὐχ.* Pronuntiatum *ἦ δὴ 'υχ.* vt *ἦ οὐχ* alibi *ἦ 'υχ.* ſic Ψ, 670. Poteſt hoc doctius lectum videri; et retinuiſſem, niſi vidiſſem, e ſola Romana et Euſtath. hoc adoptatum eſſe; omnes contra libros exhibere *ἦ ῥ' οὐχ,* aut vitioſe *ἦ ῥ' οὐκ.*

Προθοήνορος ἀντιπεφάσθαι. Schol. br. *ἀντὶ πεφάσθαι.* quod praeferam. v. ſup. ad N, 447 *τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι.* Codd. pars et Edd. *ἀντιπεφᾶσθαι* ſcribunt; ac ſi eſſet a *φάω.* Atqui eſt *πέφαμαι, πέφαται δ' ὤριστος Ἀχαιῶν.* ergo et *πεφάσθαι.* Monuit quoque Clarke. Sententia ſimilis erat ſup. N, 446. 447.

472. *ἄξιος· οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ.* Homericum eſſe nequit *κακος ϝειδεται.* Animaduertit iam

Bentleius et vitium et medicinam; et corrigit vel *οὐ μέν μοι δοκέει κακὸς*, vel *οὔ τι κακός μοι εἴδεται.* Apud Theod. Gaza p. 155 Grammat. legitur *οὐ μέν τοι κακός.*

474. *αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐῴκει.* Legerat Aristophanes: *αὐτῷ γάρ ῥα Φυὴν* — meo sensu melius; specie corporis, (*dem Wuchs nach*) *γενεὴν* esset vel aetate vel quod huc facit, genere, *ἄγχιστα εἶναι.* pro *ἀγχιστεύειν, ἀγχιστεὺς εἶναι.*

475. *γινώσκων* et *γιγνώσκων* et h. l. variat.

Τρῶας δ' ἄχος ἔλλαβε θυμόν. θυμῷ vbique editum, etiam in Eustath. *θυμοῦ* Cant. *θυμὸν* receperat Clarke ex Harlei. nec iniuria: quandoquidem et per se est Homericum et firmatur codd. Lips. Ven. vtroque Mori. Harl. Vrat. A.

477. *ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς.* ⸖ *πρὸς τὸ, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,* A, 37. v. ad E, 21. 299.

478. *τῷ δ' Ἀκάμας ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας.* Harlei. *ἐπεύξατο μακρὰ βιβάσθων* vt sup. nonnulli vs. 453. *τῷ δ'* sc. *τῷ οὐτῆσαι τὸν Πρόμαχον.*

479. *Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἀπειλάων ἀκόρητοι. ἰόμωροι* hoc loco et sup. Δ, 242 occurrit; ad quem loc. vide. *Bellicosos* declarari apparet; sed etymologia incerta. Vulgo redditur: *οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς, τὰ βέλη, κακοπαθοῦντες.* a *μοῖρα, μόρος, μορέω.* Porro *ἀπειλάων ἀκόρητοι.* Sch. B. *μὴ πληροῦντες τὰς ἀπειλάς. ἀτελείωτα καυχώμενοι.* Male. Sunt *immodice gloriabundi*, vt *ἀκόρητος πολέμοιο* et similia *qui non cessat pugnando*, pugnax. M, 335. N, 621. H, 117. *ἀκόρητοι* et *ἀκόρεστοι* Harlei.

482. *Φράζεσθ' ὡς ὑμῖν* — *ἡμῶν* Lips. forte eum *ἡμῖν* voluisse putabat Ernesti. *ὑμῖν* et *ὑμῶν* Harlei. *ὔμμιν* Cant.

483. *ἵνα μή τι.* pro hoc alii *μή τοί τι.* Sch. A. *ποινῇ* Vrat. d. pro *ποινή.*

484. *δηρὸν ἔῃ ἄτιτος* legimus ex certa emendatione Clarkii. Vulgo vbique, quantum reperire potui, metro inuito: *δηρὸν ἄτιτος ἔῃ.* atqui media breuis est in *ἄτιτος.*

quod exempla docent a Clarkio apposita, v. c. N, 414. Ω, 213. ἄτιτος pro ἀτιμώρητος. Sch. br. et al.

τῷ καί κε τις Vrat. d. καί τε.

485. γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις ἄρεως ἀλκτῆρα λιπέσθαι. Ita vulgo legebatur. ⊱ „quod γνωτὸν eundem dixit qui ἀδελφὸς erat. Sch. A. vt O, 350 Γνωτοί τε γνωταί τε. Notat idem Apollon. Lex. h. v. Hesych. Etymol. Vulgari vsu, *notus*, occurrebat sup. H, 401. at γνωστὸς Vrat. d. Simili sensu felix habetur, cui vlciscendo filius sit superstes Od. Γ, 196.

ἄρεως ἀλκτῆρα. Consentiunt sane in hoc codd. et edd. Etiam vterque Venetus. Nec aliter Schol. br. ἄρεως ἀλκτῆρα, ἀλεξητῆρα τοῦ πολέμου, καὶ βοηθόν. ἤ, ὥς τινες, φόνου τιμωρόν. Scribunt ἄρεος Barocc. Harlei. Eustath. qui addit: ὁ τοῦ φόνου ἐκδικητής, ὁ καὶ ἀμύντωρ πρὸ ὀλίγων ῥηθείς. Ernesti recte legi ait hic et ad Σ, 100 ἄρεως ἀλκτῆρα, nec tamen sensum vocis expedit. Erit sane ἄρης accipiendum de caede, vt Sch. B. τοῦ ἐν πολέμῳ θανάτου. precatur sibi quisque fratrem esse superstitem, qui vlcisci possit se caesum, et τιμωρεῖσθαι τὸν φονέα s. τιμωρὸς τοῦ φόνου εἶναι.

Laudatur pro varia lectione: γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι. E Schol. A. et B. discimus, Zenodotum ita legisse et hic et Σ, 100 ἐμοῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Vulgata itaque deberi videtur Aristarcho, qui nec hic iudicium suum satis probauit. Scriptum erat in antiquioribus exemplaribus ΑΡΗΣ, hoc cum accepisset de Marte, procliuis sane fuit grammaticus ad mutationem in αρεως. At enim est ἀρῆς, ab ἀρά, βλάβη, noxa, pernicies, iniuria. Actum satis de his vocibus ad M, 334. Cum hoc idem receptum sit loco altero, Σ, 100 recepi id etiam h. l. ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς — vti est quoque Od. X, 208 Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν. Adstipulatur quoque Bentleius, qui legerat id pro var. lect. in Harlei.

pro λιπέσθαι, ed. Rom. γενέσθαι forte ex altero loco Σ, 100.

488. ἀρμήθη δ' Ἀκάμαντος. Schol. B. „κατὰ τοῦ Ἀκάμαντος."

489. Πηνελέοιο ἄνακτος. „γρ. Πηνελεῷο" Barnes, vt Πετεῷο Il. B, 552. Cant. Πηνέλεω. In Harlei. erat glossa „γρ. δὲ Πηνελέωο" sine iota subscripto, et hoc probat Bentleius; Hephaest. p. 5, διὰ τοῦτο δὲ συστέλλομεν παρ' Ὁμήρῳ· Πηνελάοιο ἄνακτος. Scilicet vulgare erat Πηνέλαος, vt Μενέλαος. Eadem fere in Eustath. p. 999, 7.

In Townl. versus erat scriptus in margine; omissus scilicet socordia librarii; non consilio.

490. 491. recitat Pausan. II, 3 p. 117. vbi Mercurius cum ariete stans ex aere illustratur, quod praeest gregibus. Bene Koeppen laudat loca Hymni in Mercur. 487. 565. Omiserat 490. 1. 2. Vrat. b.

490. τόν ῥα μάλιστα. „quem vtique. quem videlicet" Clarke. τὸν δὲ μ. Barocc. Mori.

492. τῷ δ' ἄρ' ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν Ἰλιονῆα. Noto vsu voc. ὑπό τινι τεκεῖν. v. ad B, 714.

493. οὖτα κατ' ὀφθαλμοῖο. iterum alii οὖτα cum vitio metri.

κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα Schol. B. „θέσιν, ῥίζαν, θεμέλια." Addunt Schol. br. βάσεις. Spectat Suidae Scholion ad h. v. τὰ ἐσώτερα μέρη. τὰ ἐν βάθει.

494. διὰ πρὸ, ex more alii διαπρό.

495. διὰ ἰνίου ἦλθε. Iam E, 73 κεφαλῆς κατὰ ἰνίον vbi v.

496. Πηνέλεως δὲ — Alii vt Vrat. d. Πηνέλεος. Ita conuenit superioribus vs. 489.

498. κάρη. vn. Vindob. κάρην. quod vitium iam supra occurrere vidimus.

499. ὁ δὲ φῆ, κώδειαν ἀνασχὼν, πέφραδέ τε. &c. „ὁ δέ φῆ, vel vt Schol. A. narrat ὅ δέ φη, Zenodotus scripserat, vt φὴ sit pro ὡς, iunganturque: ὁ δὲ, ὡς κώδειαν,

ἀνασχὼν (sc. τὸ κάρη) πέφραδέ τε etc. At Aristarchus φῆ pro ἔφη dictum agnoscit et ἀθετεῖ vs 450." Nec tamen Sch. A. in hoc Aristarchi iudicio acquiescit, sed versum tuetur; esse enim sollenne poetae, iterare eadem." Ferendum ergo esse, φῆ πέφραδέ τε et ηὔδα, putauit. Pergit idem: „Zenodotum falli; nunquam Homerum φὴ dixisse pro ὡς, (haec quoque Suidas in φῆ apposuit) sed tantum seriores, vt Antimachum et Callimachum. Laudantur ex Antimacho paullo post verba: φὴ γέρων οἷσιν εἰπὼν (f. ἔειπεν.) Vide de his iam dicta ad B, 144. Vix assequi licet, quomodo veteres φὴ pro ὡς dictum statuere potuerint. An forte ex ἐφ' ᾗ, ἔφη et φή? Iterum ad hoc φὴ respicit Schol. A. ad Σ, 253. et Eustath. h. l. p. 999, 25.

φῆ pro ἐμφανῆ ἐποίησεν in Schol. Excerpt. repererat Barnes. Inane tamen est habendum omne studium in ratione interpretationis excogitanda; manifestum est, φῆ esse pro ἔφη, et versum sequentem esse spurium.

„γράφε· ὁ δ' ἔφη" praecipit grammaticus ap. Barnes. Et habent hoc codd. Lips. Vrat. A. b. d. vn. Vindob. et alius grammaticus in Schol. A. ὁ δ' ἔφη, ῥῆμα, καὶ οὐχ, ὡς Ζηνόδοτος, ἀντὶ τοῦ ὡς. At Ionicum est φῆ.

κώδειαν. proprie papaueris. Itaque voluere veteres, comparatiue hoc poni, et φὴ esse pro ὡς, aut subintelligendum esse ὡς κώδειαν, ita supplendum: ἀνασχὼν τὸ κάρη. Ita Schol. A. et Apollon. Lex. h. v. κώδειαν. ἰδίως ἡ τῆς μήκωνος κεφαλή. ὅταν δὲ λέγει· ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχὼν· παρέλειπε τὸ ὡς. ἵν' ᾖ, τὴν τοῦ ἀνθρώπου κεφαλὴν, ὡς τὴν τῆς μήκωνος, ἀνέσχε. τῶν ἅπαξ εἰρημένων. Similia Schol. Vict. et Sch. br. Melius tamen alii κώδειαν pro ipso capite dictum esse censent; quod et Pollux habet II, s. 39. Hesych. in κωδία, ad quem idem vocis vsus laudatur e Lycophr. I, 35 et Nicandro Alexiph. 216. vbi Schol. Homericum locum laudat.

500. πέφραδέ τε Τρ. versus haud dubie delendus, tanquam otiosus et ineptus, a rhapsodo interpositus: φῆ. πέφραδε. et ηὔδα. addit Bentleius, quod nec εὐχόμε-

νος locum habet in ſeqq. nam modeſte et συμπαθῶς loquitur. Eſt quoque verſus appictus ab alia manu ad Apollonii Lex. in Φραδέος, vbi de Ariſtarchi cenſura lectionis Φράσον Il. A, 83 agitur. πέφραδε eſt pro ἐπέφραδε.

501. εἰπέμεναί μοι. „renuntiate quaeſo“ Clarke.

503. οὐδὲ γὰρ — „nam, vt vos dudum gloriati eſtis, neque apud nos.“ Clarke. Atqui ne ſic quidem ſententiae nexus habetur; ſed ſunt ſeiungenda οὐδὲ γὰρ a ſuperioribus, et, quod bene vidit Koeppen, ſupplenda ſententia: iure meritoque etiam Ilionei Troiani parentes lugere, cum et ex Achiuis lugendum ſit Promachi vxori. Porro, ſupplendum γανύσσεται ἐπὶ ἀνδρί —

δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο. Bentl. ſuſpicabatur ſcriptum fuiſſe δάμαρς. Ἀλεγεινορίδαο vn. Vindob.

504. 5. ὁππότε κεν δὴ ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα. Clarke, alias tam parcus in interpretandis iis, in quibus operam eius deſiderabas, hic repente longam notam ſubiungit, vt doceat, particulas κεν δὴ pulcerrime depingere (qua voce vtitur) *longam* ſpem et expectationem de reditu mariti. Hoc vero eſt argutari. Nam κεν ſpectat ad ſubiunctiuum νεώμεθά κεν, pro ἄν. Sic ὁππότε δὴ, quandocunque, in quo vim neſcio quam quaerit, eſt ad verbum, quando vtique.

505. σὺν νηυσὶ νεώμεθα. Zenodotus et Ariſtophanes ἐν νηυσί.

506. τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλε. Venetus: ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα. Schol. A. tamen: „γρ. καὶ, ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλε. Prius illud, quod Venetus habet, memorat quoque Euſtath. pro var. lect. idque exhibent codd. Cant. Barocc. Mori. Lipſ. vn. Vindob. et ed. Rom. Vtrumque in Homero occurrit, et bene ſe habet; nec vtrum verius ſit, iudicium fieri recte poteſt; ſimilia ſimilibus ſubſtituerunt rhapſodi; potuere quoque ſubſtituere librarii et grammatici. Itaque, ſi alteram lectionem ſubſtituimus, hoc non eſt, emendare et corrige-

re, fed permutare lectionem; nihil amplius. Veneti lectionem firmabis ex Θ, 452 vbi tamen cafus tertius eft, *σφῶϊν δὲ πρὶν περ τρόμος ἔλλαβε γυῖα.* add. Ω, 170. Vulgatum ex multis locis adftrues: Od. X, 42. (vbi hic et fequens verfus legitur) Λ, 43. 632. Il. Δ, 421. Θ, 77. Occurrit quoque pro var. lect. *χλωρὸν δέος ᾕρει.* quod et ipfum alibi legitur: Od. Ω. 449. Il. H, 479. *ὑπόχλωρον* Mofc. 2. *τοὺς δ' ἄρα,* Clarke: „vt fit, vt par erat." tu redde, vtique.

507. *ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.* Ed. pr. *ὅποι φύγοιεν.* emendate *ὅποι φύγοι* Aldd. Turn. *ὅπῃ* recepit Stephanus ex ed. Rom. *φύγῃ* Cant. Lipf.

508. Mufas inuocat, quia noua res fuccedit, cum *οἱ ἀριστεῖς* nunc pugnent armis permutatis. Sch. B. perperam. Vid. Notam.

509. *ὅςτις δὴ πρῶτος βροτόεντ' ἀνδράγρι' Ἀχαιῶν ἤρατο.* ξ— „quod *ἀνδράγρια* femel h. l. dixit" nec vsquam alibi. Analogum tamen, vt *ζωάγρια, βοάγρια, μοιχάγρια.* Addunt Sch. A. B. Lipf. Vict. *ἀθετεῖσθαι* verfum propter infolentiam vocis; defendi tamen, quia confequens dictum pro antecedenti *ἀνεῖλε,* etfi nunc non morabantur heroes in fpoliando hofte caefo; Effe autem *ἀνδράγρια, τὰ σκῦλα τὰ ἀπ' ἀνδρῶν ἀγρευόμενα ἢ ἀντ' ἀνδρῶν. — ἀγρεῖν γὰρ τὸ λαμβάνειν.* Exfcripta Scholii pars in Etymol., Oro laudato. *σκῦλα ἐξ ἀνδρῶν* Suidas. et Apollon. Lex. h. v. *σκῦλα· τὰ ὅπλα τῶν πιπτόντων. τὰ ὑπ'* (immo *ἀπ'*) *ἀνδρῶν ἠγρευμένα, οἷον ληφθέντα. — τῶν ἅπαξ εἰρημένων.* add. Hefych. Sch. br. et Euftath. — *βροτόεντα.* v. ad Z, 480. — Omnes tres verfus 508. 9. 510. rhapfodicum epimetron ex aliis locis vt B, 484 illatum redolent. Ne tamen deleas, obftat *ῥα.* *Αἴας ῥα* quod antecedens aliquid refpicit. Significanter *δὴ* et *ῥα* fibi refpondere notat Clarke.

510. *ἤρατο.* Sic et Apollon. in *ἀνδράγρια.* Sch. br. *ἤρατο. ἀπενέγκατο. ἐκτήσατο.* Solus Euftath. *ἤρετο ἢ ἤρατο.* — *ἐπεί ῥ'* „*ῥ' vt diximus.*" Clarke — *ἐπεί περ* Mori. nec male.

511. Ὕτριον οὖτα. οὖτα Lipf. vna cum ed. Flor. Ald. 1. Ita erit ab οὐτάω. v. fup. ad N, 592.

512. Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων. καρτερόθυμον in Strabone legi, monet Barnes.

513. Φάλκην. Φάλτην Barocc. Mori. Φάλκυν Vrat. A. et vn. Vindob. Phalcen et Moryn memorauerat iam N, 791. 792.

515. ΠεριΦήτην. ΠολυΦοίτην coniicit Barnes ex N, 791. ad quem vf. vide. Προθέωνα Barocc.

516. Ὑπερήνορα, ποιμένα λαῶν. ⊱ „quod forte hic idem eſt *Hyperenor*, de quo Menelaus gloriatur P, 24." Sch. A.

οὖτα κατὰ λαπάρην. „γρ. οὔτασε κἀλλαπάρην" Sch. A. et Ven. ipfe, cum ed. Rom. Vtrumque agnofcit Euſtath. Similiter fup. 447. οὖτα male nunc fcribitur. Non enim vltima corripi in hoc poteſt pro οὔτασε.

517. διὰ τ' ἔντεα Mori. fed eſt διάΦυσσε, διήΦυσε, τὰ ἔντερα vt N, 507.

518. κατ' οὐταμένην ὠτειλήν. ⊱ „quod etymologiam vocis ὠτειλὴ fimul apponit παρὰ τὸ οὐτάσαι." Sch. A. Apponit hoc idem Apollon. Lex. ὠτειλήν. etiam Euſtath. cf. fup. ad Δ, 140.

„γρ. κατ' οὐταμένης ὠτειλῆς. Barnes. Debebat definite edere codicem. Scilicet petiit ex P, 86 ad q. l. vide.

519. ὅσσ' ἐκάλυψε „γρ ὅσσε κάλυψε. Saltem fic Cant. Townl. Vrat. d. vn. Vindob. Et hoc erat Homericum.

521. οὐ γάρ οἵ τις ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν. „γρ. οὐ γὰρ ἑοῖ." Barnes. Male. Nam fuit ου γαρ ϝοι.

ὁμοῖος effe fcribendum notant Sch. A. et B. at ὅμοιος effe feriorum Atticorum. Etiam Schol. br. (bene! at cur demum ad h. l. notatum? vidimus iam ad E, 441.)

ἐπισπέσθαι, ἐπιδιῶξαι. ἐπακολουθῆσαι Sch. B. Sch. br. ἀπὸ τοῦ σπέσθαι, ἕπεσθαι. Od. X, 324. Spectat ad h. v. Apollon. Lex. h. v. et Hefych. ἐπισπέσθαι. ἐπακολουθῆσαι. cf. Etymol. in σπέσθαι et ἐπισπεῖν,

522. ἀνδρῶν τρεσσάντων, ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὦρσε. ⁊ quod τρεσσάντων οὐ δεισάντων, ἀλλὰ φευγόντων Sch. A. Euſtath. al. v. N, 515. — ὤρσῃ Sch. br. Cant. Sicque in Ariſtid. To. II p. 257. Or. in Platon. II. editum; etſi et ibi duo codd. ὦρσεν. ὥρσῃ Ven. ὦρσῃ Vrat. d. et Flor. quod mutatum in ὥρσῃ in edd. Aldd. hoc idem Venetus habet: quod in grammaticam peccat. ὦρσε repoſitum ex Euſtath. et ed. Rom. a Turnebo. Tuetur illud Erneſti ex Lipſ. adde Townl. vn. Vindob. ὅτε τε „*quando vtique, videlicet.*" Clarke. argute, non vere. Incidit vir doctus in hanc inanem ſubtilitatem non niſi ſerius in altero Iliadis volumine.

EXCVRSVS AD LIBRVM XIV (Ξ)

EXCVRSVS

de cesto Veneris.

215 ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα. et 219 τῆ, νῦν τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ.

Winckelman. Hiſt. artium (Dresd. ed. p. 199) vbi docuit, Venerem in marmoribus duplex cingulum habere, alterum ſuperius, ſub pectore et mammis, alterum inferius, ſupra femora, *τὸν κεστὸν ἱμάντα* de hoc, tanquam Veneri proprio, intelligit; idque ſe primum perſpexiſſe; cum vulgo ad alterum cingulum ſub mammis ceſtum Veneris transferant. In quibus duo ſunt, quae, vt vera ſint, diligentius ſunt circumſcribenda: primo quod Venerem veſtitam vbique binis cingulis inſtructam aſſerit, quodque hoc illi proprium eſſe ait, quandoquidem et alia ſigna mulierum ac dearum eodem duplici cingulo alia etiam vnico illo femoribus admoto inſignita ſunt. Quid quod vulgatum illud, *zonam ſoluere*, ad nullum aliud, quam cingulum circa femora, ſpectat. Non haec ignorare potuit Winckelmannus: qui etiam aſſertum ſuum poſt haec in *Mon. ant. ined.* P. I. p. 37. (quod recte Vir doctus in ed Rom. *Hiſt. art.* To. I p. 412 monet) ad ſigna reuocat Veneris, in quibus inferius hoc cingulum, alias ſub vndante ſinu latens, palam adſpectui ſubiicitur: etſi nec hoc in omnibus Veneris ſignis huius generis occurrit; vt adeo hoc quoque vniuerſe praedicari

nequeat. Videtur in his fraudem facere hoc, quod *cesti* nomen vsu frequentari coepit de vnius Veneris cingulo; cum tamen cinguli eiusdem vsus communi feminarum more frequentaretur. Cestus itaque Veneris saepe dictus occurrit, nusquam vero, si bene memini, cestus feminae, nec deae alius, sed cingulum, balteus, zona, *μίτρα*. Hoc modo controuersiam componere in promtu est. Superest alterum quod cestum Veneris Winckelmann ad cingulum inferius referri vult; in eo vero ipse poeta repugnat sententiae Winckelmanni: v. 214 ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, *a pectore*, non a femore. Quod 219 τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ subiicitur, saltem tanquam ambiguum, ex illo, tanquam certiore et apertiore, est interpretandum, non contra. κόλπος est *sinus vestis*, adeoque et ipse *circa mammas*. vt manifestum sit, ex Homeri mente mammis subiectum fuisse Veneris cestum non iniectum femoribus; in quo consentientem quoque habeo idoneum arbitrum, Viscontium *Museo Pio Clement.* To. III, p 9. qui etiam p. 69 docet cestum hunc pectori subiectum in Nympharum aliisque signis conspici. Nec aliter acceperat Antiphanes: Αὐτή σοι, Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν, Ἰνώ, λυσαμένη, κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν in Anthol. Steph. p. 425. Brunck. Anal. To. II, p. 204. Etsi seriores poetae de cesto Veneris omnino parum subtiliter agunt; ita Christodorus in Anthol. Steph. p. 393. Analect. To. II, p. 467. recte cestum Veneris mammis subiectum cum narrasset: Φάρεσι κόλπον ἔχουσα ἐπίσκιον· ἀμφὶ δὲ μαζοῖς κεστὸς ἕλιξ κεχάλαστο, χάρις δ' ἐνενήχετο πολλή. idem alio loco Anthol. Steph. p. 386 Anal. p. 460 Venere conspecta nuda, sed *cingulo a ceruice in obliquum supra pectus demisso ornata*, *cesti* nomine et hic vtitur: — γυμνὴν παμφανόωσαν. ἐπὶ στέρνων δὲ θεαίνης αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο χυθεὶς ἐλελίζετο κεστός. Suspicor fuisse Venerem arma Martis tractantem qualem in gemmis occurrere memini; ideoque balteo Martis ornatam. Video nunc ipsum Winckelmannum alio loco (Monum. ined.

p. 37. 38) idem epigramma laudare et comparare Venerem in Villa Borghesia nudam et cingulo instructam.

Est in sigillis Comitis de Caylus Vol. VI. pl. LXXI. 3. 4 puella seu Venus nuda cum strophio sub pectore, et alia similis pl. LXXII, 4. 5. Itaque nec magnam vim habet locus Nonni, quem Winckelmannus pro sententia sua laudabat Dionys. lib. XXXII, 31 (nam alter locus IV, 190 p. 150 nil ad rem facit.) Seruili imitandi studio locum Homericum reddit Nonnus, et Iunonem exhibet Veneris illecebris instructam: inter alia *καὶ λαγόνας στεφανηδὸν ἀηθέϊ δήσατο κεστῷ.* hic sane diserte femora cesto reuincta memorantur; verum Nonni auctoritas expressum Homeri dictum eleuare nequit. Vana esset disputatio omnis, nisi res ad artis priscae iudicium spectaret.

SVPPLENDA ET EMENDANDA.

AD LIB. X—XIV.

X (K)

p. 7. vſ. 7. l. 8. *ἐπάλυνεν* — laudatis adde Suidam in *κρημνώδη* et *κριμνώδη*.

p. 8. vſ. 9. l. 1. „pro hoc *ἀνχαστενόχιζ'*" lege *ἀνεστενάχιζ'*.,

p. 12. vſ. 18. l. 1. „ſed res vix interprete egebat" Adde: Diſertiora tamen habent Schol. Vict. *πρὸ ὀλίγου δὲ χωρισθεὶς* (a Neſtore Agamemnon), *ὡςὰν εἰς ἰατρὸν νοσῶν, θέλει φοιτᾷν πάλιν. ὥςπερ καὶ Εὐφορίων φησί· „πολλάκις οἱ κλισίῃσι πολῃγενέῃσί τε νηυσὶν ἐννύχιοι πίτναντο νόσῳ, ἅπερ ἰητῆρος."* medelam certam haud video; *πίτναντο* videri poteſt dictum eſſe, vt apud Pindarum, *manus extenderunt, ſupplicarunt*, etſi *χεῖρας* ſic deſidero; forte fuit *πίλναντο*, acceſſerunt, et *Πυληγενέεσσι τε νηυσὶν*, vt *Πυληγενεῖς*, Pylii ſunt, *κλισίῃσι* erit in lectis, vt aegri.

p. 15. vſ. 41. *μάλα τις θρασυκάρδιος ἔσται.* Schol. Vict. *ὁ Ἰξίων, ἐστὶ, γράφει.*

p. 17. vſ. 51. *ἔργα δ' ἔρεξ'* — Etiam Schol. Vict. *ἀθετεῖ ὁ Ἀριστοφάνης.*

vſ. 53. „*Αἴαντε καὶ Ἰδομενῆα κάλεσσον.*" *Αἴαντε δυϊκῶς.* Schol. Vict. vſ. 56. *ἱερὸν τέλος.* cf. H, 380. vbi *τὰ τέλη.* et Obſſ.

p. 21. vſ. 79. *οὐ μὲν ἐπέτρεπε γήραϊ λυγρῷ.* Schol. Vict. *ἐπέτρεπε, διὰ τοῦ ε. τὸ δὲ ἐπέτρεπεν, ἀντὶ τοῦ· οὐκ ἐδίδου ἑαυτὸν τῷ γήρᾳ, οὐδὲ ὑπετάττετο αὐτῷ.*

p. 22. vſ. 85. φθέγγεο. Schol. Vict. οὔπω γὰρ εἶχον συνθήματα.

p. 27. vſ. 115. νεικέσω, εἴπερ μοι νεμεσήσεαι. Schol. Vict. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου. τινὲς δὲ, εἰ καί μοι. notiore vſu.

p. 28. vſ. 127. ἠγερέεσθαι. Schol. Vict. ἀντὶ τοῦ ε. τὴν ἐγερέεσθαι. ſunt truncata. forte ab ἐγείρω repetierant. Sic et paullo poſt ad vſ. 130 ἐποτρύνῃ. eadem, ἀποτρύνῃ. οὕτω χωρὶς τοῦ σ. verum hoc ſpectat vſ. 129 οὔτις σοι.

p. 30. vſ. 142. ὅτι δὴ χρειὼ τόσον ἵκει; Schol. Vict. pro δὴ praefixum habet δὲ, et verba: ἀντὶ τοῦ δή. ὡς· ὁποίης δ' ἐπὶ νηός. (Od. A, 171) comparando Scholion Ven. A. intelliges, quam incertos nos reddant ſaepe Scholia.

p. 31. vſ. 146. ἀλλ' ἕπευ. Schol. Vict. ἄνευ τοῦ υ. ἕπε'. (pro ἕπεο.) Paullo poſt ad vſ. 149. ὁ δὲ κλισίηνδε κιὼν — accepere hoc pro tacito reſponſo Schol. B. V. Lipſ. Additur in Vict. δι' ὑποδείγματος παραστήσαι. ἐστασίαζόν ποτε Ἐφέσιοι περὶ χρημάτων. παρελθὼν δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν Ἡράκλειτος, ἐπιπάσσας κύλικι ἄλφιτα ἐξέπιε τὸν κυκεῶ. ἐμφαίνων ὅτι δεῖ ζηλοῦν αὐτάρκειαν. vbi hoc alibi legatur, haud ſuccurrit.

p. 34. vſ. 160. ἐπὶ θρωσμῷ. οἱ μὲν τῷ ἀντικρύ. οἱ δὲ τῷ ὑψηλῷ. οἱ δὲ τῷ πλατεῖ.

p. 35. vſ. 173. ἐπὶ ξυροῦ. Schol. Vict. καὶ διὰ τὸ ὀξὺ, καὶ διὰ τὸ λεπτὸν, ἐπικίνδυνον τοῦτο. τὴν πρώτην τοῦ ξυροῦ συσταλτέον διὰ τὸ μέτρον. Hoc mireris; nam et alibi prior in ξυρὸν corripitur. Sed reſpexit puto ad ξύω, priore longa, nec attendit eſſe quoque aliam formam ξύω, ξυέω, ξυῶ, breui priore.

p. 42. vſ. 222. ἀλλ' εἴ τις. Etiam Schol. Vict. τινὲς, ἀντὶ τοῦ εἴθε.

p. 43. vſ. 224. σύν τε δύ' ἐρχομένω — expectabam σὺν δὲ — καί τε πρὸ ὁ τοῦ. malim excuſum eſſe ὁ, ex vulgari vſu.

p. 45. vſ. 242. εἰ μὲν δὴ ἕτερόν γε κελεύετ' ἔμ' αὐτὸν ἑλέσθαι. Schol. Vict. Ἀρίσταρχος τὴν μὲν ἐγκλιτι-

κῶς προφέρεται. immo vero ad ἔμ' ſpectat, nam κελεύετέ μ' ſcribebat. Apollonius de Syntaxi lib. II. p. 170. et 144.

p. 46. vſ. 246. „γ' repoſui" l. 3. „mutatum eſt in γ" corrige, in δ.

p. 47. vſ. 247. ἐπεὶ πέρι οἶδε. l. 3. „poſſe tamen et περίειδε" corrige περίοιδε. In Schol. Vict. exaratum ἐπείπερ οἶδε. τινὲς κατὰ παράθεσιν τὸ πέρι οἶδε. φασὶ δὲ ἐκ τούτων πεποιῆσθαι τὴν Ὀδύσσειαν, ὅτι κρείττων ἀνδρίας ἐν κινδύνοις ἡ φρόνησις. mirum acumen! ſaltem ἐκ τούτων accipe pro διὰ τοῦτο.

p. 49—53. vſ. 252. παρῴχηκε δὲ πλέον νὺξ habet Victor. cum Schol. παρῆλθον τῆς νυκτὸς αἱ β' πλήρεις μοῖραι — ἵν' ᾖ τὸ πλέω (πλέον) ἀντὶ τοῦ πλήρης. ὅθεν καὶ τὸ, Πληιάδας ἐσορῶντι (Od. E, 272), φησὶ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως. προοικονομεῖ οὖν, φασὶ, τὴν Ὀδύσσειαν. nimis ſubtili acumine!

p. 53. vſ. 254. ὡς εἰπόνθ' ὅπλοισιν Schol. Vict. Ἀριστοφάνης ἀθετεῖ. cauſſam non video. et vſ. 256. τὸ δ' ἐὸν — ὁ δὲ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. et 258. ἄφαλον δὲ ἀναγκαίως. ἐκ γὰρ τῶν φάλων εἰώθασιν ἐκδεῖσθαι οἱ λόφοι.

p. 55. vſ. 265. quae ex Euſtathio appoſui, video eſſe ex antiquo Scholio, quod in Vict. eſt: Ἀπολλόδωρος ὁ σκιαγράφος ἐντεῦθεν πρῶτος ἔγραψε πῖλον Ὀδυσσεῖ. ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῦ ἡ περικεφαλαία.

vſ. 266. τήν ῥά ποθ' — Fuit ζήτησις· προειπὼν, ἐν Θεσσαλίᾳ κατοικεῖν τὸν Ἀμύντορα, δι' ὧν φησι Φοῖνιξ· φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος, (J, 474) ἐνθάδε πῶς ἐν Ἐλεῶνι τῆς Βοιωτίας αὐτόν φησιν οἰκεῖν; ἡ δὲ λύσις ῥαδία. ἡ μὲν γὰρ ὁμωνυμία τοῦ Φοίνικος. Φερεκύδης δὲ Βοιωτὸν τὸν Ἀμύντορά φησι. καὶ γὰρ ὁ ποιητὴς οὐκ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φησὶ φεύγειν τὸν Φοίνικα. δύναται δὲ καὶ ἐν Ἑλλάδι οὕτω τις προσαγορεύεσθαι τόπος Ἐλεών. Apponitur ad vſ. 266. fabula de Autolyci furtis boum Siſyphi iisdem fere verbis, quae ſunt in Hygino fab. 201.

p. 58. vſ. 274. medio. vbi tria ἐρωδιῶν genera memorantur: ex his ὁ ἀφροδίσιος· οὗτος μέν τοι ἐν τῇ συν-

ευσία ἁρμόζοι. ſic in Schol. Ven. p. 254. col. 2. in Schol. Ven. eſt ἀορίζει f. ὀαρίζει. videbunt de hoc naturae curioſi.

p. 59. vſ. 277. χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς. quod veteres ſcripſere plene ὄρνιθι Ὀδυσεὺς, laudato verſu ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν — verſus eſt Praxillae: v. Euſtath. p. 12 media. Schol. Vict. ἐκ πλήρους, ὄρνιθι, δοτικῇ. ἀς· θίν' ἐΦ'ʼ ἀλὸς πολιῆς. (A, 350.)

p. 60. vſ. 280. add. Xenoph. Mem. Socr. I, 4, 18.

p. 64. vſ. 298. Locus Xenophontis adſcriptus eſt in Schol. Vict. hoc modo: τῶν ἐπαινουμένων Ξενοφῶντός ἐστι ταῦτα· ἐπεὶ δ' ἔληξεν ἡ μάχη, παρῆν ἡδὺ (puto ἤδη) θεάσασθαι, ἔνθα συνέπεσον ἀλλήλοις, τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην, νεκροὺς δὲ κειμένους, ἀσπίδας δὲ πεπρισμένας, δόρατα παρατεθραυσμένα, ἐγχειρίδια γυμνὰ κολεῶν, τὰ μὲν χαμαὶ, τὰ δ' ἐν τοῖς σώμασιν ἐμπεπηγότα. ταῦτα δὲ Ὅμηρος ἐνὶ στίχῳ συλλαβὼν πάντα ἀπήγγειλε. Vides quam parum religioſi ſint veteres in adſcribendis antiquiorum locis.

p. 71. vſ. 341. οὗτός τοι, Διόμηδες. lepidum ζήτημα in Lipſ. et Vict. πῶς τὸν ἐρωδιὸν οὐκ ἰδόντες νύκτα δι' ὀρφναίην, νῦν ὁρῶσι τὸν Δόλωνα; ἴσως οὖν ἀνέσχεν ἡ σελήνη.

p. 72. vſ. 347. Etiam Schol. Vict. ἐπὶ νῆας, οὐ, ποτὶ νῆας. Ceterum ſimilis rei facies eſt, quae in Hectoris et Achillis decurſu circa moenia inf. X, 194 ſqq. vbi hic προπάροιθεν ἀποστρέψασκε παραφθάς.

p. 73. vſ. 351. med. in verbis Scholii B. ὅσον ἀροτριῶσαι ἡ ἡμίονος καὶ ὑπογράφειν δύναται, ὅ ἐστι πλέθρον. Schol. Vict. emendate: ὅσον ἀροτριῶσα ἡμίονος ὑπὸ μίαν ὁρμὴν ὑπογράφειν δύναται· —

p. 76. vſ. 357. δουρηνεκὲς — adde Suidam in δουρινεκές. vt ibi ſcriptum.

p. 80. vſ. 387. Schol. Vict. κατατεθνειώτων. διὰ τοῦ η, τεθνηώτων. ἠθέτει δὲ Ἀριστοφάνης, cum Schol. A.

p. 83. vſ. 408. De δαὶ longum eſt Scholion in Schol. Pariſ. copioſe, ex more, inprimis ex Apollonio (de Syntaxi) exponens ea ipſa, quae h. l. appoſita ſunt breuiter.

p. 85. vſ. 418. Troes ὅσοι εἰσὶν ἐφέστιοι καὶ πολῖται bene Schol. Vict. ἰθαγενεῖς appellat.

p. 87. vſ. 428. Παίονες ἀγκυλότοξοι. καὶ πῶς φησιν· ὃς Παίονας ἱπποκορυστὰς ἤγαγεν; (Π, 287) εἰ μὴ ἄρα περιδέξιοι ἦσαν, ὡς Τεῦκρος. Δίδυμος οὖν τοὺς τόξῳ καὶ ἀγκύλῃ χρωμένους ἀγκυλοτόξους εἴρηκεν. Vide de his Obſſ. ad B, 848.

vſ. 429. καὶ Λέλεγες. ὡς ἐπήλυδες, οὐ κατελέχθησαν ἐν τῷ Καταλόγῳ. οὐδὲ γὰρ Ὀθρυονεύς, Ἰφιδάμας, Φαιστός. Λέλεγες δὲ εἰσὶν, οἱ Πήδασον τὴν ὑπὸ Ἴδῃ οἰκοῦντες. „πέρσε δὲ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον“ (Υ, 92) εἶτα· Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν· (vſ. 96. ibid.) οἱ περίλοιποι οὖν ὑπὸ Πριάμου ἦσαν διὰ τὴν πρὸς Ἄλτην συγγένειαν· „ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.“ (Φ, 86) v. Obſſ. ad B, extr. p. 438.

Καύκωνες. v. ibid. p. 439. Schol. Vict. τῆς Παφλαγονίας μοῖρα. τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Καυκώνων ἄποικοι.

p. 89. vſ. 435. l. 3. Pindarus: in Fragment. CLVIII p. 151.

p. 92. vſ. 463. πάντων ἀνθρώπων ἐπιβωσόμεθ'. Schol. Vict. ἐπιδασόμεθ. (vitioſe pro ἐπιδωσόμεθ') γρ. ἐπιβωσόμεθ'. Occurrit quoque βώσω cum ceteris temporibus in Herodoto.

vſ. 465. ὑψόσ' ἀείρας. Schol. Vict. αἱ Ἀριστάρχου· ὑψοῦ καὶ ὑψόσε.

p. 94. vſ. 469. τὼ δὲ βάτην προτέρω. Eadem Scholia: ἐπὶ τόπου τὸ προτέρω, ἀντὶ τοῦ ἐνδοτέρω. τὸ δὲ „καὶ μέλαν αἷμα“ γράφουσί τινες· „καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.“

p. 99. vſ. 506. ἢ ἔτι τῶν πλεόνων. Sch. Vict. περισπαστέον τὸ· ἦ ἔτι. διαπορητικὸς γάρ ἐστι. vix bene. Sollenne eſſet: ἢ ἔτι καὶ πλεόνων.

p. 101 extr. vſ. 515. ζήτησις fuit Porphyrii ad h. v. an recte dici poſſit Apollo haec animaduertiſſe, cuius altera particula eſt in Schol. Vict. et Lipſ. non digna enotatu. Chriae in morem carmen conſtituit ineptus homo, et ad dialecticam ſingula exigit.

p. 104. vſ. 534. ψείσομαι ἢ ἐτεὸν — Schol. Vict. παρὰ δὲ Ζηνοδότῳ οὐκ ἦν ὁ στίχος.

vſ. 535. ἀμΦὶ κτύπος οὔατα βάλλει. Conſtituam hinc verum ſenſum verſus Pindarici Ol. I, 14. ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμΦιβάλλεται. ἀμφιβάλλει τὰ ὦτα. allabitur, adſonat, προςέρχεται.

p. 105. vſ. 538. δείδοικα μετὰ Φρεσὶ eſt quoque in Vict. cum verbis: γρ. καὶ, κατὰ Φρένα.

p. 106 vſ. 546. ἤ τις σΦῶε θεῶν. Schol. Townl. ἐγκλιτέον τὴν, σΦωε. (vt ſit τίς σΦωε) τρίτου προςώπου οὖσαν. οὕτως Ἀρίσταρχος. Ζηνόδοτος δὲ σΦῶε.

vſ. 548. αἰεὶ μὲν Τρώεσσ' ἐπιμίσγομαι Schol. Vict. ὁ Ἰξίων· ἀναμίσγομαι. et paullo ante vſ. 547. αἰνῶς, δεινῶς, μάλα, iam B, 58. Γ, 158.

XI (Λ)

Etiam in hoc libro Schol. Victor. complectuntur dilectum e Schol. B. et A. etſi in breuius redacta. Notabo vt in ceteris tantum ea, in quibus aliquis disſenſus aut varietas occurrit.

p. 126. vſ. 40. ἀμΦιστεΦέες habet Cod. Vict. ſed Ariſtarcheum ἀμΦιστρεΦέες interpretatur. Addit: ταύτην δὲ (an ἀσπίδα?) Ξενοκράτης μίμημα τοῦ κόσμου Φησὶν εἶναι.

p. 132. vſ. 55. πολλὰς ἰΦθίμους κεΦαλὰς — Schol. Vict. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου. ergo alii ψυχάς?

p. 139. vſ. 87. ἐπεί τ' ἐκορέσσατο Schol. Vict. ἔκαμε.

p. 140. vſ. 98. πεπάλακτο. Schol. Vict. γρ. κεκίνητο. ἀλλ' οὐκ εἰκὸς, συνδεδεμένον τῷ ὀστέῳ τὸ δόρυ κινεῖν τὸν ἐγκέΦαλον. credidit ne non fluidum, ſed ſolidum eſſe cerebrum? Tum eſt ἄμετρον. nam κινέω primam habet longam.

p. 141. vſ. 101. αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἶσον τε. Etiam Schol. Vict. Ποσειδιππος Βήρισον ὑΦ' ἕν. Ἡρωδιανὸς μόνος καλεῖ τὸ Βηρ. (f. μόνον καλεῖ τὸν Βήρισον. Ζηνόδοτος δὲ χωρὶς τοῦ ῥ. βῆ Ἶσόν τε.)

p. 144. vſ. 113. ἐλάφοιο — τέκνα. duo parere catulos ceruam ait Schol. Vict. „Ἀριστοτέλης β′ φησὶ τίκτειν τὴν ἔλαφον.“ locum non reperio.

p. 147. vſ. 132. l. 2. Et ſane ſic Zenodotus legerat. Schol. Vict. Ζηνόδοτος· Ἀντιμάχοιο πατρός.

vſ. 135. Pro Ariſtarcho Ariſtophanem memorant Schol. Vict. ζώω legentem.

vſ. 138. Eadem Scholia: Ἀντιμάχοιο δαΐφρονος. Ζηνόδοτος γράφει· κακόφρονος.

p. 148. vſ. 144. οὔδει ἐρείσθη. Sch. V. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου. quid ergo aliae?

p. 149. vſ. 146. χεῖρας ἀπὸ ξίφεϊ τμήξας. Sch. V. „πλήξας αἱ πλείους.“

vſ. 151. ἱππεῖς δ′ ἱππῆας cf. inf. Schol. ad Ψ, 502.

p. 156. vſ. 184. ἔχε δ′ ἀστεροπὴν Sch. V. adduntque γράφεται δὲ καὶ, στεροπήν. Ad vſ. 186. Sch. Vict. apponit plenius Scholion per partes ſaepe memoratum ſup. ad Β, 8. tum Θ, 399. vbi v. Nunc haec addita: βάσκ′ ἴθι, Τυραννίων ὑφ′ ἕν, ὡς, ἄπιθι. ἄμεινον δὲ, ταυτολογίαν εἶναι, ἐμφαίνουσαν τὴν ἔπειξιν. καὶ ἀλλαχοῦ. ἔλθοι καὶ ἵκοιτο. Nicanor ἴθι aduerbii locum habere, et eſſe, quod ἄγε.

p. 158. v. 194. κνέφας ἱερόν. Schol. Vict. ἐπειδὴ μακάρων τοι νύκτες ἔασι“ (verſus Heſiodi Ἔργ. 730) enimvero ἱερὰ νὺξ, ἱερὸν ἦμαρ, alma nox, almus deus.

vſ. 201. τεΐν. Schol. Vict. τὸ ἵν Δωρικὴ ἀντωνυμία. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ε, γέγονε τεΐν. διὸ φυλακτέον τὸν τόνον. (h. e. non ſcribendum eſt προέηκέ τεΐν, vt ſcribendum eſt προέηκέν οἱ.) Recte; ἵς et ἵν (non ἶς) quod idem fuit ϝίς et ϝίν, deprauatum in γιν, antiquum fuit vocabulum pro αὐτὸς, αὐτό. ἱνὶ, et ἵν′ pro αὐτῷ. vnde μὶς, μινὶ, et μίν′, τεῒς, τεϊνὶ, τεΐν′, et τεΐν, quod h. l. legimus. σοὶ αὐτῷ. Idem fuit εἶν, vnde natum ἐκεῖνος. Venia ſit grammaticis his ſubtilitatibus, quas ex Heſychio colligere in promtu eſt, quasque Scholion Vict. mihi extorſit. Vſus eſt τῷ ἵν nuper in Pindaro ad coniecturas afferendas Hermannus Vir doctiſſ.

p. 160. vſ. 227. Scholion ad h. v. A. B. habet quoque Schol. Vict. ſubſcripto nomine Πῖος. vſ. 229. Περκώτῃ ſcribunt quoque Sch. Vict.

p. 162. l. 4. „Apollon. Lex. p. 74.“ ed. Toll. p. 58. 59.

p. 162. vſ. 241. κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. eſt quoque ap. Suidam in κοιμήσατο.

vſ. 243. δόμον ἡμιτελῆ B, 701. ad h. v. transfert Schol. Vict.

p. 171. med. pag. „tam multa caedebantur“ corrige, *multi*.

p. 174. vſ. 314. Comanus nimium laudari Vlyſſem credidit: verba Euſtathii in Schol. Vict. habentur: παρ' ἔμ' ἵσταοσο· „συμφερτὴ ἀρετὴ (ex N, 237) Κομανὸς δέ φησι, καθ' ὑπεροχὴν ἐπαινεῖσθαι Ὀδυσσῆα, εἴγε ὡς ἥττονα (immo vero ἥττονι) Διομήδει ἐπιτάσσει. (h. e. προστάσσει.)

vſ. 317. μενέω καὶ στήσομαι. Sch. V. καὶ τλήσομαι, γράφεται.

p. 181. vſ. 356. pro Ariſtophane verſum damnante Schol. Vict. memorant Ariſtarchum.

p. 184. vſ. 368. ἐξενάριζε legit quoque Schol. Victor. et recte tuetur. vſ. 370. Τυδείδῃ δ' ἐπὶ τόξα τιταίνετο. Schol. Vict. ἀναστρεπτέον δὲ τὴν πρόθεσιν, ὥς φησιν Ἡρωδιανός.

p. 186. vſ. 385. Herodianum Scholii in Ven. A. auctorem eſſe, eumque Ariſtarchi auctoritatem ſequutum eſſe, diſerte memoratur in Schol. Vict.

p. 190. vſ. 392. ἀκήριον ἄλψα τίθησι. Sch. V. ἄνδρα τίθησι. vſ. 395. οἰωνοὶ δὲ πέρι πλέες ἠὲ γυναῖκες. optime explicabis: eſſe pro vulgari πλεῖον, h. e. μᾶλλον. Schol. Vict. οὐκ ἔστι δὲ σύνθετον τὸ περιπλέες, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν ἡ πέρι.

p. 191. vſ. 403. l. 3. „ϝειπε ϝεον“ ſcribe ϝεϝον.

p. 193. vſ. 413. μετὰ σφίσι. Schol. Vict. Νικάνωρ διαστέλλει τὸ σφίσι τῶν ἑξῆς· ὀρθοτονητέον δὲ τὸ σφίσιν.

p. 198. vſ. 440. βέλος. forte ad h. v. ſpectat Suidae gloſſa: βέλος, τὸ τραῦμα.

vſ. 450. ὦ Σῶχ' Ἱππάσου. Sch. V. ὦ Σῶκε, ἐντελῶς, αἱ Ἀριστάρχου. quod mireris.

p. 201. vſ. 460. καθ' ὅμιλον ἔβησαν quod ὁμιλαδὸν ap. Apollon. aliquoties vt IV, 1181. Φαιήκων οἱ ἄριστοι ὁμιλαδὸν ἐστιχόωντο et in Herodoto IX, 59 βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήϊσαν. vbi nil mutabis.

vſ. 462. ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός. Sch. A. μεγαλόφωνος παραδέδοται ὁ Ὀδυσσεύς· „ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην" (Γ, 222.)

p. 207. vſ. 498. μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης. v. inf. not. ad h. l. et Excurſ. p. 270. 271. Sch. Vict. ἀριστερὸς τοῦ ναυστάθμου ἐστὶν ὁ Σκάμανδρος. recte ſi ex parte Troianorum hoc pronuntiatum eſt. add. ad M. p. 359 et Supplenda ad Δ, p. 667. l. 7 f. Infra vſ. 524. eſt ἐσχατιῇ πολέμοιο. verſus Scamandrum; vnde procedit ad alterum cornu, ad Aiacem reprimendum.

p. 209. vſ. 515. In Scholio ad h. l. quod ex Ven. B. adſcriptum eſt, l. 14 poſt τὸν Μαχάονα μόνον χειρουργεῖν θέλουσι — ἀλλὰ τὸν Μαχάονα Schol. Vict. interponunt haec: τοῦτο ἔοικε καὶ Ἀρκτῖνος ἐν Ἰλίου πορθήσει νομίζειν ἐν οἷς φησιν·

„αὐτὸς γάρ σφιν ἔδωκε πατὴρ (excidit κλυτὸς aut ſimile quid)
Ἐννοσίγαιος πεσεῖν (leg. παισὶν)
ἀμφοτέροις· ἕτερον δ' ἑτέρου κυδίον' ἔθηκε.
τῷ μὲν κουφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἔκ τε βέλεμνα
σαρκὸς ἑλεῖν, τμῆξαί τε καὶ (excidiſſe videtur ἕλκεα) πάντ' ἀκέσασθαι·
τῷ δ' ἄρ' ἀκριβέα πάντα ἐνιστήσεσιν (leg. ἐνὶ στήθεσσιν) ἔθηκε
ἄσκοπά τε γνῶναι, καί κ' ἀναλθέα ἰάσασθαι.
ὅς ῥα καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωομένοιο
ὄμματά τ' ἀστράπτοντα βαρυνόμενόν τε νόημα."

Vides fragmentum Arctini quantiuis pretii ex Ἰλίου πέρσει, cuius in argumento carminis ap. Proclum nulla eſt memoria, quod tamen licet addere memoratis in Exc. I.

ad Aen. II. De Aiacis tamen caede Arctinum egiſſe, iam ex Schol. Pindari I. IV, 58 didiceram.

ibid. paullo poſt, vbi dictum in Schol. *διὰ γὰρ τὸ ἀπρεπὲς παρῆκε τὴν δίαιταν* (poeta) — poſt *προποτιζόμενον· ταῦτα γὰρ κωμικά. ὡς καὶ Διονυσίῳ πεποίηται ἐν λιμῷ τῶν νόσων Ἡρακλῆς, Σειληνός τε κλύζειν πειρᾶται καὶ Ἡρακλέα.* Forte fuit Dionyſii tyranni drama *ὁ λιμώττων Ἡρακλῆς*, aut ſimpliciter *ὁ λιμώττων*; vt fuerit ſcriptum: *πεποίηται ἐν Λιμώττοντι νοσῶν Ἡρακλῆς.*

p. 210. vſ. 519. *μάστιξε δ' ἵππους.* l. 5. „*ἵππους.*" repone *μάστιξεν ἵππους*, et mox, „nec minus *μάστιξεν ἐλάαν.*

p. 214. vſ. 545. *τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου. Ἀριστοφάνης· δι' ὁμίλου. ἀντίπτωσις δέ ἐστιν. ὡς τὸ· „ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων."* immo *ἐπ'* Ω. lib. III, 5.

p. 217. vſ. 553. de leone alia admiſcet Schol. Vict. *ἐπειδὴ δὲ πολὺ ἔχει τὸ θερμὸν, δέδιε τὸ πῦρ· ὅθεν οὐδὲ μύει κοιμώμενος, οὐδ', ὡς Δημόκριτός φησι, τικτόμενος.*

p. 222. vſ. 591. *οἱ δὲ παρ' αὐτὸν πλησίοι ἔστησαν.* Sch. V. *οὕτως, ἀρχαίως. οὐ, παρ' αὐτῷ.*

vſ. 592. *σάκε' ὤμοισι κλίναντες.* Sch. V. *δύναται καὶ, τοὺς ὤμους τοῖς σάκεσι σκεπάσαντες. δύναται δὲ καὶ, τὸ σχῆμα τῆς ἀσπίδος δηλοῦν, ὅτι τὸ μὲν ἄνω προσέκλινον τοῖς ὤμοις, τὸ δὲ κάτω προέσχον.*

p. 223. vſ. 596. *Νηλήϊαι ἵπποι.* quod ſunt progenies ex equis Nelei. Pergit Sch. V. *τοῦτο δὲ ἔνιοι μὲν οὐ συνιέντες, γράφουσι „Νηλήϊον" ἐπὶ τοῦ Νέστορος. ἄτοπον γάρ φησι Νηλέως ἵππους ζήνων μέχρι νῦν.* (corrige *ἄτοπον γάρ φησι* ſcil. Porphyrius; aut fuit *φασὶ*) *Νηλέως ἵππους ζῆν μέχρι νῦν.*

vſ. 599. Sch. V. *ἅμα δὲ ᾠκονόμησε ταῦτα ὁ ποιητὴς πρὸς τὴν ἔξοδον Ἀχιλλέως.* recte. v. Notam ad vſ. 596 —616.

p. 226. vſ. 629. Ad Scholion haud indoctum ſuper *κυκεῶνα*, Schol. Vict. ad calcem ſubiicit verba, ſic corrigenda: *καὶ Πέτρων δὲ Αἰγινήτης, ἐπεὶ δι' ἔνδειαν ἐπίπτωσις νόσων γίνεται,* (ſic corrigo *γράφει* ex compendio) *καὶ*

οἶνον καὶ κρέα προσέφερεν, ἀναπληρῶν τὸ λεῖπον τῆς φύσεως· vides Brownium inter antiquos! Eſt hic ille Petron, de quo Celſus memorat III, 9. Apud Galenum lib. III. medicament. κατὰ γένη (c. 9) παρὰ Πετρωνᾶ editur; haud dubie pro Πέτρωνα.

p. 227. vſ. 627. ἢ σφῶϊν πρῶτον μέν. Schol. V. ἐγκλιτέον τὴν, σφωϊν. τρίτον γάρ ἐστι πρόςωπον. Scilicet veteres recte ſcripſere pronomen tertiae perſonae dualis σφωὶν, pro αὐτοῖς, vt diſtinguerent a σφῶϊν duali ſecundae (vobis) idque pro enclitica cum haberent, ſcripſere h. l. ἤ σφωϊν.

p. 228. vſ. 629. ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον. Locus Platonis eſt in Ione p. 538 C. et ante Plutarchum primo loco memorandus erat Xenophon Sympoſ. 4, 7.

p. 234. vſ. 648. νεμεσητός. Sch. V. Ἀρίσταρχος, μεμψίμοιρος. 651. πάλιν ἄγγελος Sch. V. τινὲς ὑφ' ἕν, παλινάγγελος. οὐκ εὖ.

p. 239. vſ. 678. συβόσεια. Sch. V. ἐκατέων τὸ ι. corrige ἐκτατέον τὸ ι.

p. 240. vſ. 683. οὕνεκα μοι. Sch. V. ταῦτα ἐρεθιστικὰ πρὸς νέον (Patroclum) λεγόμενα, ἵνα ἀκούσας Ἀχιλλεὺς φιλότιμος ζηλωτὴς γένηται. neſcio an Ἀχιλλεὺς delendum ſit.

p. 241. vſ. 689. Sch. V. οὐ διὰ τὰ καθάρσια τοῦ Ἰφίτου (caeſi ab Hercule Apollod. II, 6, 2) πορθεῖται ἡ Πύλος. ἐπεί τοι παρ' Ὁμήρῳ οὐκ οἴδαμεν φονέα καθαιρόμενον, ἀλλ' ἀντιτίνοντα, ἢ φυγαδευόμενον, ἢ οὖν (ſcil. πορθεῖται ἡ Πύλος) διὰ τὴν ὑπερηφανίαν Περικλυμένου, ἢ ὅτι Ὀρχομενίοις κατὰ Θηβαίων, ὡς συγγενεῖς, συνελάβοντο, ὅτι δὲ συγγενεῖς Ὀρχομένιοι Πυλίων, φησίν· ἤ που ἐν Ὀρχομενῷ ἢ ἐν Πύλῳ. (Od. Λ, 458) καὶ· ὅς ποτ' ἐν Ὀρχομενῷ Μινυηΐῳ ἶφι ἄνασσεν, ἠδὲ Πύλου βασίλευεν. Αὐγέας δὲ ἕνα Ἀργολικῶν φησι τῶν Γηρυόνου βοῶν ἀφελέσθαι Νηλέα, ὅθεν Ἡρακλέα Νέστορι παραδοῦναι τὴν ἀρχήν. (ſunt haec luxata; delebo equidem vocem Ἀργολικων e ſeqq. inſertam) Τελέσαρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς ἄγοντα τὰ χρύσεα μῆλα, καὶ τὸν ζωστῆρα, καὶ τὰς Διομήδους ἵππους,

εἴργεσθαι ἐπιβαίνειν τῇ πόλει καὶ τοῦ Νέστορος κωλύοντος. (f. τοῦ Νηλέως) cf. Apollod. II, 7, 2. 3. et Not.

p. 242. vſ. 691. In Scholio ad h. l. Victor. codex interponit hoc quoque: λόγος δέ ἐστιν, ὅτι Χλωρὶς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῶ παίδων ἀγχόνῃ διεχρήσατο. adde haec ad Notas Apollod. p. 594.

p. 244. vſ. 699. Schol. Vict. πῶς γὰρ Αὐγείας, ἐφ' ῳ Ἡρακλῆς τὸν ἀγῶνα ποιεῖται, ἀφῄρηται τοὺς ἵππους; στέφανον δὲ ὅλως οὐκ οἶδεν (ad περὶ τρίποδος vſ. 700) ὁ ποιητὴς, οὐκ ἐν νίκῃ, οὐκ ἐν θυσίαις, οὐκ ἐν συμποσίῳ. πῶς δὲ οὐκ ἐμνήσθη ἐν τῷ Καταλόγῳ· Ὀγχηστόν θ', ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἄλσος (B, 506. voluit dicere grammaticus, non omnia memorare poetam; itaque nec, Onchesto memorato, ἀγῶνος meminiſſe ibi celebrati) Πισᾶται δὲ ἐπεμέλοντο τοῦ ἀγῶνος· καὶ ἐπεὶ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων συνεμάχησαν, Ἠλεῖοι δὲ Λακεδαιμονίοις, καθελόντες αὐτοὺς, τούτοις (Eleis) παρέσχον τὴν ἀρχήν. (Lacedaemonii) (Cf. Pauſan. VI, 22.)

p. 245. vſ. 701. τὸν δ' ἐλατῆρ'. Sch. V. τὸν ἑκατέρας συνωρίδος ἐλατῆρα. ὡς· ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἑκάτερθε παρέστη (Od. Σ, 210.) Non eſt prorſus inanis obſervatio; curſus tantum erant bigarum; συνωρίδων. memorati tamen vſ. 698. τέσσαρες ἀθλοφόροι. fuere ergo duae συνωρίδες.

p. 249. vſ. 725. ἔνδιοι ἱκόμεσθ'. hinc elicit Schol. Vict. δῆλον οὖν ὅτι τοῦ Ἀρκαδικοῦ Πύλου ἄρχει, (Neſtor) ὃς ἀπέχει Ἀλφειοῦ ρλ σταδίους. διὰ δειλίαν οὖς (corr. γὰρ) φησιν ἀφικέσθαι. Spectat ad quaeſtionem de ſitu Pyli Neſtoris. Ἀρκαδικοῦ puto vitioſe ſcriptum pro Τριφυλιακοῦ. cf. Schol. inf. ad 758.

p. 250. vſ. 726. vſſ. 725 et 726. in vnum contraxere codd. Mori et Barocc. ἔνδιοι ῥέξαντες ὑ. κ.

vſ. 732. l. 3. „Erneſti" corrige, *Clarke.*

p. 251. vſ. 735. συμφερόμεσθα μάχῃ. Sch. V. εἰς ταυτὸν συνερχόμεθα. καὶ Ἡσίοδος· λιμὸς γὰρ πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί. Accepitne pro, infeſtius? μαχόμενοι. melius acceptum a Guyeto pro συνακόλουθος.

p. 253. vſ. 753. l. 5. a fine: adde: etiam Suidas in δι' ἀσπιδέος. 755. ὄφρ' ἐπὶ — Sch. V. ἕως τῶν Ἤλιδος χωρίων. Βουπράσιον γὰρ καὶ Ἀλείσιον πόλεις τῆς Ἤλιδος. ἡ δὲ Ὠλενία πέτρα τῆς αὐτῆς χώρας μεγίστη. 756. Ἀλισίου. τινὲς Ἀλείσιον κολώνην τὸν τάφον τοῦ Ἀλεισίου. ἦν δὲ εἷς τῶν μνηστήρων Ἱπποδαμείας. ἀλλ' οὐχ Ὁμηρικόν. 758. Ἀχαιοὶ οἱ Πύλιοι· ὡς Ἠλείων μὴ ὄντων Ἀχαιῶν. οὐ τοῦ Ἠλείου οὖν Πύλου ἦρχεν ὁ Νέστωρ, ἀλλὰ τοῦ τῆς Τριφυλίας.

p. 256. vſ. 769. λαὸν ἀγείροντες. Sch. Vict. πῶς οὖν ἡ Ἥρα φησί· καμέτην δέ μοι ἵπποι λαὸν ἀγειρούσῃ· (Δ, 28) ὅτι διὰ τοῦ Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως συνῆγε. καὶ ἡ Ἀθηνᾶ γοῦν κατέχει τοὺς Ἕλληνας ἀποπλεῖν θέλοντας διὰ τοῦ Ὀδυσσέως.

p. 257. αὐλῆς ἐν χόρτῳ. bene Sch. V. ἐν ὑπαίθρῳ.

p. 259. vſ. 785. l. 5. a fine: „Ceterum ex h. l. maxime" adde, et ex Ω, 6.

p. 262. εἴ κε σε τῷ ἴσκοντες. διὰ τῆς ει Ἀρίσταρχος. (εἴσκοντες.) Ζηνόδοτος δὲ διὰ τοῦ ι. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς δια του ι βραχέος φησὶν εἶναι τὴν γραφήν. (forte ἐΐσκοντες.)

p. 265. vſ. 823. ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέονται. Sch. V. οἱ Τρῶες, ὡς Ἐπαφρόδιτος. ὡς τὸ· ἐν δὲ πέσ' ὑσμίνῃ. (ſup. vſ. 297.) καὶ· ἔμπεσ' ἐπὶ κραταιοὺς, leg. ἐπικρατέως. (Π, 81) δύναται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων. εἶπε γάρ· καί νύ κεν ἐν νήεσσι πέσον φεύγοντες (Λ, 311.) hoc recte. v. Obſſ.

p. 266. vſ. 831. δικαιότατος. φιλοξενώτατος. οὕτως Ἐπαφρόδιτος. Sch. Vict. ad eund. vſ. p. 266. med. leg. „Dauiſ. ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXXIV (al. XVIII) pr." 832. ingenioſum inuentum, ad detinendum Patroclum: ἀναγκαίως καὶ τοῦτο, ἵνα διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν ἰατρῶν παραμείνῃ ὁ Πάτροκλος.

XII (M)

p. 272. ad vſ. 4. Scholion B. eſt multo locupletius in Schol. Townl. Poſt illa, quae ſuauiter (etſi non probabiliter; videtur enim poeta et in hoc famam antiquam

ſequutus eſſe) dicta ſunt: *ἐπεὶ δὲ αὐτὸς (ὁ ποιητὴς) ἀνήγειρε τὸ τεῖχος, διὰ τοῦτο καὶ ἠφάνισεν αὐτὸ, τὸν ἔλεγχον συναφανίζων.* pergit: *λάβοι δ' ἄν τις καὶ τοῦτο πρὸς τοὺς χρόνους τοῦ ποιητοῦ, διότι οὐ μετὰ πολὺ τῶν Τρωϊκῶν γέγονε. εἰ γὰρ ἐνῆν ὑπονοεῖν, ὅτι ἐκ τοῦ χρόνου κατέπεσε καὶ ἠφανίσθη,* (ſcil. *τὸ τεῖχος*) *ὡς αὐτοσχεδίως ᾠκοδομημένον, οὐκ ἂν τῷ αἰτήματι τούτῳ ἐχρήσατο, ὅτι αὐτὸς Ποσειδῶν ἠφάνισε. πάντας δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἴδης ποταμοὺς ἐπ' αὐτὸ ἄγει ἐφ' ἡμέρας θ', καὶ τοῦ Διὸς συνεχῶς ὕοντος, καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ἀναμοχλεύοντος τὰ θεμέλια. οὐ δυνάμενος δὲ ἴχνος τι ἀποδεικνύναι τοῦ μὴ γενομένου, διὰ τοῦτο καὶ οὐκ ἠρκέσθη τῇ τῆς δομήσεως ἀναιρέσει, ἀλλὰ καὶ ἀμάθῳ τὸν τόπον ἐκάλυψε. καὶ αἰγίαλος γέγονε τὸ πᾶν. τούτου δὲ αἴτιον ἀπέδωκε τὸ μηνίσαι θεοὺς θυσιῶν ἐπ' αὐτῷ μὴ τυχόντες,* ſecundum verba Neptuni: *Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά τις ἐστὶ* — VII, 446. Profecta haec ex falſa opinione praeconcepta; quidni vel ſic, ſi propioribus annis vixiſſet, rem in miraculum vertere potuerit ac debuerit poeta? Inſpexerat hoc Scholion Euſtathius.

p. 274. vſ. 11. *ἀπόρθητος πόλις ἔπλε.* Sch. V. *Ἀρίσταρχος ἔπλεν σὺν τῷ ν, ἐκ τοῦ ἔπελεν — Ζηνόδοτος ἔπλε ἀποκοπῇ τοῦ ἔπλετο.* inepte.

p. 275. vſ. 15. *πέρθετο δὲ Πριάμοιο* — valde vereor, verſum ſerius inſertum eſſe ab iis, qui carminis partes concinnarunt. Mox ad vſ. 16. Sch. V. — *ἅμα δὲ καὶ προανακρούεται τὴν Ὀδύσσειαν,* nimis acute!

ad vſ. 16. *δή τοτε.* Sch. V. *Μιλησίων ἡ ἀναστροφή. δή τοτε.* Sunt ad vſ. 20. 21. nonnulla in Schol. Vict. de amnibus; valde tamen corrupta; nec iis enodandis locus nunc.

p. 282. vſ. 41. *ἀνδράσι θηρευτῇσι.* Sch. V. *γράφουσι καὶ, θηρητῆρσι·* vt O, 581. et al.

vſ. 44. *ἀντίοι ἀΐσσοντες.* Sch. V. *ἀντίον. οὕτως Ἀρίσταρχος.* et vſ. 45. *κυδάλιμον κῆρ,* bene reddit *τὸ γαῦρον.* et 46. *ἀγηνορίη,* quae *ἀλκὴ* Π, 753. *ἑή δέ μιν ὤλεσεν ἀλκή.*

p. 284. vſ. 54. l. 1. Pro Ariſtophane in Sch. V. eſt Ariſtarchus. vt iterum ad vſ. 67.

p. 286. vſ. 59. l. 1. pro *καββαίῃ*, in Sch. V. eſt *καμβαίῃ*. ex ductu antiquo litterae.

p. 291. vſ. 86. *ἀρτύναντες* Sch. V. *καταρτίσαντες, Ἀρίσταρχος*. Tum inde a vſ. 88. ducibus copiae in iisdem aſſignantur; in prima turma Jlienſes, in ſecunda Troes, et forte Zeleitae; in tertia Troes et ex Arisba, et Adraſtea, (B, 828.) in quarta Dardanii, (ibid. vſ. 819) in quinta Lycii.

p. 292. ad vſ. 101. eſt *ζήτησις* in Schol. Vict. de Glauco, quam videbis in Euſtath. p. 894. l. 36.

p. 294. ad vſ. 118. *νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ* — de hoc v. Excurſ. ad h. l. p. 356. 8. 9. Exc. I ad VII p. 397. et Schol. ad h. l. et inf. ad vſ. 175 cum Schol. Vict. qui et ex Jl. K, 111 ſq. iterat, *ἐν τοῖς ἀριστεροῖς τοῦ ναυστάθμου* Idomeneum et Aiacem ſtationem habuiſſe, et iisdem partibus portam *ἱππήλατον* fuiſſe, ex h. l. vſ. 119.

p. 296. vſ. 128. *Λαπιθάων*. Sch. V. *Ἀρίσταρχος ἐκ τούτων φησὶν, ὅτι Λαπίθαι* (ex Theſſalia: B, 738 ſq.) *μετὰ Ἰδομενῆα νενεωλκήκασιν*. proximo ab Idomeneo et Cretenſibus loco. v. Exc. I ad VII. p. 397. cf. ad vſ. 332.

vſ. 130. Sch. V. *τινὲς ἐπάγουσι τῷ· ἶσον Ἄρηι· „υἱὸν ὑπερθύμοιο Κορώνου Καινείδαο.“* (ex B, 746.)

p. 297. vſ. 137. l. 7. *βόας αὔτας* corrig. *αὔας*.

p. 298. vſ. 142. Sch. V. *ἐόντας. ἐόντες, αἱ πλείους.*

p. 303. vſ. 171. *ὡς οἵγ'* — *Ἀρίσταρχος· ὡς οἵδ'*.

p. 305. vſ. 176. *ἀργαλέον δέ* — Sch. V. *Ζηνόδοτος οὐδὲ γράφει, Ἀριστοφάνης δὲ ἀθετεῖ.*

p. 307. vſ. 189. Sch. V. *κατὰ ζωστῆρα. ἐκεῖ τὸ τυφλὸν ἔντερον.*

p. 308. vſ. 200. *ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε*. Sch. V. *ὄρνις ἦλθε, χωρὶς τῆς ἐπὶ, αἱ Ἀριστάρχου. καὶ Ἀττικῶς ἐξέτεινε τὸ ὄρνις*. haec quem locum habeant, haud aſſequor. Recitat verſus 200—209 quoque Origenes in Celſ. IV. p. 231. ed. Höſch.

vſ. 201. etiam Sch. V. ἀριστερὰ accipit τὰ δυτικά. et vſ. 206. μέσῳ δ' ἐγκάμβαλ' ὁμίλῳ.

p. 312. vſ. 208. ὄφφιν. Simile exemplum διδόνναι, v. ad Ω, 425.

p. 312. vſ. 212. ἀεὶ — Homero ſemper priore brevi: ſcilicet ſi producta eſſe debet ſyllaba, ſcribitur αἰεί. De hac voce multae fuere obſeruationes grammaticorum, paſſim ſigillatim inſertae ab Euſtathio. In Etymologico p. 31, 24. τοῦ δὲ ἀεὶ δώδεκα εἰσὶν αἱ φωναί. ἃς εὑρήσεις εἰς τὸ ἀκτῖνα. verum exciderunt eae in apographis. Itaque locum ſupplebo ex Cod. S. Germanenſi 387. ad Rhapſ. A, 52. a Tollio V. C. deſcriptum:

πάντα τὰ παρὰ τὸ ἀεὶ συντιθέμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, οἷον ἀείμνηστος ἀειγενέτης ἀείφρουρος ἀειπάρθενος ἀειφανής, πλὴν τοῦ ἀΐδιος. Δεῖ γινώσκειν, ὡς δώδεκα φωναὶ εἰσὶ τοῦ ἀεί· ἔστι γὰρ αἰεὶ καὶ αἰεὶν καὶ αἰὲν καὶ αἰὲς ποιητικῶς. καὶ ἀεὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου καὶ συστολῇ τοῦ ᾰ. καὶ ἀεὶ ἐκτάσει του ᾱ. ὥςπερ παρ' Εὐριπίδῃ· τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυςτυχῆ καθεστάναι. (Phoen. 87. vbi nunc αἰεὶ vbique legitur) καὶ αἲ διὰ τοῦ ῐ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. καὶ αἰεὶν σύντονον παρ' αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ, ἄει (leg. ἄϊ) βαρύτονον διὰ τῆς ῐ καὶ συστολῇ τῆς ἀρχούσης, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀΐδιον γράφεται, καὶ σημαίνει τὸ ἀεὶ ὄν. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὡς καὶ τὸ ἀειπάρθενος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται κοινῶς. αἰολικῶς δὲ διὰ τοῦ ῐ. ἔστι δὲ καὶ ἠιὸν παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ η καὶ ῐ, καὶ αἰὴ παρὰ τοῖς Ταραντίνοις διὰ τῆς αι διφθόγγου, καὶ τοῦ η. οἱ δὲ Ταραντῖνοι ἄποικοί εἰσι τῶν Ταραντίνων (Λακεδαιμονίων) ἔτι δὲ καὶ αἰὲς παρὰ τοῖς Δωριεῦσι. καὶ ταύτας δώδεκα φωνὰς λέγουσιν εἶναι. ἔστι δὲ καὶ ἀὲ παρὰ Πεισάνδρῳ (Πινδάρῳ v. ad Pyth. IX, 154) καὶ μηρεῖ (Μηροῖ.)

ἀεὶ pro ἕως Galen. Gloſſ. p. 82.

p. 316. vſ. 239. εἴ ἐπὶ δέξι' (aut vt ſcribendum erat δεξί') ἴωσι. Sch. V. τινὲς δεξιὰ τὰ νότια, ἀριστερὰ τὰ βόρεια. et vſ. 237. ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ πάτρης μαχομένους.

p. 317. vſ. 246. νηυσὶν ἔπ' Ἀργείων Sch. V. Ζηνόδοτος νηυσὶν ἄπ' Ἀργείων γράφει.

p. 323. vſ. 283. πεδία λωτεῦντα Sch. V. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἡ Μασσαλιωτική. Haec quoque Euſtath. qui omnino in hac et ſequentibus rhapſodiis multa habet ex ſimili fonte, quem Victorianus Schol. habuit, profecta.

p. 325. vſ. 292. υἱὸν ἑὸν Σαρπηδόνα — Ζεὺς, Sch. V. Ἡσίοδος δὲ Εὐρώπης καὶ Διός φησιν.

p. 328. vſ. 313. Ξάνθοιο παρ' ὄχθας. Sch. V. ὁ δὲ Ξάνθος Σίρβις νῦν καλεῖται.

p. 331. vſ. 332. τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον. Sch. V. ὅπου ἐτέτακτο. (Meneſtheus) δῆλον οὖν, ὡς ἐπὶ ἐννέα πλέθρα διαβάντες ἦσαν. πρῶτος Αἴας, Ἰδομενεὺς, Βοιωτὸς, (leg. Βοιωτοὶ) Φιλοκτήτης, Πρωτεσίλαος, Ὀϊλιάδης, Διώρης, Μέγης, Μενεσθεύς. non ſatis conuenit ναύσταθμος ſup. Excurſu I ad VII p. 397. enumeratus. Vnde πλέθρα afferat, non teneo. Apparet tamen ex his, veteres quoque de hisce rebus cogitaſſe.

p. 334. vſ. 340. Schol. Vict. πάσας γάρ· πᾶσαι κεκλιμέναι ἦσαν (debuit ergo ſcriptum eſſe πᾶσαι) παρὰ τὸν ὀχέα. (v. Obſſ.) ἀντὶ τοῦ· πᾶσα ἡ πύλη. οἱ δὲ, ἐπὶ πάσας ἤρχοντο, οἱ πολέμιοι. ἐπῴχατο, ἐπικεκλιμέναι ἦσαν, ἐπέκειντο. v. Obſſ.

p. 337. vſ. 343. Sch. A. Αἴαντα. Ζηνόδοτος, Αἴαντε. alterum hoc probatur ex vſ. 338. εἰ δέ σφι.

p. 338. vſ. 346. l. 4. „diſco et Schol." corrige, ex. Etiam Sch. V. ὧδε γὰρ, ἀντὶ τοῦ, οὕτως. ὅ ἐστι, λίαν. — Et ad vſ. 348 καὶ κεῖθι. γράφουσι καὶ κἀκεῖθι. male hoc in Homero.

p. 340. vſ. 372. τοῖς δ' ἅμα Πανδίων — Sch. V. ἀθετεῖται. διὰ τί γὰρ (puta, Teucer) μὴ ἑαυτῷ βαστάζει; τινὲς δὲ, τόξα, τὰ βέλη.

p. 341. vſ. 380. μαρμάρῳ ὀκριόεντι. μάρμαρον de marmore accipit Plin XXXVI, 6. nota tamen res, diſcrimen hoc antiquos ignoraſſe, ſed de candido ſaxo quo-

vis dictum esse. Adoptauit ex Homero μάρμαρον πέτρον Eurip. Phoen. 1410.

vſ. 382. χείρεσσ' ἀμφοτέρῃσ' etiam Vict. cum Scholio.

p. 342. vſ. 383. ὁ δ' ἄρ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας. Iungenda non ὑψόθεν ἔμβαλε, sed ὑψόθεν ἀείρας. hoc vult Schol. Vict. οὐ δοκεῖ μοι νῦν λέγειν, ὅτι ἀπὸ ὕψους βάλλει ἐν τῷ τείχει ὤν. ἀλλὰ, μετεωρίσας τὴν χεῖρα πρὸς τὸ βιαιοτέραν γενέσθαι τὴν πληγήν.

p. 343. vſ. 386. Sch. V. κάππεσ'. ὡς ἤδη ἐπιβεβηκώς. οἱ δὲ, τοῦ ἀναχώματος. λίπε δ' ὀστέα θυμός. δοκεῖ αὐτῷ καὶ τοῖς ὀστοῖς τὸ ψυχικὸν παρεσπάρθαι. ὡς καὶ Ποσειδωνίῳ ἐν Γ. περὶ ψυχῆς. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῆς ἐν ταῖς τοῦ ὀστοῦ ῥίζαις φησὶν εἶναι. Habuit haec ante oculos Eustath. p. 910. l. 40.

p. 344. vſ. 395. νύξ'. Schol. Vict. ἄδηλον, ποῦ; ὁ δὲ Ἀριστοφάνης· ὡς ὑπερκύπτοντα κατὰ τὸ γένειον αὐτὸν ἔβαλε. satis subtile!

p. 345. vſ. 407. Schol. Vict. ἐπεί οἱ θυμὸς ἐβούλετο. γράφεται καὶ, ἐέλδετο. καὶ μᾶλλον.

vſ. 412. Sch. Vict. ἐφομαρτεῖτον. καὶ ἐφομαρτεῖτε, καὶ ἐφαμαρτεῖτε. οὕτως Ἀρίσταρχος. de voce cf. ad vſ. 400.

p. 346. vſ. 426. λαισήϊα Sch. V. ἐξ ἀκατεργαστῶν βυρσῶν. ἢ τῇ λαιᾷ (σειόμενα) παλλόμενα· ἀμαζονικά.

p. 350. vſ. 439. ἤυσε δὲ διαπρύσιον. Schol. A. Ἀρίσταρχος ἐπεὶ τοῦ Διὸς ἕκητι. ad refellendam Zenodoti interpretationem.

p. 352. vſ. 456. ὀχῆες — ἐπημοιβοί. Scholion est quoque in Suida h. v. ἐπηλλαγμένοι, ὥστε τὸν μὲν ἔνθεν, τὸν δὲ ἔνθεν ἐφέλκεσθαι.

δικλίδες et δικλεῖδες. v. Foesii Oeconomia Hippocrat. h. v.

XIII (N)

p. 365. vſ. 2. πόνον τ' ἐχέμεν καὶ οἰζύν. Schol. Vict. Ζηνόδοτος δὲ, ὀχέμεν, nec male hoc. Sic in Odyſſ. ἐχέμεν οἰζὺν, H, 211. κακὸν μόρον Λ, 618.

3. Melius deletur interpunctio post ὅστε Φαεινώ, vt iungantur: ἔτρεπε πάλιν νόσφιν ἐπὶ Θρῃκῶν αἶαν. ne sit καθορώμενος ἐπὶ αἶαν.

p. 369. vs. 6. γλακτοφάγων. l. 7. post „tenuisse constat" Schol. Vict. quoque: τινὲς τούτους σαλμάτας φασί. leg. Σαρμάτας. Corruptius Schol. Ven. A. B. τινὲς δὲ τούτους σπάρματα φασί.

p. 370. vs. 12. Σάμου. de trinis locis huius nominis v. Eustathium. Schol. Vict. Σάμου Θρηϊκίης. πρὸς διαστολὴν, διὰ τὴν πρὸς Ἰθάκην, (Cephalleniam) ἣν Σάμον καλεῖ. (sup. B, 634) Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Σάμος περὶ Μυκαλησσὸν, (male leg. Μυκάλην Ioniae promont.) τρίτη δὲ περὶ τὴν Τριφυλίαν. Porro: Σάμου. Ἀρίσταρχος. ὄρος ὁμώνυμον τῇ νήσῳ. οἱ δὲ ὑψηλότερον εἶναι τοῦ Ἄθω.

p. 373. vs. 20. ἵκετο τέκμωρ Sch. V. ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ παρεγένετε, τὰς Αἰγάς. De mytho vitis Aegis in sacris Dionysi eodem die germinantis, et maturis vuis grauidae diserta est in Sch. V. quoque narratio ex antiquiore, vt apparet, scriptore. Scriptor paullo post memoratus etiam in Schol. Vict. est *Nicocrates;* abolendus itaque Eustathii *Nicostratus.* Sed video totum locum dignum esse qui exscribatur: Ἐν Αἰγαῖς τῆς Εὐβοίας παράδοξα πολλὰ γίνεται. κατὰ γὰρ τὰς ἐτησίους τοῦ Διονύσου τελετὰς ὀργιαζουσῶν τῶν μυστίδων γυναικῶν, βλαστάνουσιν αἱ καλούμεναι ἐφήμεροι ἄμπελοι· αἵ τινες ἕωθεν μὲν τὰς τῶν καρπῶν ἐκβολὰς ποιοῦνται, εἶτ' αὖ πάλιν βότρυας βαρυτάτους καὶ τοὺς μὲν πρὸ μεσημβρίας πεπαίνουσι, πρὸς δὲ τὴν ἑσπέραν τρεπόμενοι ἄκρατον χορηγοῦσι δαψιλὲς ταῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ παρθένοις. οὐδεμία δὲ ἔνδεια γίνεται ὑπ' αὐτῶν κατ' ἐχομένην τὴν ἡμέραν, ἀλλ' ὁσάκις ἀναλίσκεται, τοσαυτάκις δαψιλεύεται. (scil. τὸ ἄκρατον) Νικοκράτης δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος οὐ ταύτας φησὶ τὰς Αἰγὰς λέγειν τὸν ποιητὴν, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ νῆσον ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει. περὶ ἣν καὶ παραδοξολογία τις εἶναι μυθεύεται· τοὺς γὰρ προσορμίζοντας τῇ νήσῳ νυκτὸς πάντας ἀφανεῖς γενέσθαι. διὸ μηδὲ προσπελάζειν τινά. Reuocant

haec in animum aliud miraculum fluuii vino fluentis in insula Andro. ap. Philostr. Imagg. I, 25.

p. 374. vs. 23. χαλκόποδ' ἵππω. Sch. V. εἰσὶν· Ἐφιάλτης καὶ Γλαῦκος καὶ Ἐγκέλαδος καὶ Σθένιος.

p. 375. vs. 27. βῆ δ' ἐλάαν. Sch. Vict. ἐλάαν, ἐλάαν. verum istud vt μάστιξεν δ' ἐλάαν. E, 366 et al.

p. 375. 6. vs. 27. ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ. Etiam Schol. Vict. ὑπ' αὐτοῦ. δι' αὐτόν· ὡς· ὑπὸ τῆς νόσου ἀδυναμεῖ. τινὲς δὲ γράφουσιν· ὑπ' αὐτῷ. τῷ δίφρῳ.

vs. 29. γηθοσύνῃ δὲ, praeter ceteras lectiones in Schol. Vict. οἱ δὲ γηθόσυνα τὰ κήτη. γηθοσύνῃ δὲ, (σὺν. ἐν) τόπον παρεῖχε τῷ θεῷ, φησιν, ἡ θάλασσα, καὶ οὐκ ἀνθίστατο κυμαίνουσα.

διΐστατο. ὡδοποίει. καὶ τί θαῦμα; καὶ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ, φησὶ, τὸ κατὰ Παμφύλιον πέλαγος Καλλισθένης. Is ergo hoc tumore verborum vsus est in traiectu aestuarii: v. Arrian. I, 26.

p. 382. vs. 60. ἀμφοτέρω κεκοπώς. ὥστε, πεπληγώς. αἱ δὲ Ἀριστάρχου διχῶς. κεκοπὼς καὶ τετυφώς. ἐν δὲ τῇ Χίᾳ, κεκοπών.

p. 384. vs. 69. Sch. V. μάντει. οὐ διαιρεῖ. ὥστε· ἀνδρεὶ φωτὶ ἔοικε Γ, 219.

p. 386. vs. 91. Schol. Vict. obseruat, ad h. l. et vs. 83 (66) post Aiaces Salaminios et Locros stetisse, hos excipere ordine Boeotos. vs. 92. Θόαντά τε. ἐγάμει γὰρ Ἀνακτόραν τὴν Πηνέλεω. Δηΐπυρος Πύλιος ἦν, ὥς τινες. οἱ δὲ, ἀδελφὸς Μηριόνους.

p. 388. vs. 103. Scholion A. de θώων, quod et θωῶν scriptum, est quoque in Schol. Par. item Scholion de ὀλοοίτροχος ad vs. 137.

p. 391. vs. 125. κελευτιόων. Sch. V. τινὲς δὲ, κελευθιόων (ex κέλευθος) ἀντὶ τοῦ ὁδηγῶν. perperam.

p. 392. vs. 128. λαοσσόος interpretatur ipse poeta: Δ, 439 et al. ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

p. 394. vs. 135. σείομεν'. οἱ δ' ἰθὺς — Sch. V. τινὲς, σειόμενοι. ἰθὺς ἐφρόνουν, ὥστε εὐθεῖαν πρὸς Τρῶας

χωρεῖν. ead. pag. l. penult. Τουνπεύς, corrige Γουνπεύς.

p. 395. vſ. 137. l. 5 a fine: ὀλοοίτροχος pro ὀλοότροχος, vt χοροίτυπος. Ω, 261. cf. ὀροίτυπος in Etymol.

p. 397. vſ. 144. ῥεῖά δ' ἐλεύσεσθαι. Schol. Vict. ῥεῖα διελεύσεσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος. οἱ δὲ· ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι. τὸ δὲ ἑξῆς· ὁ δὲ Ἕκτωρ ἕως μέν τινος ἠπείλει εὐκόλως διελθεῖν μέχρι τῆς θαλάσσης. ἡ δὲ διὰ ἔμφασιν ἔχει, ἀντὶ, τοὺς σκόλοπας καὶ τὴν τάφρον διελεύσεσθαι. Similis corruptela inf. Υ, 263 vbi auſus ſum ῥέα διελεύσεσθαι reponere auctoribus libris; quod h. l. facere debebam vel ſine libris, ſolo iudicio. De ῥέα vna ſyllaba v. ad Υ, 101.

p. 400. vſ. 154. εἰ ἐτεόν με ὦρσε. Sch. V. εἰ, συναπτικῶς, ἀντὶ τοῦ, ἐπεί. ὡς τὸ· χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας. καὶ ὁ Εὐριπίδης· οὐκοῦν εἴπερ εἴργασται τάδε.

p. 401. vſ. 166. ὃ ξυνέαξε. Pro Zenodoto Ariſtarchum nominat Sch. V. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τοῦ ἦ. ξυνέηξεν.

p. 402. vſ. 168. δόρυ — ὅ οἱ κλισίηφι λέλειπτο. Sch. V. ἄλλα δὲ εἶχε πολλά. τινὲς δὲ, ἅ οἱ, ὡς κῆτος (corruptum in σκηπτος erat) ἃ μυρία βόσκει. (Od. M, 97.)

vſ. 171. Sch. V. pro Μέντορος nomen eſſe debuit Κέντορος, οἰκεῖον γὰρ τῷ πολυΐππῳ τὸ κεντεῖν. luſus ſaltem!

vſ. 172. Πήδαιον. Sch. V. ὑπὸ τὴν Ἴδην πόλις, πρὸς Θήβην. οἱ δὲ πρὸς Καρίαν. τινὲς δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Πηδάσῳ. perperam.

p. 403. vſ. 185. Κτεάτου υἷ' Ἀκτορίωνος. Sch. V. ὅτι καὶ τὸ υἷες, ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου. Ἀκτορίωνε ἀντὶ Ἀκτοριώνων. Scholion ſpectat ad B, 621. vbi v. Obſſ.

vſ. 188. ἀράβησε. Sch. V. τινὲς, ἀράδησε vitio, puto.

p. 403. 4. vſ. 191. ἀλλ' οὔ πῃ χρόος εἴσατο. Schol. Vict. λείπει ἡ διά. διὰ τοῦ χροὸς ἐπορεύθη. (ergo χροὸς) παρὰ τὸ ἰέναι· ὡς· διὰ πρό τε εἴσατο (Δ, 138.) Inde Tyrannionis et Zenodoti memorantur lectiones. Tum vero, pro Ariſtarcho, Herodianus: ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς καὶ εὐθεῖαν

καὶ γενικὴν δέχεται, τὴν χρόος. προκρίνει δὲ τὴν γενικήν. (ergo *χροός.*) Ex Schol. Lipf. nihil proficio nifi quod cum Schol. Vict. addit: *οὕτως δὲ καὶ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὴν ἐντοσθίδιον σάρκωσιν. χρὼς σήπεται. Ω,* 414. (*καὶ*) *ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη.* (T, 39.)

vf. 195. *Στίχιος.* Sch. V. *τινὲς* (fupple *ὡς*) *Σχεδίος, γράφουσι* (*Στιχίος.*) *τοῦ δὲ Στιχίου ἐν τῷ καταλόγῳ οὐ μέμνηται, ὅτι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον, καὶ τοὺς δευτέραν ἔχοντας τάξιν καταλέγειν. τινὲς δὲ χλευάζουσιν ὡς νεκροφόρους.* Etiam haec vltima illuftranda funt ex Euftath. p. 927. l. 40. Sch. Vict. porro: 198. *δύ' αἶγα λέοντε. Ζηνόδοτος, αἶγε. οὐ γὰρ συμμαχοῦσιν ἀλλήλοις λέοντες* etc. fere vt ibid. l. 33. Porro fragmentum Aefchyli, quod p. 405. l. extr. attuli: *εἷλκον ἄνω λυκηδὸν* (male excufum eft *λύκηδον*) explet Schol. Vict. *Αἰσχύλος περὶ Γλαύκου· εἷλκον ἄνω λυκηδόν. ὥςτε διπλόοι λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.* cf. Euftath. ibid. l. 39. quem omnino in hoc et fuperiore libro video locupletiorem effe ex antiquioribus Scholiis et cum Victorianis confpirare.

p. 407. vf. 204 fub fin. Simile immanitatis exemplum addunt Schol. Vict. in Hippolocho ab Agamemnone caefo Λ, 145 fqq.

p. 408. vf. 214. *ἤϊεν ἐς κλισίην* etiam Sch. Vict.

p. 409. vf. 219. *ποῦ τοι ἀπειλαί;* Sch. V. *ἀντὶ τοῦ πῆ. τοὶ ἀντὶ τοῦ, δή. ἀπειλαὶ αἱ καυχήσεις.* et vf. 222. *νῦν αἴτιος. Ἀρίσταρχος· νῦν γὰρ* (corr. *γ'*) *αἴτιος. Ἀριστοφάνης· νῦν δ' αἴτιος.* Et vf. 225. *ἀνδύεται. ἀπὸ τῶν ἀναδυομένων τὰ ζυγὰ ζώων. τινὲς δὲ γράφουσιν, ἀδδύεται.* vf. 227. *νωνύμνους. τινὲς ἀθρηνήτους. ὕμνον γὰρ καὶ Ἀνακρέων τὸν ὕμνον φησίν.* (leg. *τὸν θρῆνον.*)

p. 411. vf. 234. *μεθίησι μάχεσθαι.* Sch. V. *Ἀρίσταρχος· μεθίησι πόνοιο.*

p. 412. vf. 237. *συμφερτὴ δ' ἀρετὴ* — Sch. V. *Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης· συμφερτὴ δὲ βίη.*

p. 415. vf. 254. *τὸν δ' αὖ.* Etiam Sch. V. *ἔν τισι μετὰ τοῦτον φέρεται· Ἰδομενεῦ, Κρητῶν βουληφόρε χαλκοχιτώνων.* Et ad vf. 256. *εἴ τι τοι. ἀντὶ τοῦ, δή.*

p. 419. vſ. 286. *ἀρᾶται δὲ τάχιστα.* bene laudat Sch. V. de Neoptolemo verſum Od. Λ, 529. 530. *ἱππόθεν ἐξίμεναι.*

p. 420. vſ. 289. *οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε.* Sch. V. *καὶ ὁ Λυσίας τὸν Ἰφικράτην ποιεῖ λέγοντα· τραύματα ἔχω, οὐχ ἑτέρων ἐπ' ἐμὲ ἐρχομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιών. * ἀνδρογύης * καὶ ἔτ' ὀλίγα τραύματα ἐξόπισθεν ἔχων, τῆς δειλίας σημεῖα, καὶ οὐχὶ τοῦ θράσους.* Sane Iphicratis cauſſam capitis bis dixit; et ſpectat fragmentum ad reliqua Lyſiae fragmenta ex Or. *περὶ τῆς Ἰφικράτους προδοσίας,* in Ed. Tayl.

p. 422. vſ. 299. dele comma poſt *ἀταρβής.* nam iunguntur *ἅμα ἕσπετο. ὡς τὸ ἅμ' ἑσπόμεθα* (A, 158).

p. 423. vſ. 301. Praeter cetera, quae ex Schol. et Euſtath. de Phlegyis enotaui, Schol. Vict. haec habet: *ἐπὶ πλεῖον δὲ περὶ αὐτῶν διείλεκται Ἔφορος, ἀποδεικνὺς, ὅτι τὴν Δαυλίδα, καὶ οὐ τὴν Γυρτῶνα, ᾤκησαν· ὅθεν καὶ παρὰ Φωκεῦσι τὸ ὑβρίζειν Φλεγυᾶν λέγεσθαι. ἔστι δὲ ταῦτα ἐν τῇ τριακοστῇ τῇ Δημοφίλου.* (qui Ephorum patrem continuauerat v. Diodor. XVI, 14.) *πάλαι δὲ διεφέροντο Φωκεῖς πρὸς Θεσσαλούς. διὸ καὶ τὰς Θερμοπύλας ᾤκησαν Φωκεῖς· εἴσοδον γὰρ ἔχουσιν ἀπὸ Θεσσαλίας.*

p. 425. vſ. 309. E Sch. V. patet acceptum et ſcriptum fuiſſe *ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν. vtique:* quo vocant ſequentia.

p. 426. vſ. 313. *Τεῦκρός θ' ὃς ἄριστος τοξοσύνῃ.* Sch. V. *καὶ πῶς φησιν·* (Vlyſſes:) *οἶος δέ με Φιλοκτήτης ἀπεκαίνυτο* (Od. Θ, 219) *οὔ πω γὰρ ἦν ἥκων ἐκ Λήμνου.* ſerius aduenit Philoctetes ad Troiam.

vſ. 315. *οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι.* nihil iuuant Schol. Vict. „*ἄδην ἐλόωσι. λίαν κορέσουσι. ὡς· ἄδην ἐλάαν κακότητος* (Od. E, 290) *οἱ δὲ, ἄδην ἐσσύμενοι. οἱ δὲ, ἀάσωσι* (corr. *ἐάσωσι*) *παρὰ τὸ* (excidit *ἐάω* vel *ἐᾶν*) *ἄσην ἐμποιεῖν.*

p. 428. l. 14. debet ſcriptum eſſe — „ex *ἐάω, ἐάωσι, ἐῶσι, ἐόωσι.*

p. 431. vſ. 333. *τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος.* Sch. V. *τινὲς δὲ, ὁμόσε.* ergo *ὁμόσ' ἵστατο.*

p. 434. vſ. 346. vitioſa lectio et in Sch. V. *τετεύχατον, διὰ μέτρον, ἀντὶ τοῦ, ἐτετευχάτην.*

p. 435. vſ. 350. *ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα.* Sch. V. *ἀθετεῖται, ὡς περισσός. ταυτολογία γάρ. ἐντεῦθεν δὲ Μελανιππίδης κύουσαν ἀπὸ Διὸς Θέτιν ἐκδοθῆναι Πηλεῖ.* (quia *υἱέα* ad Iouem referre licet) *διὰ τὰ ῥηθέντα ὑπὸ Προμηθέως, ἤτοι Θέμιδι* (*Θέμιδος* Pind. Iſthm. VIII, 68 ſq.)

vſ. 352. *ἤχθετο γάρ ῥα Τρωσὶν δαμναμένους.* Etiam Sch. V. *λείπει ὁρῶν.* Addit: *ἔστι δὲ τὸ τοῖς φράσεως ἀρχαῖον. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκοις·* (nam fuere *ά. β΄.*) „*ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντα ἄχθομαι.*"

p. 437. vſ. 358. *τὼ δ' ἔριδος Ἀρίσταρχος, Ἀριστοφάνης τοὶ δ' ἔ.* ad vſ. 363. Sch. V. conueniunt cum Euſtath.

p. 441. vſ. 367. *ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.* Sch. V. *αἱ Ἀριστάρχου, ἀνωσέμεν.* (ex *ἀνώθω?*) *Ζηνόδοτος δέ φησι, μὴ λέγεσθαι τὸν ἐκ Τροίας πλοῦν ἀναγωγήν.* (ergo nec *ἀνώθειν?*)

vſ. 373. *ὁ δ' ἐπεύξατο φώνησέν τε.* Sch. V. *τινὲς δὲ·* „*κερτομέων ἔπος ηὔδα*" *οὐ γὰρ καυχηματίαν αἴρει λόγον, ἀλλὰ σαρκασμοῦ ἀνάπλεων.*

p. 443. vſ. 383. *κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην.* Sch. V. *τινὲς, κατὰ κρατερῆς ὑσμίνης.* Mox vſ. 389. *ἀχρεῶτις* eſt quoque ap. Suidam.

p. 446. vſ. 408. *δύο κανόνεσσι,* Sch. V. poſt alia — *ἢ ἀντὶ πορπάκων αὐτοὺς εἶχον, ὡς Αὐτόχθων.*

p. 448. vſ. 424. *Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα.* Sch. V. *τινὲς περισπῶσιν, Ἰδομενεῦς, ἀντὶ τοῦ Ἰδομενοῦς. ὡς μέθυ, χίλια μέτρα* H, 471 (h. e. alii per appoſitum accepere *Ἰδομενεὺς, μένος μέγα. οἱ δὲ μέγα ἴετο, μεγάλως ἐπεθύμει.* hi recte. *ἄμεινον δὲ, εὐθεῖαν εἶναι* (voc. *Ἰδομενεὺς*) *ὡς τὸ· οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγεν τεὸν μένος.* tam corrupte ſcribitur: v. Φ, 305.

p. 448. vſ. 426. *δουπῆσαι.* Sch V. ſic: *ἀποθανεῖν. πεσεῖν. ὅταν δὲ εἴπῃ;* „*δεδουπότος Οἰδιπόδαο·*" *ὡς κατακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς.* v. ad Ψ, 679.

p. 449. 450. vſ. 433. verſus inſititios ap. Euſtathium, memorat quoque Schol. Vict.

p. 455. vſ. 446. Sch. V. addit ceteris: Ζηνόδοτος δὲ, δή τι, χωρὶς τοῦ σ γράφει. et ad vſ. 449. ὄφρα ἴδῃς, οὕτως Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δὲ, ἴδῃ, διὰ τοῦ ι.

p. 458. vſ. 461. οὔ τι τίεσκεν. de cauſſis poſthabiti Aeneae Scholion eſt Vict. quod excerpſit Euſtath. p. 942, 10 ſq. Porro vſ. 465. ἀλλ' ἕπευ, Ἀλκαθόῳ ἐπαμύνομεν. τινὲς, ἐπαμῦναι. ὑγιέστερον δὲ τὸ καὶ ἑαυτὸν συναριθμεῖν τῇ ἐπικουρίᾳ πρὸς τὴν ἐκείνου αἰδῶ.

p. 460. vſ. 480. τοὺς ὄγ' ἐποτρύνων. Sch. V. ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται. Synaloephen 481. μ' οἴῳ pro μοι οἴῳ tuetur per Od. Δ, 367. ἤ μ' οἴῳ ἔῤῥοντι. et 484. ὅτε κράτος. ea aetatis parte qua. quando. et 488. ὁμηλικίῃ. τινὲς δὲ χωρὶς του ι. ὁμηλικίη. 486. μέγα κράτος. λείπει, κατ' ἐμοῦ. 492. κτίλον. τινὲς δὲ, κτίλον, τὸν ποιμένα.

p. 464. vſ. 510. οὐδ' ἄρ ἔτ' ἄλλα. Sch. V. τινὲς, οὐδ' ἄρα τἄλλα, κατὰ κρᾶσιν. καλῶς. (at v. Obſſ.) τινὲς δὲ, vſ. 513. μεθ' ἑὸν βέλος. ὑφ' ἓν γράφουσι, μέθεον, τὸ ἀφεθέν. inſcite.

p. 465. vſ. 517. δὴ γάρ οἱ ἔχε κότον. Euſtathiana ſunt ex antiquo Scholio; nam Sch. V. ὡς ἀντεραστὴς Ἑλένης· ὡς μαρτυρεῖ Ἴβυκος καὶ Σιμωνίδης. qui agere debuere de procis Helenae, et in iis numerare Idomeneum. Eſt adeo diuerſus recenſus is, quem Apollod. III, 10, 8. habet; at legitur ille in recenſu ap. Hygin. f. 81 et 270. quem ex Ibyco aut Simonide ſeruatum eſſe apparet.

p. 466. ad vſ. 529. βραχίονα. Κομανὸς θηλυκῶς φησὶ τὴν βραχίονα, ἵνα ἀκούωμεν τὴν χεῖρα.

p. 466. vſ. 541. Ἔνθ' Αἰνέας. Etiam Sch. V. ὡς Ἑρμέας. οὕτως Ἀρίσταρχος. non itaque mirum, Virgilio Aeneadas dici, Αἰνεάδας, media breui. Καλητορίδην. Νέστορος οὗτος ἀδελφός. et 542. ἐπὶ οἷ, ὀρθοτονητέον τὴν οἷ. ἀντὶ γὰρ συνθέτου παραλαμβάνεται.

p. 471. vſ. 571. Longum Scholion in Sch. V. de discrimine inter *σπαίρειν* ſeu *ἀσπαίρειν* et *σκαίρειν*, exſcripſit ex parte Euſtathius, hoc *ἔμμουσον κίνησιν*, illud *ἄμουσον* declarat.

p. 475. vſ. 609. Sch. V. *καὶ ἐέλπετο νίκην*. *Ζηνόδοτος· μέγα δ' ἔλπετο*. vſ. 613. *ἐφίκοντο*. Ariſtophanes *ἐφικέσθην*. (non, vt Sch. A. *ἀφικέσθην*.)

p. 480. vſ. 634. *ἐπᾶλτο*. v. ad Θ, 85. Λ, 192. Φ, 140.

p. 482. vſ. 658. 9. Etiam Sch. V. *ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἀθετεῖ, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἢ ἀθετεῖν φησι δεῖν, ἢ ὁμωνυμίαν νομίζειν.*

vſ. 663. *ἦν δέ τις Εὐχήνωρ*. Sch. V. *Φερεκύδης οὕτως γενεαλογεῖ· „ἀπὸ Μελάμποδος Μάντιον· οὗ Κλεῖτον, οὗ Κοίρανον, οὗ Πολύϊδον. εἶτα Πολύϊδός, φησι, γαμεῖ Εὐρυδάμειαν, τὴν Φυλέως τοῦ Αὐγέου· τῷ δὲ γίνονται Εὐχήνωρ καὶ Κλεῖτος, οἳ Θήβας εἷλον σὺν τοῖς Ἐπιγόνοις· ἔπειτα εἰς Τροίην ἔρχονται σὺν Ἀγαμέμνονι, καὶ θνήσκει Εὐχήνωρ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου."* Ex his duxit ſua Euſtath. p. 953, 55. cf. Apollod. III, 3, 1. et Not. p. 546.

p. 487. vſ. 685. Nec Schol. Vict. alia affert ad *Ἰάονας*, quam quae in reliquis Scholiis. Ad *Φθῖοι· εἰσὶ δὲ αὐτῶν τάγματα μεταξὺ Λοκρῶν καὶ Βοιωτῶν.* et ad vſ. 689. *„οἱ μέν·" οὐκ ἐτήρησε τὴν τάξιν. πρώτους γὰρ εἶπε Βοιωτούς. κατεῖχον δὲ τὰ τάγματα τῶν περάτων Βοιωτοὶ καὶ Ἀθηναῖοι· ἐπὶ μὲν τοῦ ἀριστεροῦ πρῶτοι ὄντες Βοιωτοί· ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ ἔσχατοι ὄντες Ἀθηναῖοι.* vltima vix bene. De Meneſtheo iam ſup. 195. 6.

vſ. 691. *αὐτὰρ Ἐπειῶν*. Sch. Vict. *καὶ μὴν Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος Ἠλείων ἦσαν ἡγεμόνες. Ἀρίσταρχος δὲ καὶ τοὺς ἐκ Δουλιχίου Ἐπειοὺς καλεῖ. ὡς γὰρ ἐξ Ἤλιδος φυγόντος Φυλέως, εἰκὸς ἦν αὐτῷ συναίρεσθαί τινας, ὧν ἦρχε Μέγης. εἰ δὲ ἐκείνων νῦν μέμνηται Ἐπειῶν τῶν ἐξ Ἤλιδος, πιθανὸν ἂν εἴη, ἡγεῖσθαι αὐτῶν Μέγητα, ὡς ὁμοεθνῆ. Ἀμφίμαχος γὰρ καὶ Διώρης, οἱ τῶν Ἠλείων δυνάσται, ἀνῄρηνται* (ſup. 185 et Δ, 517) *Θάλπιος δὲ καὶ Πο-*

λύξενος τραυματίζονται. v. ſup. B, 620 ſq. et 627 ſqq. cum Obſſ.

Ἐπειοὶ μεταξὺ ἦσαν Ἀθηναίων καὶ Λοκρῶν. διό φησιν Αἴαντα ταχὺν ἢ Φυλέος υἱὸν ἄνωγον. (K, 175. ἄνστησον) et ad vſ. 692 οὗτοι (Meges, Amphion, Dracius) ἀντὶ Διώρεος καὶ Ἀμφιμάχου ἐτάχθησαν.

p. 491. vſ. 694. Medon: νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος. Sch. V. ἐξ Ἀλκιμάχης, τῆς Αἰακοῦ, ἦν ὁ Μέδων. atqui ſup. B, 728. Medon erat filius Oilei nothus ex *Rhene*. Porro infra ad O, 333. vbi idem hoc Scholion repetitur, pro *Aeaco* eſt *Phylacus*, idque probabilius: νόθος ἐξ Ἀλκιμάχης τῆς Φυλάκου ἦν ὁ Αἴας· ὥς φησι Πορφύριος ἐν τῷ Καταλόγῳ· ἀλλ' οὐ συμφωνεῖ τῷ ποιητῇ. Ἐριώπιδος γάρ φησι τὸν Αἴαντα. Grammaticus tricatur: Ex Alcimache pellice Oilei natus erat Medon; ex Eriopide iuſta coniuge Aiax. Idem paullo poſt ad e. l. O, 336. ὁμοίως τῷ ποιητῇ καὶ Ἑλλάνικος Ἐριώπην μητέρα Αἴαντός φησιν, Φερεκύδης δὲ Ἐνεὼ, (vix ſanum) καὶ Μνάσθας (leg. Μνασέας) ἐν ῇ Ἀλκιμάχην. ὁ δὲ τῶν νακπακτιδων (lege τῶν Ναυπακτικῶν) ποιητὴς διώνυμον αὐτήν φησι· „τὴν δὲ μεθοπλοτάτην (μεθ', ὁπλοτάτην) Ἐριώπην ἐξονόμαζεν." Ἀλκιμάχην δὲ πατήρ τε καὶ Ἄδμητος καλέεσκον." Erat Admetus Pheretis f. et ipſe ex Aeoli progenie vt Phylacus.

vſ. 697. Ἐριώπιδος. Φέρητος ἦν αὕτη.

p. 492. vſ. 705. Scholion Ven. A. χωρὶς τοῦ ν vitioſe ſcriptum eſt, vt apparet ex Schol. Vict. „πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς· χωρὶς τοῦ δ' αἱ πᾶσαι. ad τὸ ζυγὸν vſ. 706. cf. Obſſ. ad Ω, 269.

p. 495. vſ. 713. μίμνε φίλον κῆρ. Sch. V. γρ. ἔργα μεμήλει. Hoc quorſum ſpectet, intelliges ex Strabone, qui aliam lectionem habuit: οὐ γάρ σφι σταδίης ὑσμίνης ἔργα μεμήλει.

p. 499. l. 1. Idem Scholion ad vſ. 731. et corruptum in Schol. Vict. legitur. De Zenodoto Mallote cf. ad Ψ, 79.

ad vſ. 733. μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω. Si κ' eſt pro καὶ, vt puto, ſcribendum eſt δὲ κ'. Porro Sch. V

ἀνέγνω. τὴν ἐκ τοῦ πράγματος ὠφέλειαν ἢ τὴν σωτηρίαν. δεόντως ἐπάγει νῦν τὴν ἰδίαν γνώμην, προπαρασκευάσας πρὸς πειθὼ τὸν στρατηγόν. Etiam in Herodoto occurrit ἀναγινώσκειν τινὰ, facere aliquem cognoſcere, μεταδιδάξαι, πείθειν. Ergo nunc eſt ἀναγνῶναι ἑαυτόν.

vſ. 736 πάντη γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε. Probabile fit ex h. l. et ex A, 14. στέμμα θεοῖο Plinium argutias petiiſſe lib. XVI, 4 *Corona. Antiquitus quidem nulla niſi deo dabatur. Ob id Homerus coelo tantum eas et praelio vniuerſo tribuit: viritim vero ne in certamine quidem vlli.* Certamen ad ludos funebres Il. Ψ, refero.

p. 502. vſ. 745. Etiam Sch. V. ἀποστήσωνται, τοῦτ' ἔστιν, ἴσως ἀπολάβωσιν, ὡς ἐν ζυγῷ τὸ ἴσον στήσαντες.

p. 504. vſ. 761. τοὺς δ' εὗρ'. Verſus legitur ap. Suidam in ἀπήμονα, ἀβλαβῆ.

p. 505. vſ. 772. κατ' ἄκρης. expeditior tamen eſt ratio, ſi a naui et mari primitus vſum proceſſiſſe dixeris. Firmant Sch. Vict. ad O, 557. κατ' ἄκρης, ὁλοτελῶς. ἔλασε μέγα κῦμα κατ' ἄκρης. οἷον, ὅλον αὐτὸν ἐβάπτισε τὸ κῦμα.

p. 511. vſ. 799. κύματα παφλάζοντα. Etiam Suidas in h. v. et inf. vſ. 824. cf. Suidas in βουγάϊος.

p. 512. vſ. 809. μακρὰ βιβάσθων. βιβασθὰν eſt Ariſtarchi doctrina Sch. V. Ἀρίσταρχος δέ φησι· ἐὰν ὀξύνηται, ἔσται, μακρὰ διαβάς.

p. 513. ad vſ. 814. l. 11. in Apollonii Lex. χρῆμα eſt corrig. παραχρῆμα.

p. 516. vſ. 827. ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων. Sch. V. ἔνθεν Ἀθηναῖον ὑπονοοῦσιν Ὅμηρον. πατρῷον γὰρ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα, Δία (f. excidit καὶ Ἀθηνᾶν.) vſ. 831. Sch. V. δάψει. Ἀκαρνᾶνες, ῥήξει. En librariorum morem excerpendi! Verba ſunt ſup. B, 544 Ἄβαντες θοοὶ ῥήξειν θώρηκας.

p. 517. vſ. 837. Διὸς αὐγάς. Poſt alia Sch. V. οἱ δὲ αὐλάς. ἐπεί, φησι Ζηνόδοτος, Ζηνός που τεινῆδε γ' Ὀλυμ-

πίου ἔνδοθεν αὐλῇ. (Od. Δ, 74.) Ζεὺς δ' ἔλαχεν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι (O, 188.)

XIV (Ξ)

p. 519. vſ. 5. ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε καθήμενος αἴθοπα οἶνον. Sch. Vict. οἱ δὲ γράφουσι· νῦν μίμνε καθήμενος ἐν κλισίῃσι. vſ. 8. quod εἴσομαι, γνώσομαι, notatum quoque in Suida h. v.

p. 522. vſ. 16. κύματι κωφῷ. Sch. V. τοῦτο δὲ Ἀττικοὶ κολόκυμα, Αἰολεῖς δὲ σκώληκα καλοῦσι. v. Heſych. h. v. τινὲς πηγῷ γράφουσι. Mox vſ. 18. αὔτως, ἀπράκτως. et vſ. 19. κεκριμένον. τινὲς δὲ, κεκρυμμένον ἐκ Διός.

p. 523. vſ. 20. διχθάδι' ἢ μεθ' ὅμιλον. τινὲς δὲ διχθαδιῇ. ὡς τὸ, ημ' οιω ερρωντα. Leg. ἤ μ' οἴῳ ἔῤῥοντι Od. Δ, 368. nec tamen video quid huc faciat.

ead. pag. extr. Schol. A. legitur quoque in Schol. Vict. vnde corrigendum: „ἀντὶ τοῦ ἔληκε" pro vitioſo ἴληκε, ἐνδείᾳ τοῦ ι (ſcil. ab ἐλήκεον, ἐλήκει) ὡς ἄνοον κραδίην ἔσχ' (ἔχες Ψ, 441.) Concidunt ita dubitationes.

p. 526. vſ. 31. l. 9. ab extr. Agamemnonis naues ſtetiſſe ad mare. Sunt haec quoque in Schol. Vict. et ſubiicitur: οὕτως Αὐτόχθων. Contra Heracleo *primas* contenderat eſſe verſus vallum, *ad mare* vero *poſtremas*.

p. 532. vſ. 56. ἄῤῥηκτον — εἶλαρ. Sch. V. τινὲς, ἄῤῥατον. ἰσχυρόν. ἀνάλωτον. vitioſam gloſſam Suidas intulit in ſuum Lexicon: T. I. p. 309. ἄῤῥατον. ἰσχυρὸν, στερεόν. οὕτως Πλάτων.

p. 534. vſ. 75. Ad Porphyrianam ζήτησιν. Contra vero aliud eſt, quod diſplicet, in ipſo poeta: quod *tertia* vice iterum Agamemnonem indignum ſe conſilium hoc fugae proponere facit, et quidem in principum conſilio, et ex animo, vt iam antea J, 16 ſqq. et ſimulate B, 73 ſq.

p. 539. vſ. 95. l. 5. νῦν δὲ ὀνόσσε. diſiunge, ὀνόω σε.

p. 540. vſ. 101. Etiam Sch. Vict. ἀποπτανέουσι. περιβλέψουσι etc, prorſus vt lin. 5. Schol. B. et Lipſ.

p. 542. vſ. 114. Τυδέος ὃν Θήβησι — Sch. V. ὅτι οὐ κατὰ τοὺς Τραγικοὺς εἰς Ἐλευσῖνα μετηνέχθησαν. οἱ περὶ τὸν Καπανέα. additur narratio de Tydeo fere vt in Schol. br.

p. 543. vſ. 118. Sch. V. ἐμεῖο πατήρ. οὕτως Ζηνόδοτος. τινὲς δὲ, ἐμοῖο. ἵν' ᾖ κτητική. et p. 544. vſ. 123. τὸ δὲ ἀμφὶς, χωρὶς τῶν ἀρουρῶν.

p. 548. vſ. 142. θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε. Sch. V. περισσὸς ὁ στίχος, καὶ ἡ λέξις νεωτέρων. Subiiciuntur eadem quae in Ven. A. B.

p. 549. vſ. 143. σοὶ δ' οὔπω μάλα πάγχυ. Sch. V. ἀντὶ τοῦ· οὐδ' ὅλως· ὡς τὸ· (Od. Δ, 566) οὐ νιφετὸς, οὐ γὰρ χειμὼν ποτε. οἱ δὲ γράφουσιν· οὔ ποι.

p. 554. vſ. 67. θύρας — ἐπῆρσεν. Sch. V. οἱ μὲν ἐπήρεισεν· οἱ δὲ ἐπάρχσσεν. οἱ δὲ ἐφήρμοσεν. ὅμοιόν ἐστι τῷ· αὐτόδιον (Od. Θ, 449) ἐπίστιον. (Od. Z, 265) — Et vſ. 169. θύρας ἐπέθηκεν. γρ. καὶ πύλας.

p. 558. vſ. 181. ζώσατο. Sch. V. Ἀρίσταρχος· ζώνῃ ἀραρυίῃ.

p. 561. ad vſ. 183. l. 7. Philemonis gloſſa legitur quoque in Schol. Vict.

p. 563. vſ. 190. φίλον τέκος — et πρέσβα θεὰ, ex his teſtatum facit Sch. Vict. Homerum iudicium dearum de formae praeſtantia ignoraſſe.

p. 564. vſ. 199. δαμνᾷ Sch. V. οἱ μὲν ὁμοίως τῷ· πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ. (Ω, 390) οἱ δὲ (parum ſcite in Ionico poeta) Δωρικὸν αὐτὸ, ἀπὸ τοῦ δάμναμαι· οὕτως Ἀρίσταρχός φησιν. (Ergo δάμνασαι, δάμναι, δάμνῃ, δάμνᾳ.) επιστα δυναι. ὅλον ἐπίστασαι (corr. ἐπίστῃ. δύνῃ ὅλον ἐπίστασαι. δύνασαι.)

p. 566. vſ. 203. Ῥείης. ὁ Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ᾱ, Ῥείας.

p. 572. vſ. 223. ἑῷ. Sch. Vict. inuerſe: οὕτως Ἀρίσταρχος. Ζηνόδοτος δὲ, μέσῳ.

p. 573. vſ. 227. ἱπποπόλων Θρηκῶν Sch. V. γρ. ἱππονόμων. Mox vſ. 229. de ſcriptura Ἄθοω et Ἀθόω v. Hermann. Gr. Gr. p. 27. et ἐπὶ πόντον, Zenodotus ἐς πόντον. Mox Sch. V. et: Ἀρίσταρχος (f. Ἀριστοφάνης;) ἐς πόντον. Πτολεμαῖος δὲ κατὰ δυσίν, φησι, δηλεῖ, ἐς

πόντον· ἀγνοεῖ δὲ (Ptolemaeus) τὸ ἐς πόντον ἐπηρεφέας φύγε πέτρας. (Od. K, 131) ἄφεσιν οὖν δηλοῖ, οὐ δύσιν. Verbo: Iuno non ſubiit mare ſed ſupra mare inceſſit: poſſe autem hoc quoque per ἐς πόντον declarari. τὸ δὲ, ἐλάαν ἐπὶ κύματα, ἐπάνω τῶν κυμάτων. καὶ σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων.

In Schol. B. ad vſ. 229. quod et in Victorianis eſt, verba ſunt: τοῦτο δὲ (τὸ ὄρος Ἄθω) ὤρυξε Ξέρξης. Additur: Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος ψευδὲς τοῦτό φησι. τιμᾶται δὲ ὁ Ζεὺς ἐν αὐτῷ. Αἰσχύλος· Ἀγαμέμνονι. (vſ. 295) „Ἄθῳον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο.“ τὸ δὲ στάδια . . . ἀπέχον Λήμνου σκιάζει αὐτήν. καὶ ἡ παροιμία· „Ἄθως σκιάζει ὦτα Λημνίας βοός.“ Pro *Dinocrate* architecto eadem Scholia *Dioclem* memorant: Διοκλῆ δὲ φασὶ τὸν Ῥήγιον (Ῥηγῖνον) ἀρχιτέκτονα Ἀλεξάνδρῳ ἐπαγγέλλεσθαι etc. Ad vſ. 231. vbi de cauſſis quaeritur, cur Somnus in Lemno occurrerit: οἱ δὲ, ἐκ τύχης συντετυχηκέναι. τινὲς δὲ γράφουσιν· (poſt vſ. 231. ἔνθ' Ὕπνῳ —) „ἐρχομένῳ κατὰ φῦλα βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.“ Et Mneſimachi verſus (p. 574. ad vſ. 231. l. 5. 6.) eſt quoque in iisdem et ap. Euſtath. p. 981, 3.

p. 575. vſ. 235. ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν. Sch. Vict. αἱ Ἀριστάρχου· χάριν εἰδέω, ἀντὶ τοῦ εἰδείην, Ἀττικῶς. ἀντὶ τοῦ, ὀφλῆσαι. (ὀφλήσαιμι) ὡς Εὐριπίδης· ὥς ποθεν εις ως . . . ἡ μοι χαριν. Corrupta ex verſu Andromedae: ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν.

p. 576. vſ. 236. κοίμησόν μοι. Euſtathii verba ſunt ex antiquo Scholio: vt video ex Schol. Vict. Eſt quoque in his Zenodotea lectio ſcripta recte: ἐπ' ὀφρύσι. Et ad vſ. 241. ἐπισχοίης. ὡς ἄσσον· (prope admouendo) ἔνιοι δὲ, ἐπισχοῖες. indocte. Poſt vſ. 241. τινὲς ἐπάγουσιν· „αὐτὰρ ἐπὴν δὴ νῶϊ κατευνηθέντας ἴδηαι, ἄγγειλον τάδε πάντα Ποσειδάωνι ἄνακτι.“

p. 579. vſ. 249. ἄλλοτε ἦ. Diſcrepant Schol. Vict. Ἀρίσταρχος· ἄλλοτε σὴ ἐπίνυσσεν ἐφ.τμή. ἵνα ἦ. ἤδη γάρ με ἄλλοτε ἡ σὴ ἐπαίδευσε πρόσταξις. Addit: ſi enim Iupiter ἐπίνυσσε, deberet ſubiici: ὑπέρθυμος ἑὸς υἱός. (non, Διός. quod tamen leue eſt.)

p. 580. vſ. 255. Κόων δ'. Etiam Sch. V. τινὲς Κέον. ὡς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς διορθωτικοῖς· Κῶν. κόον. ὡς σόον, διαλύσει. καὶ· χροὸς εἴσατο. (N, 191) Corrige, Καλλίστρατος.

vſ. 263. τὸν δ' αὖτε. Pro his Sch. V. γρ. ὣς φάτο· μείδησε δὲ Θεὰ, λευκώλενος Ἥρη, χειρί τε μιν κατέρεξεν. deſunt reliqua: ἔπος τ' ἔφατ' ἐκ τ' ὀνόμαζε. Mox vſ. 264. τίη δὲ σὺ ταῦτα. βαρυντέον τὸν ῆ. παρέλκοντα. δὲ ἀντὶ τοῦ, δή.

p. 583. vſ. 271. Euſtathiana ad ἀάατος ſunt in Schol. Vict. Στυγὸς ὕδωρ. ὡς κατὰ ὑγροῦ στοιχείου ὄμνυσι. Adduntur plura; tandem ad Herodotum prouocat: lib. VI, 74. Etiam ad vſ. 275. Scholion Porphyrii exiguae frugis ad Χαρίτων μίαν eſt plenius in Schol. Vict. Eſt in his: οὐκ οἶδε δὲ τὰ παρ' Ἡσιόδῳ ὀνόματα τῶν Χαρίτων. Eſt quoque in Schol. Vict. quod Euſtath. habet Scholion cum verſu inſerto ad vſ. 279.

p. 585. vſ. 271. Λήμνου τε καὶ Ἴμβρου ἄστυ λιπόντε. Sch. V. τινὲς· Λήμνοιο κατὰ μέγα ἄστυ λιπόντε. τί γὰρ νῦν πρὸς τὸν (τὴν) Ἴμβρον. Iuuat me hoc Scholion. Offenderat me ipſum memoratio Imbri. ἔστι δὲ νῆσος πρὸς τῷ Μέλανι Κόλπῳ. ἀπέχουσι δὲ ἀλλήλων στάδια ρκ. De his cf. ad Ω, 78. 79.

vſ. 285. — ἀκροτάτη δὲ — ὕλη. τὴν χαμαίζηλον βοτάνην φησίν. ὅτι γὰρ οὐ πατοῦσι γῆν, δῆλον ἐκ τοῦ· οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν. (ſup. 228) εἰσὶ δὲ γραφικά. ad vſ. 287. ἢ τότ' ἐν Ἴδῃ. καλῶς δὲ πρόσκειται, τότε. νῦν γὰρ οὐ φύεται ἐκεῖ ἐλάτη. καὶ ὅτι μετὰ τὰ ἡρωϊκὰ ὁ ποιητής.

p. 586. vſ. 291. Euſtathiana p. 986. de *chalcide* aue ſunt pleniora in Schol. Vict.

p. 588. vſ. 295. Sch. V. πρώτιστον. Ἀρίσταρχος· ὅτε πρῶτόν περ. Eadem habent ea, quae Euſtath. p. 987, 6. ad vſ. 296 exſcripſit. Addita in fine: ἔνιοι δὲ φασὶ, παρθένον οὖσαν Ἥραν ἐρασθῆναι Εὐρυμέδοντος, ἑνὸς τῶν Γιγάντων, καὶ ἐξ αὐτοῦ τεκεῖν τὸν Προμηθέα. Δία δὲ ἐγνωκότα, τὸν μὲν ταρταρῶσαι, τὸν δὲ Προμηθέα, προφάσει τοῦ πυρὸς, σταυρῶσαι.

p. 589. vſ. 298. Sic Od. A, 409. ἢ ἑὸν αὐτοῦ χρεῖος ἐελδόμενος τόδ' ἱκάνει; μήποτε δὲ ἰσοδυναμεῖ τὸ παρ' Αἰολεῦσι

τυΐδε; (Notum ex Sappho.) ἀντὶ τοῦ, ἐνθάδε. οὐ γινώσκει δὲ τὴν σκευήν. (dolum Iunonis) διὰ τὰ πάθη· (ipſe occaecatus amore) ἤ τ' ἔκλεψε νόον. (ſup. vſ. 217.)

p. 590. vſ. 313. κεῖσε μέν ἐστι. magis grammatice ſcribi μὲν ἔστι docet Hermann. Gr. Gr. p. 89. vſ. 316. περιπροχυθείς. Sch. V. περισσῶς χυθείς. ὁ δὲ Ἰξίων γράφει. περιπλεχθείς. Enimuero eſt idem quod ἀμφιχυθείς. auget tamen προ, προχυθεὶς, effuſus.

ibid. extr. Verſſ. 315 — 327. etiam Iuſtin. Cohort. alt. recitat, omiſſis vſſ. 318. 320. 322. 4. 5. cf. ad vſ. 318.

p. 591. vſ. 317. Ἰξιονίης. Sch. V. Ἰξίονος γυνή. διὰ ἠιόνος θυγάτηρ τῆς διάς. ſcrib. Δηιονέως θυγάτηρ ἡ Δῖα. vſ. 319. Δανάης. ἐξ Εὐρυδίκης καὶ Ἀκρισίου. (Apollod. II, 2, 1.) Εὐφορίων· „Ὀθνεῖον Πέρσης Λέων γε μὲν Εὐρυμέδοντα“ (Spectare haec ſuſpicor ad pugnam cum Polydecte et Seriphiis, cf. Ouid. Met. V, 242 ſqq. fuit itaque Περσεύς τε, Λέων τε.) Reliqua, quae de Perſeo Schol. Vict. habent, exſcripſit Euſtath. p. 989, 20.

ad vſ. 320. ἀριδείκετον. τινὲς, πολὺ φίλτατον. vſ. 321. Φοίνικος καὶ Κασσιεπείης Εὐρώπη. vſ. 322. Μίνω τε. τινὲς Μίνωνα. Ζηνόδοτος Μίνω. Ἀρίσταρχος Μίνων. ἀττικῶς. At Attica aliena ab Homero. ad vſ. 324. Scholiis de Hercule in Vrat. b. apponitur in fine: ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει. Scholion Vict. de Alcaeo eſt ap. Euſtath. p. 989, 42. Tum vſ. 328. ὡς σεο. τινὲς κατ' ἀντιδιαστολὴν, καὶ ὀρθοτονοῦσιν. ἡ δὲ χρῆσις ἐγκλίνει.

p. 593. vſ. 340. ἔνθ' ἴομεν κείοντες. Sch. V. ὅτι εἰς τόπον πάλιν τὸ ἔνθα. (non neceſſe, ſed ἔνθα κείομεν iungenda.) probat et ipſe ἐνθάδε.

vſ. 342. poſt Scholion quod et in ceteris legitur, Sch. V. πᾶς δὲ τόπος τῇ νομίμῳ μίξει θάλαμός ἐστι· τῇ δὲ ἀθέσμῳ οὔ.

p. 595. vſ. 348. λωτὸν δ' — Plin. XXI, 17. *crocus. Troianis temporibus iam erat honos ei. hos certe flores Homerus tres laudat: loton, crocon, hyacinthum.* add. XXII, ſ. 27. vſ. 350. τῷ ἔνι. τινὲς τῶν ἀπ' αὐτῶν θαλλῷ. Eſt ſane ad ὑάκινθον, τῷ, quod debebat eſſe τοῖς.

vſ. 351. στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι. Sch. V. Ζηνόδοτος γράφει· ἀνέπιπτον. ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ. ὡς· χρυσέῃσιν ἀν' ἵπποις. — ἐπάγουσι δέ τινες· „δή ῥα τότ' ὀφθαλμοῖσι Διὸς χύτο νήδυμος ὕπνος.“ τοῦτο γὰρ δεῖ δηλωθῆναι.

p. 597. vſ. 376. 377. etiam Sch. V. τοὺς δύο Ζηνόδοτος μὲν οὐδὲ γράφει· Ἀριστοφάνης δὲ ἀθετεῖ.

p. 598. vſ. 382. Sch. V. δόσκον. οὕτως Ἀρίσταρχος. ἔν τισι δὲ, δῶκε.

p. 599. vſ. 385. ἄορ τανύηκες in manu Neptuni pugnantis. Sch. V. τινὲς, τὴν τρίαιναν. ἐπεὶ καὶ Ἀρκάδες καὶ Αἰτωλοὶ πᾶν ὅπλον ἄορ καλοῦσι. (cf. Obſſ. ad E, 509. p. 101) ὅθεν καὶ Χρυσαόρου Ἀπόλλωνος, καὶ „Ἀθηναίης δολιχαόρου ἱερὸν ἄστυ." ὁ δὲ ποιητὴς μόνον τὸ ξίφος.

p. 602. vſ. 398. Sch. V. τόσον γε. Ζηνόδοτος τόσος γε.

p. 604. vſ. 404. τῇ ῥα δύω. Sch. V. κατὰ τὴν κλεῖν. τρωτὸς δὲ ὁ Αἴας ὅλον τὸ σῶμα. οὐχ ὡς Αἰσχύλος τὰ περὶ τὴν μασχάλην. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἀγῶνος· μονομαχοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς Διομήδην, φησὶ „καὶ τότε δή ῥ' Αἴαντι περιδείσαντες Ἀχαιοὶ" (Ψ, 822) ὡς δυναμένου καὶ τρωθῆναι. τοῦτο δὲ ὑπονοοῦσι διὰ τὸ μηδέποτε παρ' Ὁμήρῳ τετρῶσθαι αὐτόν. Alia de Aiace quae Schol. V. habent, appoſuit Euſtath. p. 995 pleraque parum diſerte.

vſ. 410. Sch. V. χερμαδίῳ τά ῥα. τινὲς αμυρια βόσκει. (vult dicere, nonnullos comparare: κῆτος, ἃ μυρία βόσκει. Od. M. 97. ſic χερμαδίῳ ἅ, (ἐκ τῶν χερμαδίων, ἃ) ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου Πίνδαρος θεόμηροι νείσονται ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδ', ὥς τινι κραίνων ἔφη. Lege: ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου Πίνδαρος· „θείμοροι νείσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί, ὧ τινι κραίνων —, ἔφη. Olymp. III, 18. 19. ἐν κονίῃσιν. ἔδει, ἐς κόνιν.

p. 607. vſ. 437. αἷμ' ἀπέμασσεν. Sch. Vict. poſt alia: ἀπέμεσεν, ἀντὶ τοῦ, ἤμει. οἱ δὲ γράφουσιν· ἀπέσισεν. Niſi vitium librarii eſt, ductum eſſe debet a σίζω, ἀποσίζω, ſtridorem emitto. ita vero ἀπέσισσεν ſcribendum erat.

p. 608. vſ. 440. Sch. V. νόσφιν ἐόντα. οὕτως. τὸ γὰρ κιόντα, κατάχρησις. Et vſ. 445. παρ' ὄχθας Σατνιόεντος. τινὲς δὲ Σαργαρίοιο. Corr Σαγγαρίοιο. vt Γ, 187. Et παρ' ὄχθας. Ζηνόδοτος, παρ' ὄχθης. puto fuiſſe παρ' ὄχθῃς quo ducit Strabo παρ' ὄχθαις. vſ. 457. ἔκπαγλον. ὑπερηφάνως· γράφεται καὶ, ἔκπαγλος.

p. 610. 464. Ἀρχέλοχος. Ἀρίσταρχος. ἀναλογώτερον, τοῦ· Ἀρχίλοχος. ὡς Φερένικος. Μενέλαος.

p. 613. vſ 485. Etiam Sch. V. ἄρεως ἀλκτῆρα. Ζηνόδοτος· ἀρῆς ἵν' ᾖ. ἐπὶ πάσης βλαβῆς. Conuenit ſententia Od. Π, 97 ſqq. ἤτι κασιγνήτοις — Mox 488. ἐρωὴν ex ὁρμήθη eſſe ὁρμήν.

p. 614. vſ. 499. Conueniunt cum Sch. B. Victor. Schol. et Lipſ.

p. 618. vſ. 511. 512. πῶς ἐν τῷ διακόσμῳ οὐ μέμνηται αὐτοῦ; miratur ducem Myſorum Hyrtium non memoratum eſſe in catalogo. καρτερόθύμων. τινὲς βαρβαροφώνων.

p. 619. ὅτε τε Ζεύς. Sch. V. τινὲς, ὅτε δὴ θεός.

BOOK CARD

888
H8
H619
V.6

AUTHOR Homerus

TITLE Carmina ...

010433

SIGNATURE	ISS'D	RET'D

Fo